primus incendat. Div. Hieronymus, Epist. 49. *Super onerariam nauem rudis vector imponor, & qui necdum scalum in lacu Regi, Euxini maris creator fragoribus: Hortaris, ut tumida malo vella suspendam, audentes explicem, clauum regam. Parco iam labenti, & quia charitas omnia potest, Spiritu Sancto cursum prosequente, confidam habiturus in utraque parte solatium: si me adoptatas portus aestus appullerit, gubernator putabor: si inter asperos orationis anfractus impolitus sermo subsisterit, facultatem forsitam requires, voluntatem quidem flagitare non poteris.*

2 Illo enim detecto impulsu, hocque designato irritamento; maturiori incipiamus gradu (quia iam temporis angustia non prohibet, cum celeri quadam praecipitatione, ne primus alius elucidator existeret, nec dum ad vngue castigata prima pars in communem ederetur lucem) huius quarti libri Commentaria. Super Recopil. ex dispositione, l. 16. tit. 1. lib. 4. vbi Azeuedo, Narbona. De quo similis extat constitutio apud Neapolitanos, Alex. Rouit. *Pragmat. Neapolit. de Titulor. abus. Pragmat. 1. & ibi Nouario, & de grauamin. vassall. tom. 1. grauam. 316. Bernardin. Gloss. in Pragmat. de litterar. forma, in tract. frasc. Scaglione. Comment. in Pragmat. Neapolit.*

4 Haec quidem Constitutiones deductae sunt, iudicio aliquorum ex dispositione Tituli, C. ut Dignit. ordo seruetur, lib. 12. vbi cautum, quod praerogatiua honoris, & officij seruetur, nec turbetur dignitatum ordo, l. 1. & 2. de Albo scribendo, l. Quisquis, C. de Postulatio, cap. Clerici, de Iudic. l. Cum

1. *Cam quid, & ibi Bart. Bald. Castro, Iaffon, Dec. & alij si certum petat. Stephan. à Nath. Iust. vulnerat. par. 1. tit. 8. cap. 2. num. 3. Sed ex Bart. Cujac. 5. Plat. Rebuf. Neuio, Andr. Barul. & Luc. de Pen. illius tituli dispositio intelligenda est de gradibus seruandis in ipsis Dignitatibus, seu in honore conferendo his, qui, vel in actu illam exercent, vel honoraria tatum gaudent, vel iam totam fere militiam compleuere, vt notauit Platea in l. fin. C. de Decurion. lib. 10. Bodin. lib. 13. cap. 8. de qua Kokier. thes. apborism. Polit. lib. 2. cap. 15. Casan. Cathal. glor. mund. par. 4. considerat. 23. Sebast. Cæsar. Hierar. Ecclesiast. quæst. 1. proœcial. num. 14.*

6 Guth. verò de Offic. Domus August. lib. 1. cap. 4. l. 1. C. vt Dignitat. ordo seruet. de præcedentia Dignitatum intellexit, cui adsentit addit Bart. in dict. l. 1. latè Tiraquel. de Nobilit. cap. 20. n. 52. & sequentib. Valèç. cons. 34. per tot. & cons. 202. num. 74.

7 Atrenta vero mente Plat. deductam dices legem nostram ex constitutione, l. Præclaram 2. C. de Primicerijs, ibi: *Illud præcipue prouisionem nostram flagitare perspeximus, ne per ambitionem, vel gratia, vel cuiuslibet occasionis obtentu, vel laborum, seu sollicitudinã specie publicorum cuiquam liceat aliquando graduum seriem conturbare.*

8 Sed nec ab hac dispositione descendit, illustriori sanè principio refulget, antiquiorique fundamento inicitur; prouenit enim ex ipsa origine, ex qua, & ipsa Respublica orta, ac deducta est. Homines enim cum ratione naturali ducti dignoscerent ad agendam vitam, secureque viuendũ societatem, ac communionem necessariam esse dereliquendo montes, sil-

9 uasque, quibus more ferarum agebant Phalisc. *Nuda siluas virtute mouebant. Inconsulti homines, vitæque erat error in omni.* In vnum coierunt, Ciuitates, ac Res-

publicas constituentes, vt post Aristotelem, & alios Petr. Gregor. lib. 1. de Republ. cap. 2. ex num. 2. Georg. Schomborn. Politic. lib. 1. cap. 4. Kokier de Republic. lib. 1. cap. 2. & Belarmin. de laic. cap. 5. Kekerman. disp. præct. 29. Problem. 2. Bessold. Politic. cap. 2. & cap. 8. Theod. Reinf. de Regim. sæcul. lib. 1. clas. cap. 1. n. 8. Frederic. Vvendelin. iust. Politic. in Prolegomen. thes. 3.

11 Finem sanè, ac mentem illarum fuisse certum est, vt politicè, ordinatèque viuentes de omnium bono, ac communi salute tractaretur, cum ni constituto ordine legitimo, Imperandi, ac parendi, legibus latis, officijsque mutua fidelitate præstitis, felicitas desiderata cõsequi haud valeret, vt ex Aristotele, & alijs notant Politici adducti num. antecedenti. Arnold. Clapmar. de Arcan. rer. publicar. lib. 3. cap. 16. Bodin. de Republic. lib. 3. cap. 8.

13 Et cū ex hoc principio producantur Imperia, traditaque fuerit superioribus potestas, vt sua manu, ac vi ad finem illum consequendum omnia regerentur (alijs omisis) certum est necessarium esse, decens, conueniensque bono publico, Principi, Regive summo, cui credita regendi facultas, vt omnes Respublicæ ordine seruato, mutuaque fidelitate gerantur, vtque honores discretè conferat, & illorum gradus obseruentur, cum ex in ordinatione confusio sequatur, qua deterius, nullum malum. Georg. Schomborner. dict. cap. 4. Arnold. Clapmar. dict. cap. 16.

15 Ad quod nec tatum instruit Diuini ordinis exemplar constituentis in cælo diuersas Potestarũ Hierarchias, Petr. Gregor. de Republ. lib. 1. cap. 1. num. 16. Sed omnium iurium dispositio, ex quo Diu. Gregor. traditus à Gracian. cap. fin. 89. dist. edocuit, in sæculari Republica ordinum 16 gradus necessarios. Quod Diu. Naziancen. orat. 26. elegatè, & latè

exponit: Ordo itaque omnia constituit, colligauit: Ordo caelestia, & terrestria continet: Ordo in his quae ratione, & animo intelliguntur, locū habet: Ordo in his, quae sensibus percipiuntur: Ordo in Angelis: Ordo in Astrorum motu, magnitudine, mutua relatione, & splendore. Alia enim solis gloria est, alia Luna, alia Stellarum: Stella enim à stella claritate differt: ordo in anni partibus, & temporibus, &c. Sebast. Cæsar. Hierarch. Ecclesiast. quest. 1. Proemial. §. 4. num. 19. Qualis, & in animalium Republica demonstratur à Nazianc. Orat. 51. Senec. Epist. 67. Apuleio de mundo, Bessold. dissert. Philolog. Pragogn. Philosoph. complectens, cap. 6. num. 6. & 8. Bodin. dict. lib. 3. cap. 8.

17 Ex quo Principes ducti cognouere, ad bonum regimen, decorem, & ornamentum Reipublicæ necesse ut cura adhiberetur in constituendo conseruandoque ordine publico, utque in eo primi, ac postremi 18 essent, supremi, ac infimi, imperantes, & obsequentes, cum exinde oriatur pulcherrima rerum omnium dispositio, politica relatio superioritatis, ac inferioritatis. Div. Thom. ad 3. par. quest. 4. art. 2. Anastas. German. lib. 2. de Sacror. immunit. cap. 5. n. 8. Vazquez, tom. 3 in 3. par. disp. 236. cap. 1. num. 7. reuerentia, ac dilectio inter superiores, ac inferiores. Dionys. Paul. de quatuor Patriarch. cap. 1. num. 1. Ordinataque hominū distinctio pro diuersitate donorū in quæcumque collatorum, Georg. Schomborner. Politic. dict. lib. 1. cap. 4.

19 Hoc induxit, ut lure Consulenti responderent, quod in gerendis honoribus nō esset promiscua facultas, sed ordo certus adhiberetur, l. Honor, §. Gerendum, de munerib. & honorib. ac quod gradatim irrogarentur, l. ut gradatim, eod. tit. Menoch. de arbitrar. sentur. 6. cas. 564. num. 1.

20 Ex Imperator in Authent. Quo modo oporteat Episcop. ad Respublicæ conseruationem, necessariam, adno-

taret consonantiam regiminis, ibi: Erit consonantia quaedā bona, omne quidquid utile est humano conferens generi. Quod à Platonica, Aristotelica, & Xenophōtica doctrina effluxit, cum in omni benè constituta Republica 21 Geometrica, Mathematica, & Armonica gubernatio, & diuisio sit necessaria. Ut ex l. Eos, C. de usur. l. Ex uncijs, de heredib. institued. & alijs notat Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 6. Petr. Gregor. lib. 6. de Republ. cap. 6. n. 5.

22 Periculosum enim erit, si Reipublicæ ordo subvertatur, sicuti, & nil utilius, quam illius conseruatio, Bessold. dissert. Philog. de differēt. diuin. 23 humana, quæ sapiēt. cap. 6. n. 3. Cū & bruta etiam in suis structuris, & opificijs, natura tamen, non ratione, certum ordinem obseruent, Mant. Patauin. in Analys. in gymnas. Schol. verbo Ordo.

24 Quare Cicero, lib. 1. de legib. Utile notabit, quod vnaquæque res suo collocetur loco, Div. August. de Ciuit. Dei, lib. 19. cap. 13. Præcipue Principi, qui Reipublicæ Pollitor est, ex Apostolico præcepto, Cor. 1. 25 cap. 14. Et ornator Cicero, dict. lib. 1. Talis est igitur ordo actionum adhibendus, ut quemadmodum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta, & conuenientia.

26 Ac quod sicuti in Musico ad benè agendum consonantia, sic in Rege necessaria est ad bonū regiminis. Cicero: Quæ enim in fidibus, aut tibijs, sic ordo in Musico disturbatur? Sic videndum est in vita ne fortè, quid discrepet, vel multo etiam magis, quo maior, & melior actionum, quam sonorū concentus est. Macrobin. in Prolog. lib. 1. Saturnal. Vides quam multorum vocibus Chorus constet. vna tamen ex omnibus redditur. Aliqua est illic accuta, aliqua grauis, aliqua media, accedunt viris femina, interponitur fistula: ita vires singulorum illic latent, voces omnium apparent, & fit concentus ex diuersis. Quod notans Eduardus Vvesten de moribus Reipub. lib. 1. cap. 7.

num. 2. sic exponit: Huic ex multis emananti unitati in Republica adhaeret pulcherrima quaedam ratio proportionis, cuius ubi bonum commune non solum ad plures extensum, sed palebra insuper quaedam forma ad illos sparsit deductum: omnis hominum vita, et ait Pythagoras apud Platonem numerosa quaedam indiget consonantia, ex qua plurimorum salus statu licet discrepantium in ciuitate propagatur. Petr. Gregor. dict. lib. 6. cap. 1. num. 5.

27 Ex hoc summo rerum Arcano Cinan. lib. 5. de optim. Imper. docet nullum statum sine ordinis digestionem esse posse, qui lib. 7. a Calcedoniorum Republica incipiens, docuit, nec Lichurgum, nec Pythagoram, ceterosque Rempublicam stabilisse legitimam, cum ordinem ad eam necessarium, nec constituissent, nec seruassent. Qualem sic necessarium credit, Adam Cont. lib. 1. Politic. cap. 2. §. 1. 28 ut dicat melius esse, ac securius, ut seruato ordine ab improbo, ac pernicioso Respublica regatur, quam ab enè moratis ordine reiecto, Christophor. Besold. dissert. Philolog. Praecogn. Politic. complectens, cap. 5. num. 5.

30 Et cum ordinem hunc seruare bono conveniat Principi, D. Tho. 1. 2. quaest. 108. art. 2. ne alias moderamen in confusione, detrimentumque Reipublicae vertatur, rectè constitutum, ac praecautum in lege nostra, ut in conferendis honoribus ordo rectus, ac praescripta forma seruetur. Nò enim inquit D. Thom. esset multitudo ordinata, sed confusa, si diuer- 31 si ordines defuissent. Vnde, & in ciuitatibus legitimè constitutis triplex ordo hominum necessarius; supremorum, ut Optimatum; infirmorum, ut vilis Populi; mediolorum, ut Aequitum. Si hic confunditur, quid nì periculum imminere poterit? Si vilis populus loco optimatù subrogetur, inordinateque se habeat, Princeps chaos in Republica inueniet. Ouid. Metamorphos. 1.

Ante mare, & terras, & quod tetigit omnia caelum

Vnus erat toto natura vultus in orbe. Quem dixere Chaos, rudis indigestaque moles,

Nec quidquam, nisi pondus iners congestaque eodem

Non bene iunctarum discordia semina rerum.

Benedict. Perer. in Genes. lib. 1. cap. 1. vers. 13. num. 161. Bella, rixas, damnaque ralata à D. Tho. 1. 2. quaest. 21. art. 1. Opportet videre in hoc veram Dei esse iustitiam, quod omnibus tribuit propria secundum cuiusque existentium Dignitatem, & vniuscuiusque naturam in proprio saluat ordine, & virtute.

De quo còtra errores aliquorum videndus Albert. Pigl. Ecclesiast. Hierarch. lib. 2. cap. 2.

34 Nec alio indigemus exemplo quam quod quotidie militares offerunt exercitationes, ordinatus currens potentior inordinata multitudine, Regali, aut Imperiali exercitu: hoc experientia comperitur, nec ex illius in ordinatione aliud praeter calamitates, clades, aut exitiù inuenies, quorù nullum maius exèplum apud Scriptores, quam Cambisis interitus, Thomirisque vltio ob occisum filiù, quam pluraque tradita à Tullio Ferreto de re milit. cap. de tuto exercitu meatu. nu. 12. & cap. de ordinand. acieb. in bello, num. 8. & de ordin. in pug. seruand. per 35 totù. D. Nazianc. in sentent. distic. elegiac. fol. 1445. Porrò ex perturbato rerum ordine malorum agmè oritur. Qui de rebus naturalibus loquens, Orat. 26. Atque ordine quidem florente, ac dominante mūdus est vniuersum hoc, ac pulchritudo certa, & stabilis: contra autem perturbatio, & confusio in aère tonitrua, in terra motus, in maris naufragia, in orbibus, domibusque bella, & aesidia, in corporibus morbos, in animis procreauit. Haec omnia non pacis, nec ordinis; sed confusio- nis, & perturbationis nomina sunt.

36 Quare Elias, Orat. 1. D. Nazianc. dixit ordine contempto nihil aliud

aliud in Republ. consequi, quã Anarchia Poeta.

*Omnis res floret, quã iustus dirigit ordo
Omne, sed evertit reprobis ordo bonũ.*

37 Nec, illo omisso, inuenietur, nec consequi poterit finis, ad quem creata, ac constituta fuit Politica, regiminis supremi cura, quam esse certum est publicam omnium subditorũ salutem, vt alibi diximus, & latè ex pluribus Bessold *Polit. cap. 7. de fine Imperiorum, & cap. 8. num. 2.*

38 Quo edoctus principio, Contz. *dict. lib. 1. cap. 1. §. 3.* Subversionem Reip. ministrat, dum in ea inordinatè, ac sine delectu, & discretione proceditur. Quid enim agere conantur Hæretici ad subversionem Ecclesiæ, ni illius Hierarchiam à Christo constitutam subvertere? Vt latè testatur Sebast. Cæsar. *dict. quest. 1. à num. 1.*

39 Hæc ratio suavit primis Republicarum conditoribus, vt eas in ordines digererent certos, ac vt inter se ordinatè homines viuerent sua sorte, ac dignitate seruata. Sic prima mudi periodo apud Indos executũ in

40 venio à Bacho, seu Libero à quo, vt testatur Diodor. Sicul. *rer. antiq. lib. 2. cap. 10.* deductũ ad Ægyptios, à quibus ad Athenienses translatum à Theseo; post ad Romanos. Hugo Groc. *de antiq. Reip. Batauic. cap. 1.*

42 cõstituentes ex tribus ordinibus Rempublicam, vt latè Vvolphang. Laz. Lypfio, Pancirol. Pavin. Rosin. & Domster. Petr. Gregor. & alij adducti, inf. num. Adde Casaubon. animaduers. ad Sueton. *lib. 2. pag. 24. vers. 13.* Philip. Beroald. in Sueton. *Comment. ad C. Iulium Cæsar, cap. 75.*

Marc. Ant. Sabelic. *Parafraf. ad Sueton. in Neron. cap. 9.* Anton. August. *de lege Romana, cap. 7.* Illo enim æuo perdurarunt Iudaica, Atheniënsia, cæteraque Imperia, donec ordinata compositio regiminis perdurauit; turbata vero natiuo syntomate perierunt.

44 Romanæ Reip. excidium, si

antiquos consulimus Authores, ex hoc emanauit fonte; tunc decrefcere incæpit illius gloria, cum Grachi, Drusus, & Saturninus antiquũ Republicæ ordinem, & statũ subvertente Legibus latis Agrarijs, ac ciuitate donata calcato ordine socijs, omnibusque Italiã, vsque ad Alpes habitantibus, Carol. Sygon. *Comment. in factos, & triumph. Roman. in prefat.* Ex hoc tempore Optimatum ordo, qui primus in Republica subuersus extitit: Ciuiliũ bellorũ origo fuit, cum l. Sulla plebis dominatum pellerisset, à Grachis erectum, à lege Licinia roboratum. Ex hoc Cæsar, & Pompei oborta difidia, in tantũ perturbato Reipub. statu, vt crebro à non paucis de vniuersa occupanda Republica cogitatum, & aduersus eam conspiratum inirent. Tunc Piso, Gracus, & Catilina, Cæsar, Brutus, Casius, Antonius eruperunt, vsquequo oppresso in Sicilia Sexto Pompeio, Lepido potestate exuto Marc. Anton. occisso, Octavius superfuit, qui paccatis ciuilibus bellis, de constituenda curauit noua Republica illo medio tradito à Tacito in principio, *lib. 1. Annal.* Quæ omnia congerens decantauit Horat. *lib. Epod. Oda 16.*

*Suis & ipsa Roma viribus ruit,
Quam nec finitimi valuerunt perdere
Marci*

*Minatis, aut Hetrusca Porsena manus
Emula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer*

Nobisque rebus infidelis.

Alex. ab Alex. *dier. genial. cap. 18.* Carol. Sigon. *de antiquit. iur. Roman. lib. 2. cap. 2.* Theod. Reinling. *de Regimin. sæcul. lib. 1. clas. 2. cap. 10. num. 1. & 17.*

Valenç. *cons. 34. num. 21.* Hermof. *procem. partit. glos. 2. num. 130.* Ioan. Sar. *de antiquit. Roman. Salust. Princip. de bello Catilinar. Propterea quamdiu veteres leges, & instituta maiorum in urbe Romana viguerunt tamdiu stetit Imperij dignitas, nec Reipub. aut externa vires*

affli-

affligere, aut illa debilitare domestica se-
ditio potuit. Vbi vero extraordinarijs
Imperijs locus esse capit, & Ciuum ani-
mis pecunia cupiditas infussa corupit, aut
gratia delinuit, tum primo quidem de suo
statu moueri, ac leuiter, quasi mutari Res-
publica cepit. Deinde cum ad eam confir-
mandam, alijs animus, alijs Consilium de-
esset, uehementius labefactata, ad extre-
mum tota corruit. Præcipue, vt notat
lex nostra, si humiliori loco, aut or-
dini adscripti Superiorum, ac Ho-
norariorum Dignitates fuscipere fe-
stinent, vt notauit Vvolphang. Laz.
Comment. Reip. Roman. lib. 3. cap. 1. Et
declinantis Imperij tempore factum
notat Cöntz. Polit. lib. 7. cap. 18. §. 3.
Carol. Sygon. Comment. in factos, &
triumph. Romanor. in Procem. Theod.
Reinsing. de Regimin. secul. lib. 1. clas.
2. cap. 10. num. 1. & 10.

45 Quibus principijs animad-
uerfis Luc. de Pen. in Rubr. C. de Com-
mitib. Consistor. lib. 12. inuehitur in
Principes, honoribus abutentes, cõ-
niuentisque ne illorum gradus, aut
prærogatiuæ obseruentur; sed ad li-
bitum conferantur: quod esset (om-
missa Diuina, ac naturali ratione)
agere ex Epicuri, reiecto principio,
qui homines casu Regi debere cre-
didit, Cicer. 1. de natur. Deor. Georg.
Schomborner. Polit. lib. 1. cap. 4. Quæ
sententia quatum publicæ saluti in-
fecta, sit, demonstrat D. Greg. cap. Ad
hoc 89. dist. Tyber. Decian. respons. 7.
nu. 2. & 21. lib. 3. eleganter Menoch.

conf. 51. num. 1. & conf. 126. num. 1. &
902. num. 1. Georg. Schomborner.
Polit. lib. 1. cap. 4. & ex Thuan. lib. 23.
Bessold. Synops. Politic. lib. 2. cap. 13.
num. 11. Hacque ratione Tiercelinus an-
tiqui moris in Gallia eques, mordaci di-
cterio indignabundus sepe dicebat: Tor-
quem Conchiliatum postquam indignis
communicari cepisset, non tam fortium
virorum insigne, sed omnium bestiarum
colare esse. Cum ordines, & gradus
Dignitatum fauore publico inducti
sint, semperque seruandi, Manil. lib.
5. Astronomic.

Vtque per ingentem populum describitur
Vrbem

Præcipuumque Patres retinent, &
proximum auester,

Ordo locum, Populumque equiti, po-
puloque subire

Vulgus iners, videas etiam; sine nomi-
ne turbam,

Sic etiam magno quedam respondero
mundo,

Hæc natura facit, qua celo condidit
Orbem

Sunt stelle procerum similes, sunt
proxima primis

Sydera, suntque gradus.

Valenc. conf. 34. num. 25. antea dixe-
rat ex l. 1. C. vt Dignitat. ordo seruetur
Petr. Gregor. lib. 4. cap. 6. n. 8. Auéd.
Dialog. relator. 3. par. cap. 68. num. 3. &
4. Mastrill. latè de Magistrat. lib. 4. cap.
16. Petr. Bim. conf. 104. num. 27.

EN LOS TRATAMIENTOS, TITVLOS,
y Cortesias de que vsan, afsi por escrito, como de pala-
bra entre si los Grandes, y Caualleros, y otras personas.

SVMMARIVM.

- 1 Doctores, de Titulis Honorum scri-
bentes, referuntur.
- 2 Reuerentias exhibendas Dignitati-
bus.
- 3 Titulus Honoris, est signum designati-

uum Maiestatis, & Honoris.

- 4 Magistratum distinctio, in maiores,
& minores.

- 5 Dignitates distinctas in Illustrissi-
matu, Clarissimatu, Spectabili-
tate.

- 6 Illustrissimi, qui dicti.

B

7 Spe

- 7 Spectabilitas, quibus competeat.
- 8 Clarissimi, qui appellati.
- 9 Dignitatum arbor, ex Eguinario Baronio.
- 10 Tituli Honoris quales, ex Fr. Gerónimo Romano.
- 11 Illustrissimi vox, non dicenda Titulus, nec Spectabilis, & Clarissimi, 13. Sed vocabulum honorificum, 16. aut nota ad reuerentiam Dignitatis, 20. 30. & 35.
- 12 Illustrissimi, Clarissimi Titulus Honoris.
- 14 Titulos Honoris, ex gentium acceptione ortos, sed personales, 15.
- 17 Dignitatum ordines in Republica Romana, quatuor ex Accurs. 18. tres ex Alciato.
- 19 Dignitatum clases sex, ex Petr. Gregor.
- 21 Tituli Honorum inventi, ad Maiestatem.
- 22 Honorifica voces inventa ab ambitione.
- 23 Populus Romanus in tres ordines diuisus a Romulo.
- 24 Ordini Patritio Sacrorum Magistratum iura concessa a Romulo.
- 25 Honorarium signum vocale, inter Romanos nullum, ni Patrum.
- 26 Distinctio Patritiorum, Equitum, & Plebeiorum inter Romanos, ex triplici, duplici, aut singulari appellatione nominum.
- 27 Titulus Clarissimi, Illustrissimi, non fuit in vsu, sub Regno, & Republica Romana.
- 28 Clarissimi dicti Senatores, sub Romulo, & Tyberio.
- 29 Illustres Senatores sub Cesare.
- 31 Senatorius ordo, dictus: Amplissimus, 32.
- 33 Amplissimi Epithetum concessum Senatoribus, non fuit in Titulum, sed in designationem authoritatis.
- 34 Clarissimi vox designatiua Nobilitatis, aut virtutis, non Dignitatis.
- 36 Titulus Honoris habebatur in Republica Romana adscriptus Dignitati, 37. vel quasi ex virtute, ut exemplis probatur.
- 38 Illustrium, Clarissimorum vox concessa Senatorio Ordini, sed non in Titulum Dignitatis, sed honorificentiam, 39.
- 40 Clarissimi dicti Senatores, quia ornati Clarissimis, & speciosissimis ornamentis.
- 41 Illustrium vox, Clarissimorum, Spectabilium, Eminentia, Excellentia, Illustrissima, Señoria, non est Titulus Honoris, 46.
- 42 Titulos Honorum, a luxuria Cesaris ortos, ad ceteros translatos.
- 43 Imperatores abiecta reuerentia Illustrium, & concessa Senatoribus, alios Titulos conscribere, 45. Cesarum, Augustorum, & alios.
- 44 Illustrium, Clarissimorum vocabula inducta in notam virtutis.
- 47 Iustinianus non prescripsit Dignitatibus vocabula honorifica, sed varie salutauit, ut ex Authenticis comprobatur.
- 48 Tituli Honorum sunt: Senator, Consul, Prator, Dux, Comes, Marchio; non Illustrissimi, Clarissimi vox.
- 49 Señoria non est Titulus Honoris, sed reuerentia permissa Dignitati Regali.
- 50 Excellentia non est Titulus Honoris, sed reuerentia permissa Dignitati Regali.

Illustrissimi, Clarissimi, Spectabilis, antiqua Epitheta,
Eminentia, Excellentia, Illustrissima, Señoria noua,
Permissa Dignitatibus, nõ sunt Tituli Honoris habenda,
Sed reuerentialia honorificentia vocabula.

GLOSSA PRIMERA.

ANtequã in vastum no-
stræ legis gurgitẽ scal-
mũ immitamus, sciendũ
est, quod de origine Titulorum Re-
gibus, Imperatoribus, ac Principi-
bus Supremis, Dignitatibusque Re-
galibus Ducum, Comitũ, Marchio-
numue præscriptorum, scripserunt
Accurs. in *Glos. l. qui indignus*, vbi Re-
buf. de *Senatorib.* Bart. & *antiquit. in l.*
de iurisdic. omn. iud. Eguinar. Ba-
ron. in *l. Nupta*, de *Senatorib.* vbi Ioan.
Corras. & in *l. Ecceina*, eod. tit. Petr.
Rebuf. in *l. Speciosas*, de *verbor. signifi.*
Luc. de Pen. Plat. Rebuf. Anton. Pe-
rez ad tit. *C. de Dignitatib. lib. 12.* Re-
staur. Castald. de *Imperat. quæst. 59.* &
sequentib. Anton. Corset. de *Potestat.*
Reg. par. 3. ex num. 13. Philip. Knif-
chilt. de *fideicom. familiar. cap. 7. n. 19.*
Redin. de *Maiest. Princip.* Ioan. Quint.
Heduo. *Aristocrat. Chist. Ciuitat. cap.*
de Regis Imper. Pancirol. lib. 1. variar.
cap. 2. & not. Imper. per tot. Theodor.
Reinsing. de *Regimin. secular. & Eccle-*
siast. Bellold. dissertat. de præcedent. ses-
sion. 7. Turturet. de *Nobilit. Gentil.*
Ioan. Iacob. Dracon. de *iur. Patric.*
Guther. de *offic. Dom. August. lib. 1. ex*
cap. 4. Fr. Geron. Roman. *Republ. del*
Mundo, lib. 4. de la Republ. Gentilic. cap.
26. & 27. Bodin. de *Republ. lib. 2. cap.*
4. Sixtin. de *Regal. lib. 1. cap. 1. nu. 26.*
Menoch. *cons. 2. ex num. 3.* Boer. de *or-*
din. grad. par. 2. per tot. Buleng. de *Im-*
per. lib. 1. cap. 7. Adam Contz. *Politic.*
lib. 7. cap. 4. Camill. Borrel. de *præ-*
stant. Reg. Cathol. cap. 41. And. Bosch.
tract. de *les Titolos de Honor. de Catha-*

lonia, *lib. 5. cap. 33. & sequentib.* Ioan.
Iacob. Speidel. *notabil. iurid. Histor.*
Politic. litt. G. num. 12. Theodor. Hoe-
ping. de *iur. insig. cap. 22.* Ioan. Lymn.
de *iur. publ. lib. 2. cap. 1.* Ioan. Har-
pret. *lib. 1. institut. in Epigraph.* Petr.
Gregor. de *Republ. lib. 6. cap. 4. & se-*
quentib. Lancelot. *Contad. templ. iu-*
dic. lib. 1. cap. 1. per tot. Qui etiam ege-
runt de Nominibus, ac Vocibus Ho-
noricis concessis Magistratibus ad
cognitionem Dignitatum, aut Mu-
nerum.

2 Sed quamvis audaciã, ac te-
meritatis sit, post tot grauissimos Do-
ctores, in hac re calamum suscipere,
cum tamen inter alia præcipuum no-
stræ legis sit, præscribere Reueren-
tias, Honorificentias, Salutationes-
ve, *l. 2. & 3. C. de offic. diuersor. iud. de-*
bitas Regibus, inque Honoratis, ac
Celsioribus viris præscriptas, liceat
ex Scribētium floribus, aliqua ad le-
gem nostram prælibare. In quo, vt ad
illius cognitionẽ deueniamus (omif-
sis varijs Titulorum significationi-
bus, de quibus, post alios Turturet.
de Nobilit. Gentil. lib. 2. cap. 9. Hoepin.
3 diet. cap. 22.) Prænotandum est:
Quod Titulus honoris, est signum
constitutum, Sueton. in Tyber. cap. 17.
Multique, & magni honores etiam qui-
daro, vt Pannonias. Alij, vt Inuictus.
Nonnulli, vt Pius cognominarentur, vbi
Casaubon. & Beroald. Seu vox In-
signis Kekerman. lib. 1. Politic. cap. 4.
Opinione hominum inuẽta, Bessold.
dissert. de præced. & session. prærog. cap.
4. num. 3. Theodor. Hoeping. de *iur.*



insign. cap. 22. num. 5. ad cognitionem
 Maieſtatis, Ioseph. *antiquit. lib. 8. cap.*
 2. Principatus, Dionis. Halicar. *lib.*
 2. *antiq. Roman. Ipsum quoque Romulū,*
Quirinum cognomine, et humana natura
longe augustiorem, templo in ipſus hono-
rem instructo, sacrificijs anniuersarijs co-
li iussit. Imperij, Liu. *lib. 26. Princi-*
pio eius anni, cum de litteris L. Manlij
referretur, res gesta magnifica Senatui
visa fuerunt. Titulus honoris, quod Im-
perio, non populi iussu, non ex auctorita-
te Patrum dato, Proprætor Senatui scri-
pserat, magnam partem hominum offen-
debat. Honorisque inhærentis, ac de-
biti Dignitati, Ouid. lib. 2. Fastor.

At tua prosequimur studiose pectore Caesar
Nomina, per Titulos ingredimurque tuos.
 Sicuti fasces, sella, & alia, signa sunt
 Imperij, Angel. de Perusin. in *l. qui*
soluendo de heredib. instituend. Turtu-
ret. de Nobil. Gentil. lib. 2. cap. 9. Schar-
der. in Lexic. litt. T. verbo Titulus Ma-
gistratum, Pancirol. lib. 1. variar. cap.
 2. Kekerm. *Politic. lib. 1. cap. 4. V vol-*
 phang. Laz. *Roman. Reipubl. lib. 2. cap.*
 18. Theod. Hoeping. *de iur. insig. cap.*
 22. *per tot. Andr. Bosch. de les Titulos*
de Honor de Cathalonia, lib. 1. cap. 9. Co-
uarrub. Tesoro de la lengua Castellana,
 verbo *Titulo*, Ludouic. Beierlinch.
Theat. vit. human. litt. T. verbo Titulus.

CLARISSIMI, CLARISSIMATVS.

SPECTABILES, SPECTABILITAS.

ILLVSTRES, ILLVSTRATVS.

10 **Q**uibus adhæres Fr. Geron.
 Roman. *Republ. del Mundo de*
la Republ. Gentil. cap. 4. exponit: Cata-
logo de los Titulos que pertenecen a los
Nobles, Inclito, Ilustre, Excelente, Sacro,
Christianissimo, Gloriosissimo, Alto, o Su-
blime, Espectable, Clarissimo, Insigne,
Honesto, Honrado, y Noble.

11 Nec extra rem credidimus

Sed, & si hoc verum, ac receptum
 sit; cum inueniam post antiquos in
dict. l. 1. de iurisd. omn. iud. Pancirolam,
 Lymneū, Hoepingium, cæterosque
 relatos, num. 1. Scribentes de Titulo-
 4 rum honorariorum origine, Egui-
 nariumque Baronium in *l. Nuptia, de*
Senatorib. Ioan. Corraf. in l. Fœmina,
cod. tit. Magistratus digeretes in ma-
 iores, ac minores, Dignitatumque
 5 gradus ex Magisteriali imperio
 ortos in *Præfektissimatu, Clarissimatu,*
Spektabilitate. Quibus adſenſit ex
 Breuiario Imperiali Pancir. *not. Im-*
per. Orient. cap. 1. qui ad dilucidiorum
 notitiam, Dignitates in ramos, seu
 6 capita digerit, afferens *Illustrissima-*
tum in laterculo Imperiali constitu-
tum Præfektis Prætorio Orientis.
 Illirici, Urbis Constantinopolitanæ,
 Magistro militum, Sacri cubiculi
 Præposito, Magistro officiorum:
 Equorū; Comitum largitionum; Re-
 rum priuatarū; Domesticorū Equi-
 tum; Domesticorū peditum, Primi-
 7 cerio cubiculi, *Spektabilitatem, Magi-*
 8 stro Scrimiorum, Proconsulibus,
 Comitibus Orientis, Præfektio Au-
 gustali, Comitibus rei militaris, Du-
 9 cibus. *Clarissimatum, Consulibus,*
 Correctoribus, Præsidibus. Quo ad-
 9 ſentiens Eguin. Baron. in *l. Fœmi-*
na. Arborem Dignitatū subplatauit.

(Senatores interdum.

(Rectores Prouinciæ.

(Duces.

(Proconsules.

(Præfektis Prætor.

(Præfektis Urbis.

agere, an *Illustrissimi, Spektabilis, Cla-*
riſſimi, cæteræque voces cumulatae à
 Fr. Geronim. Roman. Hoeping. de
 Titulis Honorum Scribentibus, di-
 cendæ sint Tituli Honoris, an vo-
 cabula, seu appellationes honori-
 ficæ, acceptæ ad cognitionem, &
 designationem Titulorum, consti-
 tuentium Dignitatum ordines?

Et



12 Et quamvis absolutè Titulos esse clamitent, attamen omiſſa Pancirolæ, Eguinarij, & Corraſij diſtinctione Dignitatum, quam ipſe Pancirol. *not. Imper. cap. 2. refert de Illuſtribus, Spectabilibus, & Clariffimis.* Ioan. Corraſ. *in dict. l. Fœminæ, de Senator. num. 4.* & Theodor. Hoeping. *de iur. inſig. cap. 22. num. 101.* aſſerentes cõmunem Principum titulum eſſe *Illuſtriſſimorum: Præſectorum Illuſtrium Proconſulum Spectabilium; Magiſtratum indiftinctè Clariffimorum.* Cre-
13 dimus, quod voces, ſic dictæ à Kekermano, & ex eo ab Hoeping. *de iur. inſig. cap. 22. num. 9.* habendæ ſunt, nec dicendæ tituli, ſed vocabula inſignia, ac reuerentialia, accepta ad deſignandum gradum Dignitatis, & Honoris illius, cui præſcribuntur, vel permittuntur.

14 In cuius ſententiæ aſſertionè, prænotandum. Prima quod in Mundi periodo, voces honoris à Geronim. Roman. notatas *dict. cap. 26. & 27.*
15 quales, quales fuiſſe, personales haberi (ni illas, quas Regiæ Dignitati præſcriptas, notamus *Gloſ. 3. n. 7.*) Cõceſſas virtuti, gloriæ, & factis, vt ex Plutharc. Alex. ab Alex. & alijs *Gloſ. 5. num. 50.* quare illas ad caſum
16 non educendas. Secunda vero, in quo receptas Illuſtriſſimorum, Clariffimorum, Spectabilium, ad exprimendam excellentiam Imperij, vel Dignitatum, Caſiod. *lib. 7. Epift. 27. Cognoscitur enim agere locum primariũ, quauddo in rebus humanis magna pars hominum aſſerit Excellentiam Dignitatis, vt Gloſ. ſeq. num. 2. & 3.* Non fuiſſe Titulos, ſed notas, ſeu inſignia vocabula ad reuerentiam Magiſtratum, ſeu Dignitatum, vt notarunt Turturet. *de Nobilit. Gentil. lib. 2. cap. 9.* Pancirol. *lib. 1. varian. cap. 1.* Scharder. & Kekerman. adducti ab Hoepin. *dict. cap. 22. num. 19.*

17 Quod euincitur noto Romani Regni, Reipublicæ, ac Imperij ortu, & progreſſu. Nam, & ſi vt voluit

Accurſ. *in l. Qui indignus, de Senator. in Republica, vel Imperio Romano, fuerunt quatuor Dignitatum gradus, ſeu Ordinum, vt cum illo loquamur, quibus decretæ honorificentia: Sunt enim multi ordines, alij maiores, alij minores. Eſt enim maior: Superilluſtris. Secundus: Illuſtris. Tertius: Spectabilis. Quartus diſcenſiue eſt: Clariffimus. Vel quinquè, vt in Gloſ. Authent. vt ab Illuſtrib. verbo Magnificentiffimos, quæ ſequitur Bart. in l. 1. de iuriſdict. omn. iud. in quos inſurgit Andr. Alciat. in l. Specioſas, de verb. ſign. f. & lib. 3. diſput. 18 cap. 4.* aſſerens tres tantum fuiſſe; cui adſentit, Bartulo reiecto, Petr. Rebuf. *in dict. Specioſas, & l. Qui indignus, de Senat.* Eguin. Baron. *l. Nuptæ, eod. tit. de quo D. Iſidor. Ethimologiæ. lib. 4. cap. 8.* Sidon. Apolinar. *lib. 8. Epift. 6.* vbi Ioan. Sabar. Turturet. *de Nobilit. Gentil. lib. 2. cap. 9.* Guther. *de offic. Dom. Auguſt. lib. 1. cap. 4.* Ioan. Lymn. *de iur. rubi. lib. 4. cap. 6.* Theod. Hoeping. *de iur. inſig. cap. 22. ex num. 104.* Ioan. Iacob. Dracon. *de iur. Patriæ. lib. 2. Proem.*

19 Cum vero inueniamus ex *Gloſ. dict. Authent. vt ab Illuſtrib. Petr. Gregor. lib. 47. Syntag. n. cap. 12. ex n. 11.* Sex claſſes Dignitatum enumerantem, teſtatem autem, ignorantia Hiftoriæ, confuſionem, ac varietatè temporum ſefelliſſe Scribentes ad Titulorum cognitionem, ac illorum
20 naturam, & qualitatem. Ne in eã incidamus, tenendum aſſero ex Alciato, *dict. lib. 3. diſput. cap. 4.* Hoeping. *dict. cap. 22. num. 105.* Illuſtrium, Spectabilium, Clariffimorum vocabula, appellationes, cæterasque more gentiũ ad honorandum inventas, non eſſe habendas, nec dicendas Titulos Honoris deſignatiuos Ordinũ, ſeu Dignitatum; ſed voces à placito, & voluntate Principum, vel adulatione inferiorum collatas ad Honorem, reuerentiamve exhibendam; vel cui reſcribitur, ſcribitur, vel ſalutatur, & verbis, & ſcripto. Vt ex antiquis Ro-

manæ Historiæ Scriptoribus, legibus Codicis Iustiniani, & Theodosiani, Authenticis, & formulis Casiodorij, Epistolis Plinij, Symmachi, & Sidorij depromitur.

21 Firmatur mens nostra. Si, vt diximus, antiquitatem recolimus, cogitamusque varietatem humanæ naturæ. *Authent. de restit. & ea, qua parit. in princ.* Ex ea enim inueniemus Titulos, vt in *Glo. seq.* inventos ad maiestatem; voces vero, seu vocabula.

Authent. de Prætor. P. fidia, venerando iam vocabulo appelletur, ab ambitione, libidine, & luxuria Principum. Quod 22 euidentius elucescit, noto, quod Romani Regni, ac Reipublicæ ortu (quo cū virtus omnia domabat certamen tantum gloriæ erat inter ciues, gloriæ ingentem, non diuitias volentes, *Salust. Pell. Catilin. in princ.*)

23 Romulus tres ordinum gradus constituit Patriciorum, Æquitum, Pleueiorum, *Lin. Dionys. Plutharc. Fest. Cicer. Senec.* Sed quia decens & necessarium, Patriciali ordini concessit Nobilitatis iura, Sacrorum Magistratum, Connubiorum, quæ immutabilia eo in ordine, vsquæ ad Consulatum Valerij Publicolæ, G. Canulei, & legem Hortensiam, in quibus, & si reluctanter Patricijs communia Patribus, & Plebi fuerūt, connubilia iura Sacra, & Magistratus: tamen vocale signum honorarium nullam sub Romulo, ni *Patrū* vox, *Dionys. lib. 2. tradito num. 34. de quo latè ex Lin. Dionys. & Plutharc. Ioan. Iacob. Drecon. de origin. Patric. lib. 1. cap. 2. & 3.* Vicens vsque ad Imperium Augusti, Trajani, *Plin. in Panegyri. vbi Lypf. num. 189.* Regnumque Theodorici, vt ex Casiod. edocemur.

26 Fuit vero receptum initio Regni, & Reipublicæ ad distinctionem ordinum, vt Patricij, ac Senatores tribus nominibus appellarentur, duobus Æquites, singulari Plebeij. Quod perdurare comperimus vsque

quo (vt diximus) Plebs ad Rempublicam accessit; à qua ætate fuerunt inventa ad gloriæ, & honorem nomina ex virtute, fortuna, aut forma. *Carol. Sygon. de nomin. Roman. Cognomina à Romanis imponi consutuisse, aut ab ætione aliqua, aut à forma, aut à fortuna, aut à virtute.* *Ioan. Iacob. Dracon. lib. 3. de orig. Patric. cap. 2.* *Theodor. Hoeping. de iur. insign. cap. 21. à num. 1. & 41. cum sequentib.* de quo apud eos.

27 Ex quo, vt diximus, euincitur: Quod Regni Romani ætate, Reipublicæque tempore Tituli *Illustrissimi, Clarissimi, &c.* in vsu non fuerunt *Panciro. not. Imper. Orient. cap. 2.* Ad *Contz. Ioan. Iacob. Dracon. lib. 3. de origin. Patric. cap. 2. in Append. Theod. Hoeping. de iur. insign. cap. 22. nu. 31.* nec Consulari, Prætoricæ, Senatoricæ creditis Dignitatibus, nec concessis, nec vlli Ordini Romano.

28 Sed haud ignoramus, sub Romulo ex *Dionys. lib. 2.* Tyberij Imperio, sub quo floruit Caius Casius Longinus, vt in *l. 2. §. penult. de orig. iur. Senatores Clarissimos dictos, l. Curator 5. vbi Gothofr. de Curator. furios. l. 1. de his, qui sunt sui, l. De ferre, de iur. Fisc. sub Trajano: Optimos, Plin. in Panegyri. (& si Optimi cognomen Trajano ipsi in honorem concessum: *Adoptauit te Optimus Princeps in suum, Senatus in Optimi nomen.*) *Illustres* (& si sub*

29 Cæsare, ex *Sueton. in eum, cap. 48.* voluit *Guther. de offic. Dom. Augusti. lib. 1. cap. 10. quod non credo*) *l. Nuptæ, §. Senatores, de Senatorib.* Vnde videbatur fatendum fuisse à crepundijs Romani Regni, Titulos iuuetos in honorem, Ordini Senatorio concessis; attamen (si in hunc sensum has voces recipiamus) credimus nõ fuisse acceptas, nec habitas, vt Titulos Ordinum, nec sub infantia Regni, 30 nec ætate Imperij, sed veneranda vocabula designatiua honoris, ac reuerentiæ debitæ Dignitatibus, *Authent. de Prætor. P. fid. cap. 1.* Nam, & si

sub

sub Vespasiano si Suetonio credimus, 31 cap. 9. Senatorū ordo dicebatur: *Amplissimus*, illaque voce, seu Epitheeto ab Equestri ordine discernebatur, & Pleueio Marc. Anton. Sabelic. *Paraphras. in Sueton. diēt. cap. 9. Senatorius dicebatur Amplissimus.* Ex quo Iure-Consulti, Senatus Consulta, Decreta Amplissimi Ordinis dixerunt, l. 2. §. 1. l. Si decipiendi 30. ad Senat. Consult. Vel. eian. l. 2. De his, quib. ut indign. l. Nulli 21. de legat. 3. l. 1. de Collusion. detegend. l. Libertinum, C. de interd. matrim. l. Decreto, C. ex quib. caus. infam. irrog. l. Sed cum, C. ad Senat. Consult. Vel. leian. l. Si contra, C. si quis ignor. rer. min. l. 2. C. ad Senat. Consult. Macedon. l. 5. C. de excusat. tutor. Plin. lib. 10. Epist. 3. In *Amplissimum* Ordinem promoueret. Non 32 erat Titulus Honoris, sed vox honorifica, ac designatiua authoritatis Senatus; sicuti Maiestas, Regiæ potestatis, Guth. de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 4. *Maiestas populi, Amplitudo Senatus, seu auctoritas*, Bud. in l. fin. de Senatorib.

33 Hinc Vlpianus, qui sub Alexandro Seuero floruit: *Senatores Amplissimos* dixit in l. Si cui 50. de condit. & demonstr. & in l. 1. §. Si quis, de Appellat. Nondum enim *Clarissimi* vox audita, nec *Illustrissimi*, & *Speçtabilis* ad honorem, & reuerentiam Magistratuū; 34 cum inventa fuerit fenscete Imperio. Et si verum sit, ut diximus nu. 28. *Clarissimi*, *Clarissimorum* venerandum vocabulum ex Romuleis temporibus ortū, ætate Reipublicæ florens; principio Imperij acceptum, & tempore Cassiodorij in Titulū Dignitatis traditum, lib. 7. Epist. 38. fuit tamen illa prima Regni periodo, designatiuum Nobilitatis, Virtutis, & Gloriæ, non ordinis; de quo Tiraq. de Nobilit. cap. 1. sed ne transcribere videamus, notādus Dionysius à Tyraquelo omisus, lib. 2. de Regni Romani ortu loquens: *In tres partes diuisa vniuersa multitudo, singulis singulas præfuit. Duces Præclarissimos.* Et po-

stea: *Illustres* genere, virtute celebres, opibus (ut tunc ferebant tempora) abundantes, quibus essent liberi secreuit ab obscuris, abiectis, & egenis: *Inferioris fortune* homines Pleueios vocauit. Sicuti, & in Circulo Reipublicæ, in quo voces *Clarissimorum*, ac *Illustrium* Supremis Magistratibus, Patricijs viris, non fuere in Titulum concessæ Dignitatis; sed in obsequium, ac reuerentiam, cum iam haberent adscriptum Dignitati, illum: *Senator*, *Consul*, *Tribunus*, *Decemvir*, *Dictator*, quo 36 honorabantur suscepti ad Dignitates, ut de Bruto, & Collatino, Liu. lib. 1. Sp. Lucrecio, idem Liu. lib. 2. Tito Largio Dictatore, idem Liu. diēt. lib. 2. Caio Licinio, & L. Albino Tribunis. Idē Liu. diēt. lib. 2. Et quod maius, nec Quincio Cincinato, de quo Liu. lib. 3. *Spes unica Imperij populi Romani*, alius Titulus concessus, ni Dictatoris. De Decemviris. Ipse Liu. diēt. lib. 3. & si alio aliquis ornabatur erat, vel quæsitus ex propria 37 virtute, ac gloria, ut de Valerio notatur, quo quia Plebi grato. *Poblicola*, cognomen, de Marcio. *Cariolano*, dicto à Cariolis oppidis deuictis, Scipioni *Numantino*, à Numantia deleta, Publio Seruilio *Isaurio*, ab Isauria Vrbe Ciliciæ capta; & sic de alijs Romanæ Reipublicæ Ducibus, ac Imperatoribus.

38 Imperij ortu, eadē mos fuit: Nam, & si arepta à Cæsare Imperij summa, translataque per legem Regiam in vnū potestate, *Illustrium* vox honorifica inter Romanos laudata inuenitur, Tacit. lib. 1. *Proinde in Civitate tot Illustribus viris subnixæ*; à quo tunc, & sequenti tempore Senatores, ut plurimum, illorumque vxores, ac liberi: *Clarissimi*, *Illustres*, *Agregijque* appellati, l. Nuptæ, & l. Filia, de Senatorib. vbi Corraf. Baron. Oros. Rebus. in l. *Speciosas*, de verbor. signif. vbi Alciat. Tertul. ad Scapul. cap. 4. *Sed, & Clarissimas feminas, & Clarissimos viros*, vbi Cerd. Guth. de offic. Dom.

39 August. lib. 1. cap. 4. Non tamen accepta (vt etiam tempore Romuli) in Titulum Dignitatis; sed in designationem Nobilitatis, vt ex verbis Sydonij sequentis. Dionys. refulget, lib. 8. Epist. 6. Flavius Nicetas Vir ortu Clarissimus, Priuilegio Spectabilis, merito Illustris, & hominum Patriæ nostræ prudentia, peritiaque iusta Maximus. Vidend. Marc. Anton. Sabelic. Paraphras. ad Sueton. in August. cap. 2.

40 Quare Petr. Rebuf. in l. Speciosas, de verbor. signif. l. Qui inaignus, de Senator. Andr. Alciat. in dict. l. Speciosas, concordi assensu fatentur. Clarissimorum venerandam vocem, seu honorificam, non ad digerendos Ordines Dignitatum receptam; sed ex eo, quod cum Senatores, illorum vxores, & filij speciosis, clarisque verentur ornamentis, priuatiuè Senatorio ordini concessis, vt purpura, aurum, prætexta, laticlavum, bulla, pupa, trabea, vestis, tunica palliata, toga picta, quæ in spectationem homines rapiebant, ex illustri ornamento, & cultu claro, & specioso Clarissimi dicebantur, Tertulian. de cultu feminar. cap. 10. Aurum dico, & argentum Illustrium, vbi Cerd. Erant enim Illustres, qui Senatorijs ornamentis præditi erant, adfentit Guther. dict. lib. 1. cap. 4. Pancirol. not. Imper. dict. cap. 2.

41 Ex quibus, cum ipso Petr. Rebuf. rubr. de Senator. num. 6. Credimus toto celo errare, qui Titulos, voces, vocabula Illustrium, Illustrissimorum, Spectabilem, cæteraque à Fr. Geron. Roman. dict. lib. 4. cap. 26. & 27. enucleata, & cumulata à Pancirol. Lymn. Hoeping. & adductis Gloss. sequent. à num. 1. Olim vsitata, ac recepta. Nostraque: De Eminētia, Excellentia, Illustrissima, Señoria, velit asferere Titulos esse honorum, constituentibus gradus, Ordinesque Dignitatum. Cum, & si vt diximus, Regni Romani ortu, Reipublicæ ætate, Imperij principio, & progressu, fuissent aliqui Tituli ad Honorem, non fuif-

se verum est Illustrium, Clarissimorum, Spectabilem, sed Consulium, Senatorum, Dictatorum, vt diximus num. 35. Cum voces illæ, seu honorificentie verbales, ortæ fuerint, ex temporum calamitate, à libidine, ac superbia gentium, Salust. Bell. Catilin. Vbi pro labore, desidia; pro continentia, & equitate; libido, atque superbia inuasere, fortuna simul cum moribus immutatur, non in Titulum, sed in Adorationem.

42 Quo ad sentiens Bulenger. de Imper. Roman. lib. 1. cap. 2. notat illos, quos honorum Titulos vocant Scribentes, à luxuria Cæsaris ortos, à quo ad successores traducti, vt propriæ libidinis fomitem simularent, Illustrium nomina, seu vocabula à se repellentes, vt infima Maieitati habita, extendentes vero illa ad Magistratus, Senatores, Prætores, illosve, quorum manu, res Imperij agebantur, decorantes eos vocabulis honorum, varijsque honorationibus, adorationibus. Vt notant Adam Contz. Politic. lib. 7. cap. 5. §. 1. Ioan. Iacob. Dracon. de origin. Patric. lib. 3. cap. 2. in Append. num. 6. Theodor. Hoeping. de iur. insign. cap. 22. ex num. 31. quibus ipsi antea gloriabantur, vt in ipsos novos alios superiores, ac magnificentiores inducerentur.

44 Euincitur ex eo, quod ab Octauio vsque ad Alexandrum Seuerum, Imperatores, omisis Clarissimorum, Illustrium, venerandis vocabulis inductis ad notam virtutis, & gloriæ, Plin. in Panegy. Virgil. 7. Aneid. Cicer. Orat. pro Marco Fronteio: Clarissimosque Imperatores. Et postea: De Clarissimis nostræ Ciuitatis viris. Titulos concupiere Cæsarium, Authent. de Prætor. Capadoc. Nominatissimum Cæsaris nomen est, & Nos præter omnes alias Imperatorie Maiestatibus notas eo gloriamur. Augustorum, Sueton. in August. cap. 7. Romulum appellari oportere, quasi, & ipsam conditorem vrbis prævalisset, vt Augustus potius vocaretur, non tantum nouo, sed ampliore cognomine. Opti-

timorum, Plin. in Panegy. Adoptauit te Optimus Princeps in suum; Senatus in Optimi nomen. Parentum Patriæ, Sueton. in Iul. cap. 85. Scripsitque Parenti Patriæ, quos verè in Titulos habendos Maieſtatis notatur, in dict. Authent. de Prator. Capadoc. Nos latè Glos. seq.

46 Ex hoc Illustrium, Clarissimorum reuerentiam relinquentes, non in Titulum honoris (cum iam iam acceptum à principio Regni, & libidinis Arcano Imperatorù, Reipublicæque fuisset, vt diximus, Senatorum, Consulù, Prætorum) illos præscripserunt Magisteriali Ordini ad honorificentiam virtutis, & gloriæ obvenientis ex Dignitate, Virtute, aut Nobilitate. Vt ex Euripide Sapiētissime. Oſſor. de Nobilit. Ciuil. lib. 1.

Egregia Dignitatis indolis nota

Insignis est nobis generis Amplissimi.

47 Hinc credimus Iustinianum indistinctè, ac variè his vocibus, seu vocabulis honorificis vsus fuisse, ad Honorem Dignitatum, reuerentiæque eis exhibendam, non vero credentem ex illis certum ordinem cõstitui; sic invenimus Clarissimum appellasse Comitum Orientis, in Auth. Vt Iudic. sine quo suffrag. cap. 5. & in ipso contextu Sp. Et. ibilem: Et in Clarissimo Comite Orientis. Et postea: Et Spectabilis Comitum Orientis nomen. Decorantemque Præfectum Prætorium Celsitudinis voce, dict. Authent. cap. 7. & in Epilog. & in edicto post Authent. addito: Gloriosissimi, Dominico Gloriosissimo Præfecto. Et in Authent. de appellation. collat. 8. Comitum rerum priuatarum Gloriosissimum, in dict. Authent. cap. 7. Gloriosissimo Comite. Vbi que Sacrarum nostrarum priuatarum rerum. Et ab ipso, voce, seu (si voluerint Scribentes) Titulo Eminentia in Authent. de referend. & in Authent. de incest. & nefar. nupt. Clarissimum etiam Præfectum Prætorium. Eodem honore Præfectum

vigilum, Authent. de Prator. Popul. Gloriosissimus. Præfectum Orientis in Authent. de Trient. & semis. & in Epigraph. & in Epilog. Authent. de debit. impens. in exeq. Excellentissimus, Authent. de Moderator. Helespon. Authent. vt defunct. seu funer. eor. Et omisſis quam plurimis Authenticorum Constitutionibus, præcipuè Authent. de appellat. & intra quæ tempor. §. hic, latèque congesti à Pancirol. not. Imper. cap. 2. Guther. de offic. Dom. Augusti. lib. 1. ex cap. 4. cum sequentib. in edict. Iustinian. Imper. titul. Ne Præsid. in final. Ioannes Præfectus Prætorius sic diuerſe honoratur, vt in princip. sic rescribat Imperator: Quæ à gloria tua. Et post: Miſſa igitur ad Excellentiam tuam. Et in cap. 1. in princ. Postquam etiam à gloria tua edocti sumus. Et in fine: Ea Excellentia tua ad effectum edicti præcipito.

48 Quare firmiter fatendum, ex Romano more, Titulos honoris cõstitutos ordinibus Dignitatum esse Senatorum, Prætorum, Consulum, Quæstorum, Tribunorum, Ducum, Comitum, Marchionum, Authent. de Prator. Lycaon. in princip. & Authent. de Prator. Thracia, cap. 1. Andr. Bosc. lib. 1. de les Titolos de Honor de Cathalonia, cap. 7. Illustrissimi, Clarissimi, Spectabilis appellationem, honorificam vocem habendam, venerandum vocabulum, seu honorificum æpithetum, Erasim. de ration. inscriben. Epistol. tit. Principum epitheta, ex fol. 70. cum seqq. inventum ad honorem, & reuerentiam Dignitatum, sicuti inter Nos: Señoria. Couarrub. Tesoro de la lengua Castellana, verbo Señoria. Señoria, es la cortesia que se dà à los Señores Titulados. O Excelencia. Vt ex notatis ab Illustrissimo, & Sapiētissimo D. Christophor. Crespi de Valdaura Supremi Senatus Aragon. Illustrissimus Harmostes, Obseruat. 1. num. 232. De quo Glos. 25. num. 20. Theodor. Reinling. de Regimin. Secul. lib. 1. clas. 5. cap. 11. ex num. 8.

Y COMO QUIERA, QUE NO ERA NECESARIO en lo que toca à nuestras personas innovar en cosa alguna de lo que hasta aqui se ha acostumbrado.

S V M M A R I V M.

- 1 **O** Rdo necessarius ad bonum Reipublice.
- 2 Regia Maiestas, haud numeranda in ordine Dignitatum, & num. 79.
- 3 Reges instar Deorum habentur.
- 4 Dignitates à Regia Maiestate proueniunt.
- 5 Rex in ordine Dignitatum, primum tenet.
- 6 Reges in ordine Dignitatum, gradum non constituunt, & 43.
- 7 Maiestas est excellentia, seu character potestatis.
- 8 Dignitas non est capax Maiestatis.
- 9 Dignitas eminentia super alios.
- 10 Deus est principium omnium Dignitatum humanarum: sed non Dignitas quo ad constituendum gradum in ordine Dignitatum, & 14.
- 11 Homo, quia creaturarum excellentior, per participationem Dignitas est.
- 12 Eminentia aliqua vnis rebus creatis, in alijs inuenitur, ex qua primus locus excellentiae concessus.
- 13 Superioribus reuerentia necessaria in testimonium virtutis.
- 15 Societas Civilis, ex ratione naturali inducta ad bene, beateque viuendum.
- 16 Aetas prima hominum Mentis, seu Auris uicta, alumnata habuit iustitiam.
- 17 Dignitatum gradus, in prima Mundi aetate nulli, & 24.
- 18 Regia Maiestas constituta ad bene, beateque agendum.
- 19 Leges p. sit. ua in saeculo Aureo nulla: Nec iudicia contentiosa, 23.
- 20 Iudicia qualiter executi in saeculo Aureo.
- 21 Iudicium in saeculo Aureo, insignia: virtutis effigies.
- 22 Honor tantum debitus virtuti.
- 25 Aetas secunda Mundi à Nembrotho incepta.
- 26 Nembroth initium dedit Regno Babylonico.
- 27 Ninus Primus, propaganda Dominationis libidine, arma, ac bella intulit formans Assyriorum Monarchiam.
- 28 Reges ex orti post Nembrothum, seu Bellum.
- 29 Aegyptiorum Primus Rex Menes, seu Mycraim.
- 30 Sytharum Rex Primus Targytaü.
- 31 Sycioniorum Primus Rex Aegyptus.
- 32 Dominationes à libidine ortae.
- 33 Natura omnia communia.
- 34 Ius gentium ad tutelam, vitandasque desidias, pacemque inter homines inductum.
- 35 Maiestas penes Reges in secunda aetate Mundi.
- 36 Ambitio iura naturalia societatis humane dissoluit.
- 37 Rex per se, onus regiminis personaliter sustinere non valet.
- 38 Ministri necessarii in Republica ad executionem legum, seu preceptorum Regum.
- 39 Officium dicitur Ministerium publicum.
- 40 Officium agere Magistratum proprium.
- 41 Magistratus, & si non ad essentiam Republicae, necessarii sunt ad moderationem Ciuium.
- 42 Assyrii publicas res agebant officio Sapientium virorum.
- 44 Magistratus non est Dignitas, sed instrumentum Maiestatis.
- 45 Assyriorum facta a Nino, usque ad Sardanipalü, omissa a Sacra Historia.
- 46 Medorum Imperium, sine Principü regimine ceptum, usque ad Diocem Primum illorum Regem. Cyaxaris Asi-

- fiam sub manu Medorum posuit, qui primus officia publica, Dignitates, ac ordines constituit.
- 47 Aegyptiorum Rex Sesostris, inter eos Primus Praefecturas constituit, ad Civile, & Militare regimen.
- 48 Dignitates, & illarum Tituli orti ad splendorem Maiestatis. Et quales inter antiquos, remissive.
- 49 Dignitates filia Maiestatis, & 72.
- 50 Moysi à Deo data Maiestas super Hebraeos: Audiebat populum.
- 51 Israelitici Populi diuisio Politica ad regimen Civile, facta Consilio Ietro,
52. Laudata Dei praecepto, 53. Seruata Regum Hebraeorum aetate.
- 54 Atheniensium hominum qualitas naturalis.
- 55 Theseus inter Athenienses, regium nomen accepit ad Imperium militare, ad leges exequendas.
- 56 Magistratus creati inter Athenienses ad adiutorium Politici Regiminis, qui in honorem Prythanei dicti.
- 57 Dignitates inter Athenienses conseruata, etiam mutato regimine.
- 58 Romani Populi diuisio à Romulo.
- 59 Romulus Maiestatem retinuit sua manu.
- 60 Romana res acta manu Regum, à quibus aliqua leges Regia dicta.
- 61 Leges inter Romanos, arbitrio Magistratum executas.
- 62 Senatorum officium à Romulo creatum, ad tutelam, & administrationem Reipublicae.
- 63 Magistratus creati ad regimen publicum sub potestate Regum.
- 64 Prator Vrbanus sub Regibus Romanis.
- 65 Ducum Viri capitales Magistratus Romanos sub Regibus.
- 66 Leges Regiae exoletae, exactis Regibus.
- 67 Dignitates, seu officia creata ad regimen Reipublicae Romanae post exactos Reges.
- 68 Magistratum creandorum ius, penes populum fuit.
- 69 Caesar ius creandorum Magistratum, cum populo partitus fuit.
- 70 Tyberius, creandorum Magistratum ius à populo auellens, sibi, & Imperatoribus reseruauit.
- 71 Dignitas dicitur officium publicum.
- 73 Maiestas abusue in Senatu, & Magistratibus.
- 74 Officia Magistratum Politica, ad regimen creata inter Hispanos.
- 75 Dignitates Magisteriales decoratae Titulis Ducum, Comitum, &c.
- 76 Maioria inter Hispanos, idem, quod Maiestas, inadmissibiliter haeret ossibus Regis.
- 77 Dignitates Regales, Vicarias Regis.
- 78 Corregidores perpetuos los Duques, Condes, y Marqueses.

REGIA MAIESTAS EST PRIMA CAUSA,
& origo Dignitatum, Stirps, à qua gradus descendunt.
Ideò nec in icala numeranda, nec in ordine illarum inclusa censenda est.

GLOSSA SECVNDA.

ET si receptum Axioma sit, tam inter Politico, quam Ciuiles, & Canonicos Doctores: Vt ad bonum Reipublicae, consonantiam regiminis, concordia

Ciuium, & administrationem singulorum, graduum distinctio, ac ordo seruetur, cap. ad hoc 89. dist. tot. tit. C. ut Dignit. ordo seruetur. De quo in Proemio. Siue regimen publicum sub Ma-

Monarchico Dominio habeatur, siue sub Aristocratica, aut Democratica 2 potestate. In vero gradu illo Dignitatum necessariò ad Ordinum digestionem, computationem, cognitionem, prælationem, vel maioritatem, ut *Glos. in dict. cap. ad hoc*, inclusa habeda est Maieestas Regia. Quia 3 Reges instar Deorum censentur, *Tacit. lib. 3. Annal. l. 5. & 6. tit. 1. p. 2. Ostor. de Reg. instit. lib. 4. Deus in terris singulari cultu, & veneratione dignissimus*. A quibus, tanquam à prima causa Dignitates oriuntur, proueniunt, deriuantur, diriguntur. Ex quo legitimè lex Nostra nihil innouari debere prænotat, quo ad reuerentiam, & honorem Regibus exhibendum. Nam & si sint, teste *Rebus. in l. indignus, de Senator. l. Speciosas, de verbor. signif. tenentes*, quod Rex, & Imperator, gradum in scala Dignitatum, constituent, ridiculum hunc assensum prænotat, & recte: Cum Regia Maieestas prima sit causa efficiens, creans, *cap. Sacrosancta, cap. Omnes 22. dist. Abb. Panormit. conf. 6. m. 2. omnes Dignitates, quibus adfertiens ex Scipion. Gentil. de iurisdic. lib. 2. Ossuald. lib. 17. Comment. cap. 7. in not. litt. BB.* firmiter tenet, quod sicut stirps, à quo gradus affinitatis proueniunt, non facit gradum, ita nec Rex in Dignitatum ordine. Quo principio innixus ex *Bald. Abbat. Tusch. & alijs Ioan. Iacob. Dracon. de orig. Patric. lib. 2. in Proem. hanc thesim notat: Deus in terris, & seruus Dei, qui omnes Dignitates in se continet, estque Rex, Dux, Marchio, Comes: Imò cuius pedum scabellum sunt omnes Dignitates, quique potest eas infringere, remouere, & transferre. Iudex Iudicum, Supremus Principum Princeps, Dominus Orientis, Occidentis, Meridiet, & Septentrionis. Vnde eleganter Hieron. Ostor. de Reg. instit. lib. 4. Ut intelligatis quantum sit Regis nomen, nempe cuius magnitudine, claritate, splendore, omnia nomina summa etiam necessitudinis obs-*

curentur, & euanescent; tantumque in omnes, qui publicam aliquod manus gerunt, excellat, ut omnia ad illius amplitudinem referantur, *Paschal. de Coron. lib. 9. cap. 22.*

7 Quod elucidius dignoscetur, si Dignitatis Ethymon, & Maieestatis prænotamus. Maieestas enim est *Excellentia Honoris, ac Superioritatis penes Principes; seu signaculum & character potestatis à Deo permissus, ac datus*. Ut ex *D. Petr. Epist. 1. vers. 17. cap. Omnis, de censib. Petr. Greg. lib. 8. de Republ. cap. 3. num. 1.* Ex quo ueneratio singularis nascitur, ideò nec legibus, nec potestate, nec tempore 8 definitur: Quare nulla Dignitas capax est, nec habetur Maieestatis, & si maximis decorata infulis, nec intra illius naturam comprehendere dicendum, siue Harmosten designemus inter Lacedemonios, siue Æsymcten inter Thessalos, siue Archonten inter Athenienses, *Bodin. lib. 2. de Republ. cap. 8. De Maieestate latè Glos. 8.*

9 Dignitas uero sumpta genericè, est eminentia super alios. *Div. Gregor. Nascian. carmin. 9.*

----- *Ac latas pollere per Vrbes Imperio, & reliquos præcellere robore Ciues.*

Seu præstantia ex uirtute, ac superioritate naturali. Hinc Deus, quatenus est Prima causa, principium omnium rerum. *Proem. Partit. Div. Thom. 2. 2. quest. 44. art. 8.* non est Dignitas quo ad constituendum gradum, sed per Excellentiam Dignitatum summa: Homo uero, quia Imago Dei, ex eoque creaturarum excellentior, ac eminentior, *l. iustissimè, ubi Glos. de edilit. edict. glos. verbo Dignitatis, in l. Cognitionum, vers. Existimatio, de var. & extraordin. crimin. glos. §. fin. instit. de iur. natur. verbo Persona, Cæpol. de Imper. milit. eligen. cap. ratione Dignitatis, Diu. Thom.*

2. 2. *quest. 63. lib. 3. art. 3.* Eduard. Vvest. *de triplic. homin. offic. lib. 1. cap. 1.* Dignitas Prima dicendus, quia inter hæc Mundi aspectabilia, est pars longe præstantissima, & ex naturæ ipsius decretis gradum illum, & locum obtinet, quibus cunctis, quæ in materia concretum habent, sit antepositus, Eduard. Vvest. *dict. lib. 1. cap. 2.* Nihil in hoc vniuerso aspectabile cum hominis excellentia, atque Dignitate conferri posse.

12 Hæc excellentia, quæ hominem in gradu Dignitatum constituit, ad cæteras profuit res creatas. Sic inter Angelos invenitur Hierarchialis ordo, distinctio graduum, præexcellentiæque secundum naturam vniuscuiusque ordinis. Ex quo etiam, si vniuersi cognitionem intueamur, nihil fanè occurrit, quod non, vel cætera vincat excellentia, ex hinc Dignitate, Div. Thom. 1. 2. *quest. 96.* ex Diuina dispositione, seu participatione (vt diximus.) Ignis inter elementa excellentiorem locum tenet, & Dignitatem inter alia: quia in summo collocatus, illius virtute, subiecta corpora concitantur. Sydera, virtute, & potentia inter se longe dissimilia, & excellentiora; quia reliquis conferunt fulgores, Eduard. Vvest. *dict. cap. 1.* Kekerm. *Curs. Philosoph. disput. 28. Problem. 31.* Altera sit excellentior, & splendore Illustrior. Arborea, non omnes eiusdem generis, nec eandem venustatem habent, vel eundem vtilitatis fructum, nec omnes pari pernitate præditæ. Animalia, non omnia eadem virtute, ac robore munita. Nullumque denique genus est, in quo non liqueat extare, & eminere quandam excellentiæ effigiem. Inde Aristotel. *lib. 12. Metaph. Maximum, & supremum vniuersi bonum in dispositione, & ordine collocavit.*

13 Ex hoc principio, supe-

rioribus necessaria exhibitio reuerentiæ in tectimonium virtutis, Div. Thom. 2. 2. *quest. 131. art. 2.* inde honor, secundum gradum vniuscuiusque, seu excellentiam, Perer. *in Genes. lib. 1. cap. 1. vers. 13. num. 161.* Ex Div. Basil. *lib. de Spiritu Sanct. cap. 20.* Casaubon. *in Authentic. lib. 6. cap. 18.* Sed non (vt diximus) in 14 gradu illarum inclusam Diuinam Dei Maiestatem ad graduum constitutionem, cum sit Domina omnium, Div. Thom. *dict. quest. 63. art. 3.* *Prima causa origo excellentiarum; Mare altum, à quo omnes illarum rivuli, ac flumina profuunt, & restuant.*

15 Hæc Naturæ virtus, Dei inquam Prouidentia, Honor em, & inde Dignitatem conferens excellentioribus rebus spiritualibus, & inanimatis; inter homines ratio naturalis, Sacro lumine ducta, induxit (relictis cacuminibus Montium post Cathaclismum) societatem Ciuilem ad bene, beatèque viuendum, rectumque hominum finem, Aristotel. *Polit. lib. 3. cap. 4. & 9.* Tertul. *de Pallio, cap. 2.* *Potissimum eorum, quæ humana ratione constitui possunt,* Div. Thom. 1. *Polit. lect. 1.* Petr. Gregor. *lib. 6. de Republic. cap. 2. num. 12. & 13.* Marian. *de Reg. Institut. lib. 1. cap. 2.* Kekerman. *Curs. Philosoph. disc. 29. thes. 2. & 3.*

16 In prima illa Constitutione, seu ætate Mundi (Mentis, seu Auri dicta) ad recte, iusteque agendum, habuere homines alumnæ iustitiam, veritatem, doctrinamque illam insculptam in porticu Delphici templi: *Noscete ipsum.* Cum ad amplitudinem perfectionis, ad hominis ofæcia, ad sapientiam acquirèdam, nihil sit, quod magis conducat, nec plus ponderis, ac momenti obtineat. Illa alumna; pri-

17 mo sæculo desiderata, feliciter

C ia-

invēta fuit, vt nullus tunc, fraudi locus, nullū esset mendatiū, nulli potē-
tiores, quorum salutarentur limina;
nulli ambitus, nullæ Dominatio-
nes, nullæque ambitiosæ Dignita-
tes, nullus illarum gradus, Cornel.
Tacit. lib. 3. *Annal. Vetustissimi mor-
taliū, nulla adhuc mala libidine sine
probrio, scelere, eoque sine pœna, aut
coercitionibus agebant: Neque pramijs
opus erat, cum honesta suapte ingenio
peterentur. Et ubi nihil contra morem
cuperent, nihil per metum vetaban-
tur.*

18 Sed, & si sic paccatè, sic
quietè ageretur, adhuc ad multi-
tudinis tutelam, homines Regiam
Maiestatem constituerunt, quæ non
diuitijs, & ambitu; sed modera-
tione, innocentia, perspectaque vir-
tute obtinebatur, Iustin. *Non am-
bitio popularis, sed spectata inter bo-
nos modestia prouebat: Populus nul-
lis legibus tenebatur: arbitria Princi-
pum pro legibus erant; finesque Impe-
rij tueri magis, quam proferre, mos
erat, Dyodor. Sicul. Antiquit. lib. 1.
par. 2. cap. 1. Bodin. lib. 2. de Repu-
blic. cap. 2. Marian. de Reg. institut.
lib. 1. cap. 2. Perer. in Genes. lib. 5. cap.
10. disput. 2. num. 39. Anastas. Ger-
mon. de legat. Princip. lib. 1. cap. 10.
num. 12. Diximus Examen de la Ver-
dad, Tractat. 1. §. . Tunc etiam
nec leges erant, nec Iudiciorum, ac
20 Iurisdictionum officiosa exer-
citia, Diodor. Sycul. lib. 2. Antiqui-
tat. cap. . *Iudicia vero non vulgari,
cum diligentia fiebant: existimabant
enim sententiarum latiores maximi es-
se ad communem vitam momenti in
vtramque partem, Marc. Anton. Sa-
bel. Anead. 1. lib. 1. Nam si qua in-
ter Ciues contentio, quasi pater-
nali charitate dirimebatur. Ad quod
21 si non Rex (qui æquabili iure
Ciues benevolentia aduersus peri-
cula muniebat, & ex cuius arbi-
trio priuatæ controuersæ compo-**

nebantur) Iudex eligebatur, qui in
designationem authoritatis, & Ho-
noris, nec fasces, nec lictores, nec
ambitiosa signa, sed virtutis effi-
giem gestabat, Diodor. Sycul. *dict.
cap. 3. Is auream Catenam, varijs orna-
tuum lapidibus à collo suspensum, quod
appellabant veritatem, gestabat, ex
Elian. lib. 4. variar. Histor. Fr. Ge-
ronym. Roman. Republ. de el Mundo,
lib. 5. de la Republ. Gentil. cap. 4. Cum
22 Honor nulli alteri rei præter-
quam virtuti deberi censeretur, Of-
for. de glor. Eduard. Vvest. de tripl.
homin. offic. lib. 2. cap. 10.*

23 Ex quo nulla Iura, ni tan-
tum Naturæ Præcepta: Erga Deum
Religio, Alterum non lædere, suum
cuique tribuere, Horat. *Metamor-
phos. 1.*

*Aurea prima sata est etas,
quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege, fidem,
rectumque colebant
Pena, metusque aberant,
nec verba minantia fixo
Æræ ligabantur, nec sup-
plex turba timebat,
Iudicio ora sui, sed erant si-
ne Iudice tuti.*

24 Nullæ Dignitates, ni Pa-
ternalis, Diuus Thomas, 1. 2. *quest.
63. artic. 3. cum in qualibet Fami-
lia primus natus, primum quoque
authoritatis, & Honoris gradum
teneret, Perer. in Genes. lib. 15. cap. 10.
n. 55. Et si aliqua fuisset distinctio
ex bona fama trahebatur, integro
status, quæ qualitas differebat per-
sonam à persona, Bartul. in l. 1. Luc.
de Pen. rubric. ubi Tolosan. num. 2. C.
de Dignitat. lib. 12. Ofsor. de glor.
lib. 1.*

25 Anno à Creatione Mundi M.DCCC.LXX. à Cathaclismo CCXCII. Secunda ætas affectus, & cupiditatis ingreditur, à Nembrotho, tyrannide occupata regione Seenaar, Genes. cap. 10. Bellove ut Historiographi voluerunt, D. Hieron. in Ose. cap. 2. Diu. August. de Ciuitat. Dei, lib. 17. cap. 17. Ioseph. Antiq. lib. 1. cap. 5. Tertul. de Pall. cap. 2. Si tamen Ninus regnauit Primus, ut auctum est Imperium prophanitas, Gordon. in Chronol. Petr. Opmeer. Opusc. Chronolog. fol. 20. Perer. in Genes. 10. lib. 15. 26 ex n. 55. cum sequentib. Qui, rudi adhuc sæculo Imperium Babyloñiũ ambitiose inchoauit. Ex illo principio ceptum inter Gentes tumultuari, anxie se exercentes in constituendis Regnis, Genebrar. Chronol. lib. 1. 27 at at. 3. Ninus enim Nembrothi, seu Belli filius, Primus propagandæ Dominationis libidine, arma foras extulit, cruentamque vitam quinquaginta annis per totam Asiam bellis gessit, Paul. Orosc. lib. 1. cap. 4. plasmans ferro, & sanguine Assyriorum Monarchiam, Euseb. in Chron. Orosc. dict. lib. 1. cap. 3. Genebrar. Gordon. Opmeer. Pereir. dictis in locis.

28 Mox, varij Tyranni Reges, Reguli exorti, Ægyptiorum, Scytharum, Sycioniorum, Euseb. Cæsar. Chron. Gordon. Chronolog. period. 3. in Questionib. cap. 6. num. 6. Genebrard. dict. lib. 1. Ælamitarum, Hamorraorum, aliarumque Gentium, Genes. cap. 14. Ægyptiorum Rex Primus. Ex Herodot. lib. 2. Menes. ex Diodor. Sycul. lib. 1. par. 2. cap. 1. Mycrim (de origin. Regn. Ægypt. post Abulens. Euseb. Pereir. in Genes. cap. 12. diff. 30 put. 4. Opmeer. opus Chronolog.) Scytharum primum Regem ignotum, notant Historiographi; & sic de eo nulla mentio apud Euseb. Genebrard. Opmeer. Gordon. & si fabulose referat Herodot. lib. 4. fuif-

se Thargytaum filium Iouis, & filia Borystenis Fluij. Sycioniorum Rex Primus fuit Agyaleus, vt ex Euseb. Genebrar. & cæteris.

32 Hi quidem sine laudis, & gloria ambitione capti, seu iniurijs lacefsiti, seu dominandi libidine ducti, extra proprias sedes, terrasque, arma extulerunt, liberas subiugando gentes, imperandi cupiditate causam belli agentes. Ex hoc fonte & si nulla fuissent priuata natura, violato iure primo humanæ societatis, Ciccr. lib. 1. de offic. Nulla sancta societas, nec fides Regni est, à luxuria, libidineque Dominationes orta. Quod 33 naturæ commune erat, proprium cuiusque factum occupatione, victoria, lege, ex qua etiam priuatarum possessionum præscriptio, Ciccr. de offic. dict. lib. 1. Sed cum multorum manus in agros, pecora, villas irruerent vi, & armis agentes, ferentesque omnia, & si quis resistere pararet, in eius vitam sauietes: Et inde vbique latrocinia, iræptiones, nullusque innocentia, nec tenuitati tutus locus. Ad tutelam vtque securius ageretur, necessitate exigente, gentes Ius sibi constituerunt Gentium dictum. De quo Iur. Consult. in l. Manumissiones, l. Ex hoc iure, de iust. & iur. §. Ius autem, instit. de iur. natural.

35 Erat enim tunc temporis, sicuti prima ætate Maieftas, & Imperium penes Regiam manum, agebanturque res arbitrio Regum, Diodor. Sycul. Antiquitat. lib. 1. par. 2. cap. 1. Bald. l. 2. de Origin. iur. Innocent. cap. Cum P. Tabell. de fid. instrument. Menchac. controuer]. Illustr. in Prefation. num. 108. Pereir. de manu Reg. prælud. 1. Sed cum extra 36 proprias terras (vt diximus) Dominatio extenderetur in Gentes, Prouinciasque diuersas, in quas vis, & ambitio, iam iam societatis humanæ, naturalia præcepta dissoluerat, Tacit. dict. lib. 5.

At postquam ex utraque equalitas, & pro modestia, ac pudore, ambitio, & vis ingrediebatur, praeuenere Dominationes, multosque apud populos eternum mansere.

37 Nec vnus Rex solus per se onus regiminis sustinere valeret, Exod. cap. 18. qui officij Regij causa iustitiam agere tenebatur, cuius munus praeceptum, ne cui aequis noceret, vt ex Platon. Cicer. dict. lib. 1. Necesse habitum sub Maiestate Regum, prima causa, vt aliorum hominum ministerio res agerentur, Cicer. lib. 3. de legib. ad deuinciendam, hominum inter homines societatem ad Politicum regimen, Ciuile, ac Militare, adque exercenda Regum praecepta, mandata, seu leges, quas ad recte agendum humana necessitas desiderauit, Tacit. dict. lib. 3. Quidam statim, aut postquam Regum pertessum, leges maluerunt.

39 Hoc exercitium, seu ministerium, quod officium, dixerunt gentes: Cum officium (& si varie accipiatur, Gloss. in l. Legatis, §. Si ex officio, de legat. 3. post Cicer. dict. lib. 1. de officio. late Legionistae, verbo Officium) inter homines proprie sit regula, secundum quam in re politica, & communi ad bonum societatis, quisque se gerere debet; Magistratibus commendatum fuit, Aristotel. lib. 4. de Republic. cap. 15. A quo Magistratus officium agere dictum, l. 1. de iurisdic. omnium iudic. l. 2. De his, quibus vt indign. l. 4. §. Proficisci, de officio. Proconsul. l. Cum pater, §. Non autem, de iudic. l. Veluti, de verbor. obligat. l. Si debitum, C. quando Fisc. vel priuat. l. Neque, l. Praecipit, Cod. de Canonic. largit. l. vnic. Cod. de Collationib.

41 Hoc iustitiae officium, seu Magistratum potestas executiua, & si non erat de substantia Reipublicae, ad illius essentiam, habita

necessaria fuit ad moderationem ciuium, Aristotel. lib. 6. Politic. cap. 3. ad expeditionem illorum, haud valentium exequi manu Regia. Vt ex Aristotel. notat Thob. Paurmeist. de iurisdic. Imper. Roman. lib. 1. cap. 3. num. 9. & 28.

42 Sub Regno Assyriorum, per sapientes viros publicum officium agebatur, quibus mandata à Regibus vacatio publicorum ministeriorum, ex quo Primos in Excellentia, Honore, & in Dignitate habitos, notat Hieronym. Orlor. de Reg. institut. lib. 7. Sed non ex eo gradum Dignitatis cum Rege constituebant, quidquid contra deducant aliqui ex l. ius Senatorum, C. de Magistrat. lib. 12. Cum tantum excellentior Rex habeatur ad officia, quantum homo caeteris rebus creatis, Hieronym. Orlor. de Reg. instit. lib. 4. Quantum igitur homines brutis animantibus, quorum curam gerunt Dignitate praestant, tantum consentaneum est, vt Reges ipsis hominibus, quos regendos, atque pacendos suscipiant antecellunt. Qui autem tantum inter reliquos homines excellent, Diuini profecto habendi sunt. Quare, & si alias reiiciendus Arummeus in hoc legitime notauit in Politic. lib. 1. cap. 11. Magistratus non esse

44 Dignitates, nec tales habendos in ordine ad Regiam Maiestatem, cum tantum sint instrumenta, per quae summae Potestatis, seu Maiestatis Imperium exequentur, Petr. Gregor. lib. 21. de Republ. cap. 1. num. 6. radijque solis regij, Casiodor. lib. 6. Epist. 25. cap. Multi, §. Illud, de Penitent. dist. 1. Ioan. Montan. de Authorit. Magn. Consil. num. 129. quibus illuminatur Politica hominum societas ad cognitionem, & executionem boni. Idem Petr. Gregor. dict. cap. 1. num. 6.

45 Sed cum de Assyriorum Regu factis, ac regimine à Nino, vsque

ad Nabonafarem, seu Phulem, aut Sardanapalum. De quo Sacra Historia, 4. Reg. 15. Genebrar. lib. 1. fol. 63. profundum silentium fit in Sacra, ac prophana Historia, Genebrar. *id est*. lib. 1. fol. 18. Euseb. Cæsariens. in Chron. Ad cætera Regna descendamus.

46 Post Sardanapalum, destructo Assyriorum Regno, Medorum manus ingreditur, res primo agentium sine Principibus, Euseb. Cæsar. in Chron. vsque ad Dyocem, seu Dyociem; hic primus Mediam, Titulo Regis rexit, Herod. lib. 1. Dyocce defuncto, Phæortes Regnum suscepit, quo nec satius bellum intulit Persis, eos in Potestatem Medorum redigens. Post Phaortem successit Cyaxares, suis præstantior, qui prælium Lydis inferens omnem Asiã trans Halim flumen sitam sibi subiecit, & quamvis ab Scythis victus in bello ad Niniem, post octo, & viginti annos, quos Scythæ Asiã obtinuerant, illius Imperium recuperavit. Cyaxaris enim Maiestatem Medorum, & Assyriorum tenens, ad Politicum regimen, subditorum tutelam, beneficentiam, & Iustitiam, neque cui quis noceret, Asiã populos in Prouincias digessit, ordines constituit, officia mandauit, decorata Titulo Dignitatum, Herod. *id est*. lib. 1. Cum prius omnia promiscua fuissent, atque implicita.

47 Fuit illa periodo Ægyptiorum Rex Sesostris, Diodor. Sycul. lib. 1. Antiquit. par. 2. cap. 1. qui cum Lybiam sua manu, arbitrioque subiugasset, in magnamque Orientis partem Regnum extendisset, Ægyptum omnẽ in sex, & triginta Præfecturas diuisit, & cuique Prætorem constituit, qui pro Regionis varietate, commodoque omnia exquireret, Ducesque varios ex his, qui secum nutriti erant, Exercitui præposuit, viros exercitatos bello, & à pueris virtuti deditos.

48 Ex illa officij commendatione, mādato Imperio Prætoribus, ac Ducibus, ad Iustitiam agendam, remque militarem, orta sunt officia, post, Dignitates dictæ in honorem inter Assyrios, Persas, Ægyptios, decoratæ, ad Maiestatis splendore, Titulis Prætorũ (vt diximus ex Diodor.) Ducũ, Diod. *id est*. cap. 1. Esther. cap. 13. & 16. Subregulorum, Præficiũ, Esdr. 3. cap. 6. & 7. Principum Militiæ, Iudith cap. 5. Principum Puerorum, 3. Reg. cap. 20. Dan. cap. 2. Sætraparum Tyrannorum, vbi Gasp. Sanch. & Cornel. à Lapide. De quo Glos. 4. num. 14.

49 Habitæ tamen tanquam Maiestatis filia, à regioque principio creatæ, & deriuatæ, Perer. in Genes. cap. 14. disp. 1. qui quærens ex Sacra Historia: Quare Regum Titulo honorentur hi de quibus Genes. cap. 14. fit mentio, cum sub Maiestate Nini Assyriorum Regis fuerint. Post relata, quæ notant Diodor. Ioseph. & alij num. 5. sic exponit: Nihil enim vetat, aut repugnat illos quatuor Titulis, & insignibus Regalibus decorasset, vel quo magis eos de se benemeritos honorasset, vel ad augendam earum Prouinciarum, quibus eos præfecerat Dignitatem.

50 Nostram sententiam ex Sacra Israelitici populi distinctione, ac digestionem comprobatur. Notum est Exod. cap. 3. & 4. à Domino concessam Moyfi Maiestatem super populum, quam ab exitu Israel de Ægypto executam manu Moyfis, ex tota Sacra pagina euincitur. Sed cum officij causa sederet, vt iudicaret populum, à mane vsque ad vesperam, Ietro quærens ab eo, quid faceret? Dixit Moyfes: venit ad me populus 51 quærens sententiã Dei. Cui respondit Ietro, Exod. cap. 18. Stulto labore consumeris, & populus iste, vltra vires tuas est negotium. Prouidẽ autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, & constitues ex eis Tribunos, Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos,

qui iudicent populum omni tempore: Quidquid autem maius fuerit referant ad te. Quibus auditis fecit Moyses, electis viris de cuncto Israel, constituit Principes, Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicarent plebem; quidquid autem grauius erat referabant ad eum. Hunc Consilium Ietro (omissa Diuina dispositione) datum ex eo, quod ædidicerat à regimine, & ordine constituto à Cyaxare Rege, sub quo illa ætate Ætiopes, ac Madianitæ laudauit Dominus. Numer. cap. 11. *Congregamibi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quos Senes populi sint, ac Magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi faderis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam, & loquar tibi, & auferam de spirita tuo, tradamque eis, ut sustentent totum onus populi, & nō tu solus graueris.*

53 Hæc fuit prima Reipublicæ Hebræorum descriptio, quo ad Magistratus, & Iudicia, Carol. Sygon. *Comment. in lib. 1. Sacr. Histor. B. Sulpic. & de Republ. Hebræor. lib. 6. cap. 4.* Ex qua vides, quod Maiestas penes Moysen fuit; Iudices enim, Magistratus, ac Dignitates creatæ ad officium, sustentationemque oneris publici: Cum solus Princeps per se regiminis personaliter curam agere non valeat. Vt reiecto Bodino, *lib. 4. cap. 6. ex fol. 703.* Marquez *Gouern. Christ. lib. 1. cap. 19.* Quod Dei præceptum inuenimus executum à Iosaphate Rege Iudæ, *Paralypom. 2. cap. 19.* *Constituitque Iudices terræ in cunctis Ciuitatibus Iudæ per singula loca.* Et post: *In Hierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas, & Sacerdotes. Et Principes familiarum ex Israel, ut iudicium Domini iudicarent habitantibus eius.* Qui, vt ordo officiorum, cū aliud alio maius sit, *Cicer. lib. 1. officior.* seruaretur, Dignitatumque Excellentia, ac gradus, haberenturque tanquam descendentes, ac proueniētes à Maiestate Principum, consti-

tuit, vt ex Sacra litter. *Porrò Zabdiat filias Ismael, qui est Dux de domo Iudæ, super ea opæra erit, quæ ad Regis officium pertinent.*

54 Illud Moysis Supremum diuinum Arcanum ad regimen populi suis, in peregrinationibus, accepit Theseus Atticæ Rex, qui cum populi illius ingenium excelsum, æqui iuris amantem, seruilisque subiectionis impatientem dignosceret, tenerique informo quodam, & indigesta regiminis signa, ea ad perfectionem perducere tentauit. Ad quod primū
55 Maiestatem accepit nomine Regis, ad Imperium militare, & ad legum custodiam. Post Ciuium distinxit Ordines. Et quamuis Maiestatis principio ius protectionis, dispensationis, ac iurisdictionis haberet: Cū
56 tamen varia sit lucubritas in negotijs tractandis, multaque, immo infinita occurrāt, tam perplexa, tam ambigua, vt humanæ mentis etiam perspicacissimam aciem effugerent, ad quas res cōsilio, & adiutorio opus esse dignosceret, officia ad Imperium militare, ad legum custodiam Politicū regiminis, commisit Prythanis, quo Titulo instituit, ac decorauit Magisteriales Dignitates. In hac forma floruit Atticum Regnum, vsque ad Melanthum vltimum Regē gloriose in Doriensi Bello pro Patria se vouentem.

57 Sed, & si Regium nomen, ac regimen abdicatum post mortem Melanthi, translatumque in Aristocraticum; attamen nec confusæ, nec permixtæ fuere partes Reipublicæ, sed sua sede collocatæ vniciuque, etiam post Draconem, & Lycurgū, inuiolato honore antiquo, officijs publicis, Dignitatibusque ad Regni, & Reipublicæ administrationem, splendorem, & authoritatem constitutis, quales fuere: Archontes, Polemarchi, Nouemviri, Thesmotæ, Prætores, Quæstōres. De quibus latè V von. Emm. *de Republ. Athenien.*

Ioan.

Ioan. Meurs. *de Reg. Athen. & de Archonte Athenien.* Carol. Sygon. *de Republ. Athen.*

58 Romano Regno initium dedit Romulus. Cuius principio, Populo agente sine certa lege, iure certo, exemplo Thesæi, populum omnē in tres ordines, trigintaque partes diuisit, ad verò prospiciendum pro bono vniuersæ communitatis, vtilitate, tutela, salute, summam Potestatem, ius summum, regimen: Sed (vt vno dicamus) Maiestatem, arbitrio proprio, manuque concessā, electa à primis Romanis, Monarchica gubernatione, Dionys. Halicar. *lib. 2.* Ioan. Corras. *l. 2. §. Quo ad Magistratus ante num. 1. de orig. iur.* retinuit *dict. l. 2.* Ant. Fab. *nation. in dict. l. 2.* vbi Eguinar. Baron. Ioan. Oros. *n. 3. & sequentib.* Ioan. Corras. *num. 13. & dict. §. quo ad Magistratus,* Percir. *de manu Reg. pralud. 1.* Bald. Innoc. & Menoch. *adducti n.* Thob. Paurmeist. *de iuris. Imper. Roman. lib. 1. cap. 20. ex num. 2.* Cum Maieestas in Republica, nihil sibi ipsi æquale habeat, Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 5.*

60 A Romulo vsque ad Seruiū iurē incerto; arbitrio vero Regum Romana res acta fuit, à quibus quædam leges ad regimen Populi ortæ, *dict. l. 2. de orig. iur.* De quibus Lyps. Rosin. Balduin. Ant. Clar. Syluius, Tacit. *dict. lib. 3. Annal. Nobis Romulas, vt libitū imperitauerat. Deinde Numia Religionibus, & Diuino iure populū deuinxit, repertaque quædam à Tullio, & Anco; sed precipuas Seruius Tullius San-*
61 *ctionem legem fuit.* Has æquidem arbitrio Magistratum executas notat Eguin. Baron. Sed officio dicendum ex Cicer. *de offic. lib. 1. & lib. 3. Tuscul.* Quales vero Magistratus, ò Eguinare, si ex *dict. l. 2. §. Quo ad Magistratus,* nulla Magisterialis Dignitas, ni

62 Sanè, & si sub Regibus tantum de Tribuno celerum fiat mentio

in *dict. l. 2.* Omiffa iuris Historia, ex ipsa *l. 2.* dignoscitur ad deuinciendā societatem Ciuilem, ad regimen publicum, ad tutelam subditorum, ad bonum commune, ad administrationem Reipublicæ, officium Senatorū à Romulo fuisse creatum, Liu. *lib. 1.* Dionys. Halicar. *lib. 2. Decreuit Senatores creare, vt essent, quibus cura administraret Reipublicam.* Sed cum turba hominum tanta esset in populo, vt difficilius conuenire in vnum locum posset, necessitate suggerente, sub
63 manu, seu Maiestate propria Regū, Magistratus creatos inuenimus, qui mandato Imperio vterentur potestate, & per participationem summi haberentur, Bodin. *lib. 3. cap. 5.*
64 Qualiter sub Regno Romuli, teste Dion. *lib. 2.* Præter Vrbanus. De quo diximus *Glos. 22. num. 56.* Reg-
65 nanre Tullio, Decemviri, qui Regis mandato Imperio causam Horatij de Sororis morte egerunt, Liu. *lib. 1.*

66 Exactis Regibus, & si Regium nomen abdicatū, legeque Tribunitia, leges Regiæ exoletæ, Regia officia, Magistratusque à Regali arbitrio legimus ortos, Liu. *lib. 2.* Nā cum bella à finitimis inferretur, insque dicere inter Ciues necessariū, à Maiestate populi, & ad bellū creatus Dictator fuit, & ad ius dicendum intra Urbem Cōsularis Authoritas, Quæstoria, Decemviralis, Prætoria Urbana, ac Peregrina Dignitas. Capta vero Romanis armis Sardinia, Sicilia, item Hispania, totidem Prætores, seu Iudices, Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 5.* (cum Prætor, & Iudex idem ex gentium placito, vt diximus *Glos. 29. num.* .) quot Prouinciæ creati sunt, *dict. l. 2. §. Capta deinde Sardinia.*

68 Hæc Maieestas prima causa creatiua Magistratum, penes populum fuit vsque ad Cæsarem, quem dignoscentem summum Imperij Ar-

canum in Magistratum creatione, 69 illud primo cum populo partitum fuisse, notat Suet. *cap. 41. Lyps. not. ad lib. 1. Annal. Tacit. lib. 1. litt. E. 70. Glos. n.* Quod Augustus conferens, & Tyberius, cum Reipublicæ corpus, quia vnum ab vno regendum existimaret, Tac. *1. Annal. Magistratum creandorum Supremam Maiestatem à populo auellentem, tanquam principium, & causam primam ad societatem Politicam euincendam, sibi ipsis, & successoribus retinuerunt; à quibus Regia Maiestas Suprema, causaque prima Imperij penes Imperatores, l. Imperatorem 91. de heredib. instituend. l. Famosi, §. Hoc tamen, ad leg. Iul. Maiest. Besold. dissert. de iur. Maiest. cap. 1. à num. 1. & disput. de Regal. cap. 6. de Magistrat. constit. Ioan. Iacob. Speidel. Notab. Histor. Iurid. Politic. litt. M. num. 7. Arnold. Clapmar. Arcan. Rerum publ. lib. 1. cap. 10. Kokier. de Republ. instit. lib. 2. cap. 1. ex num. 6. Ioan. Harpret. Proæm. instit. ex num. 7. Bodin. lib. 2. de Republ. cap. 2. & 3. Kekerm. in Curs. Philosoph. discurs. 29. & Problem. 8. & 9. fuit ad creandos Magistratus, ad Dignitates constituendas, ad mandandum Imperij officium.*

71 Hinc acceptum, ut Dignitas habeatur, & dicatur officium publicum, gerens mandatum Imperium, seu iurisdictionem, Cæpol. de Imper. milit. eligend. tract. de rat. Dignitat. n. 2. Staphil. de litter. grat. de modo, & form. Imper. vers. Transeo, num. 2. & de eff. et. claus. vers. Circa tertiam partem, nu. 13. Sylu. de Benef. par. 1. quest. 2. num. 71. Alciat. l. Si quis, ex num. 6. de transact. Guther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 4. Vel Principis voluntas, l. Nemo, C. de Dignitat. lib. 12. vbi Rebus. vel legis beneficio, Cicer. lib. 2. de Inven. Alciat. dict. l. Si quis, num. 6. Matth. Stephan. de offic. iudic. lib. 1. cap. 7. num. 20. Thob. Paurmeist. de iurisdict. cap. 20. lib. 1. num. 30. Masfrill. de Magistr. lib. 3. cap. 2. & li. 5. cap. 5. Castill.

72 tom. 7. cap. 18. num. 156. Cum ex illo, & ab illo pendeant, oriuntur: à quo etiam vitam, honorem inde, ac reuerentiam recipiant per participationem. Quare Bart. in dict. l. 2. de orig. iur. & post eum Ioan. Orosco. num. 52. Dignitates filias Maiestatis esse notarunt, cum aliter nec nasci, nec creari possint, ni probatione, rati habitione, aut confirmatione Regia, Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 5. Cum (ut diximus in principio) Rex sit Pater Dignitatum, Fons, à quo oriuntur, Mare, à quo fluunt, & resfluunt, Masfrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 2. Et ne transcribere videamur, cumulat innumeros Castill. dict. tom. 7. de tertijs, cap. 18. ex num. 155. seu decis. 187. 73 dum. 25. vol. 2. Quare, ut notauimus Glos. 8. num. 14. Magistratibus, & si Supremis, qualiter Senatus Romani Prætoribus, non concessa Maiestas, sed Authoritas. Et si aliquando in Prætoribus dicatur, ut in l. Ius, de iust. & iur. & l. Si familia, de iurisdict. omn. iudic. abusive habenda, & quatenus Prætor executor est communicatæ Potestatis, ex Glos. 8. num. 17. & Glos. 17. num. 6.

74 Omnia, exarata de regimine, Maiestate, Curaque Politicæ, ac Ciuilibus rei, digestionem Reipublicæ ad bonum societatis humanæ, ordinationem officiorum, Magistratum, Dignitatum, executam inter gentes Assyrias, Medas, Ægyptiacas, Hebræas, Romanas, à Nostri Regibus, constituta, & seruata Summo Arcano, inuenimus; & etiam officia, Dignitates ad meliorem Regni culturam, ab ipsa prima causa creatas, & nutritas. In l. enim 6. & 7. tit. 1. par. 2. Ildephonsus Rex Regiam Maiestatem necessariam ad vitam, & bonum subditorum regimen publicum, Iustitiæ administrationem, tutelam pauperum, omnium subleuamen necessariam notans, illam Reipublicæ animam cor populi esse dixit, l. 5. dict. tit. 1.

75 Huius Maiestatis exercitiū manu propria Regis exequi haud posse, sicuti ceteræ gentes, cognouerunt Reges Nostri. Ex quo principio ratione naturali ad exercitiū Regalis Imperij, ac Maiestatis, officia publica iniunxerunt, & mandarunt suis excellentioribus viris, ad quorum authoritatem, splendorem, & Honorem, Dignitates crearunt Principum, Ducum, Comitū, Marchionum (si. uti & ceteræ gentes) l. 11. d. 1. tit. 1. quibus publica officia eredita, non iure proprio, sed ex vi mandati, ac crediti Imperij, l. 12. dicit. tit. 1. Porque el Emperador, è el Rey, maguer sean granados Señores, non pueden fazer cada uno de ellos mas que un ome: Porque fæo menester, que ouiesse en su Corte o mas honrados, que le seruiessen, è de quien se gouernassen las gentes, è touiessen sus lugares en aquellas cosas, que ellos ouiesse de ver por mandado de ellos; Cum Suprema Maioria penes Regem inadmissibiliter inhæreat, Couarub. Pract. ap. 4. ex num. 1. tâquam a iura, & cor Politici corporis Regni. Hinc Bobad. lib. 2. Politic. 77 cap. 16. num. 4. Tenet Dignitates

Regales, vulgo Titulos, de quibus Glos. 29. Vassalorumque Dominos Coadiutores Regum esse Bellug. Specul. Princip. rubr. 22. num. 53. & num. 9. 78 Vicarios Regis. Et num. 19. Duces, Comites, Marchiones: Corregidores perpetuos, executores Iurisdictionis, & sibi mandati Imperij, aut Procuratores, Alciat. lib. 2. Paradox. cap. 6. Bodin. lib. 3. de Republ. cap. 5. Regum.

79 Quare legitimè lex Nostra extra iuris Regulas, Maiestatem constituit: Cum verū sit, & notat Eguinar. Baron. in l. Nupta, de Senatorib. quod Stirpes Dignitatum a Rege constituendæ, vt gradus inde illarum ab eo deducantur, non tamen vt Rex, Regiaque Maiestas in numero graduali numerentur; sicut nec Pater ponitur in scala cognationis, ad graduum constitutionem, Kokier. de Republ. instir. lib. 2. cap. 2. num. 1. Bessold. dissert. de iur. Maiestat. cap. 5. num. 4. Itidem, quia Maiestas summa Potestas censetur: longè ideò ab aliorum Magistratum auctoritate, & Potestate est diuersa: neque hac altitudo Potestatis, cū aliorum Imperijs commisceri debet.

TODA VIA, PARA QVE LOS DEMAS, CON mayor obligacion, y cuydado guarden, y cumplan lo que acerca de esto se dira adelante: Queremos, y mandamos, que quando se escriuiere, no se ponga en lo alto de la carta, o papel titulo alguno, mas que, Señor.

SVMMARIVM.

1 Discordia, est venenum Urbis.

2 Ordo conueniens, ad salutem Reipublicæ, ad quod ex officio agere tenetur Rex.

3 Princeps, an solutus sit legibus?

4 L. Princeps, de legib. & l. Digna vox, C. eod. tit. non sunt contrarie.

5 Leges seruare, laudabile est Principi.

6 Princeps à subditis honorandus.

7 L. 17. tit. 3. par. 2. precipit, vt Rex honoretur.

8 L. 17. & 18. eiusd. tituli, referuntur.

9 Honores externi, ac ceremonia Instituta ad venerandos Principes, remissuè ex DD.

10 Honores externi, ab adulatione orti, & num. 44.

11 Reuerentia exhibenda Superioribus, tam verbis, quam scripta, & 45.

12 Honor, seu reuerentia scripto, quo

- modo exequenda.
- 13 Additus ad Principem, non omnibus licitus.
- 14 Epistola, quid sit?
- 15 Charta, quid?
- 16 Epistolarum inuentio à calo orta, Mirabilis.
- 17 Epistolarum remittendarum forma, remissive.
- 18 Littera in genere, comprehendit Epistolas, chartas, & alias species.
- 19 Littera, & Epistola, distinctè se habent ex Cujac. & Gothofred.
- 20 Littera, Epistola, Chartaque, promissive accipiuntur.
- 21 Epistolae referantur, quae illo tit. notantur.
- 22 Leges de Epistolis loquentes, & 23.
- 24 Littera quae, etiam Epistola dici poterunt?
- 25 Charta, quae absentibus mittebantur, & 31.
- 26 Charta dicta, quia papyro scribuntur.
- 27 Papyri genus nascens in paludibus Aegypti.
- 28 Charta dicebatur: Philara, ex papyro confecta ad scribendum.
- 29 Charta Urbis Tyri.
- 30 Alexander Primus, qui in charta scripsit.
- 31 Charta, apud Hispanos dicitur, omnis Scriptura, tam publica, quam priuata.
- 32 Reuerentia, ac honor exhibendus Regibus in Epistolis.
- 33 Charta, Hierotica, & Augusta, quare dicta?
- 34 Inscriptio honorifica necessaria in Epistolis.
- 35 Inscriptiones Epistolares diuersae, referantur, 38. 39. tam Imperatorum, quam Regum, 40. 41.
- 36 Alexander egre tulit, quod in Epistola Darius, non apposuisset honorificam Inscriptionem.
- 37 Inscriptiones in Epistolis regibus missis, qualiter apponebantur apud Hispanos?
- 38 Alexander Seuerus praescripsit, ut priuatis salutationibus honoraretur.
- 46 Titulus: De Señor, apponendus in Epistolis Regi missis.
- 47 Titulus: Domini, ab aliquibus Imperatoribus reiectus, 85. Responsio.
- 48 Señor dicens Rex, 82. 83. ex legibus Hispania.
- 49 Dominus, dicitur Rex, in Sacris litteris.
- 50 Israelita, Regem Dominum, dicebat.
- 51 Domini vox, designatiua potestatis, & 75.
- 52 Dominus vocatur, Rex Hispaniarum. Comprobatur ex Constitutionibus Conciliorum, 53. 54.
- 55 Carolus Magnus: Dominus, dictus à Leone Pontifice.
- 56 Domini vox amplissima, 57. significatiua Maioritatis.
- 58 Patres, Domini, dicebantur.
- 59 Domini dicebantur Mariti ab vxoribus.
- 60 Dominus, iure Maiestatis, Titulusque Honoris.
- 61 Adonin Dominus.
- 62 Señorio, idem, quod Dominatio.
- 63 Dominatio, dupliciter accipitur, 64. tyrannica guuernatio, 65. principatus legitimus, 68. Ius Regni, 69.
- 65 Dominatio, est beneficium, natura ad regendos subditos.
- 67 Illius distinctio, ex Petr. Gregorio.
- 70 Romani, ratione Domini, Domini dicti.
- 71 Dominationis Titulus, Honoratus Theodosius à D. Cyrilo, 72. & alij Imperatores.
- 73 Domini, dicti, Imperatores Romani.
- 74 Dominus dictus, Antoninus.
- 76 Turei, suam Imperatorem: Sultane vocant, idest, Dominum.
- 77 Gallij, suum Regem: Sire, dicunt.
- 78 Reges Gallij, Domini, dicti.
- 79 Regalia Gallorum, iura Dominalia dicuntur.
- 80 Principes, ob Dignitatem Honoris, Domini dicuntur.
- 81 Magistratas, ratione exercitij, Domini dicuntur.

- 84 Señor, dicitur Rex, ratione Potestatis, ac Domini competentis ad gubernationem Regni, 88.
85 Titulus: De Señor, damnatus,

dum arripitur, habita ratione, ad vanitatem, ac superbiam.
87 Imperatores, vanitate elati, se Deos dicentes.

DE REGIO HONORIS TITULO: DE Señor, apponendo Epistolis Regi missis. Vbi etiam agitur remissiuè, an Princeps solutus sit legibus?

GLOSSA TERTIA.

I CVM ex dictis in Procemio satis liqueat, quantum cõmuni bono conueniat, vt in Republica seruetur ordinis consonantia, Hieron. Ossor. lib. 6. de Reg. instit. Cum igitur in ordine salutis Reipublice consistat; præcipuè in Dignitatum, & Honorum collatione, vt præter adducta ex l. 1. & tot. tit. C. vt Dignitat. ordo in Procem. notât Ioan. Oldendor. de iur. natur. tit. 2. de Magistratib. cap. 3. de Edilib. Claud. Clasiuncul. Topic. legal. cap. 13. num. 1. Nicol. Boer. de ordin. grad. vtriusque fori, par. 1. ex num. 1. cum ex Consilio T. Quintij, relato à Liu. lib. 3. Discordia ordinum, venenum est orbis. Idque præcipuum munus habeatur Regis, cuius est agere ad populi, Regnique salutem, vt nullius ordo deturbetur, in quo etiã nihil salubrius, nihil vtilius, quam ipsius exemplar. Rex non ster, Regium officium implens, iuste, vtiliterque ad bonũ Reipublicæ. Et si supra ordinem sit, cum Regia Maieestas non faciat gradum, sed ab illa tanquam ab origine, & thesauro vbi recondita, deriuetur Dignitates (vt reiectis tenentibus Reges primum constituere gradum, in ordine dignatorio, tenet post Bald. cap. 1. num. 1. Quis dicatur Dux, Iasson in l. 1. C. de summ. Trinit. num. Petr. Rebuf. in l. Qui indignus, num. 3. de Senator. & in l. Speciosas, vers. Illustres sunt Reges, de verb. signif. Anton. Corfet.

de Potest. Reg. par. 3. ex nu. 13.) Omisso Maiestatico iure, ex quo legitime Titulos, Cognomina, Nominaque à Regibus, & Principibus accepta, ad Maiestatem splendorem accipere valebat ad Honorem Maiestatem. Et ex eo supra omnes iuris positiui regulas fit, in eas prudentissime subditos enutrens. Isaias, cap. 49. Erunt Reges nutritij tui, & Regina nutrices tue, se ipsum vinculo nodauit, subiungens verba relata ex lege nostra præscribens, vt in salutationibus, alijs reiectis honorabilibus, ac reuerentialibus vocabulis, illo tantum venentur: De Señor.

3 Sanè quæstio satis discussa est: An legibus solutus sit Princeps? De quo adduximus Doctores, de leg. Polit. lib. 1. cap. 7. n. 9. fol. 39. & eod. lib. cap. 3. n. 75. Agunt in ea Scribentes omnes, ex constitutione leg. Princeps, de legib. de quo Angel. Matheat. de via, & ration. iur. lib. 1. cap. 34. per totum. Tasson in Pragmat. de antefact. vers. 12. obseruat. 2. ex n. 7. Summam Principi confert Potestatem supra. Contra, & præter ius, adductis plurimis Doctoribus. Andr. Gregor. repetition. feudal. verb. Maior natu, nu. 132. Capiblanc. de Varon. Pragmat. 1. cap. 2. ex n. 3. Camill. Larrat. de Feud. part. 10. dilucidat. 68. n. 9. Latè Tapia, decis. suprem. Senatus 20. n. 40. Franc. Topio addid. 1. Princeps. Bullenger. de Imperat. lib. 1. cap. 32. Guther. de offic. Do-

Domus, Auguft. lib. 1. cap. 3. Tobias Paurmeift. de Iurisdic. Imperat. Roman. lib. 1. cap. 3. & 4. per totum, Anton. Leoncil. decis. Ferrariens. 22. num. 22. Gullielm. Ludel. §. eadem, num. 2. instit. quibus modis testamen. infirmen. Maximilian. Faust. Consil. pro Erario, clas. 8. conf. 1. ordo 681. & clas. 11. conf. 13. Capic. Latro decis. 188. Méchac. controuers. Illustr. lib. 5. cap. 1. à num. 19. & cap. 2. per tot. Ioan. Langleo lib. 7. semestr. cap. 17. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. & 32. & lib. 3. cap. 3. num. 11. & Addit. Mar. Guirb. conf. 1. per tot. Amaya obseruat. lib. 1. cap. 1. à num. 91. cum sequentib. Villar. Gouerno Ecclesiast. part. 2. quest. 12. art. 5. n. 68. Quamuis omnes asserant salubre, piūque esse Principi omnia facta, ac constitutiones in regularum iuris trutina examinare.

4 Theodor. Grauisenvelk. de iur. Maieft. cap. 6. Supremam Potestatem legibus superiorem contendit, nec contrariā esse voluit, dict. l. Princeps, ff. de legib. & l. Digna vox, C. eod. quæ dignū vere, dixit, profiteri Principes se legibus alligatos. Viuere enim secundum leges, vt dict. l. Digna vox demonstrat, Maieftati non aduersatur: subijci vero vinculo iuris positiuū ei contrarium esse patet ex eleganti dispositione, Atq. de Consu. lib. in fin. latē Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 8. & 9. Quare actus, aut Constitutiones contra iura positiuā, nō naturalia condere posse Principem, sed non debere fateor, Vacun. à Vacun. declar. 84. num. 8. Couarr. variar. lib. 3. cap. 6. num. 8. Maximil. Faust. consil. pro Erar. clas. 12. conf. 13. Nisi pro cōmuni vtilitate, cum salus publica suprema, omnium rerum, teneat rem. Secundum eā vero, laudabile Principi censui (& si contra sentiat Bodin. Ioan. Kokier. disquis. Politic. cap. 2. quest. 3. & 13. & cap. 8. quest. 15. & lib. 2. de R. publ. instituen. cap. 6. & 7. Alex. Turamin. in l. Princeps, de legib. ad rubr. lib. 2. cap. 2. num. 44. & in l. 2.

num. 3. & ad l. Princeps, eod. tit. Theodor. Reinring. de Regimin. secul. & Ecclesiast. li. 1. clas. 3. cap. 12. Ioan. Lymn. de iure publ. lib. 2. cap. 8. per tot. Feder. Vvendelin. instit. Politic. lib. 2. cap. 11. tbes. 10. per tot.) Cum alterum repugnet Maieftati, alterum inimicum non sit rationi, immo consentaneum. 5 Nostra lex ex hoc principio descendit; nam velle Catholicum Principem, vt in salutationibus conferendis, etiam ipsis Regibus, Regalique Profapia, legum cōstituta feruentur dignum Regio fastigio, non aduersum est, Div. Ambr. lib. 2. Ep. st. 13. Leges enim Imperator fert, quas ipse primus custodiat, Sanazar. ad Federicū.

*Publica nimirum tunc Rex sibi constat
& equum*

Imperium cum Rex quod iubet, ipse facit.

Sidon. Apolinar. carm. 5. claud. 4. Honor. conf.

Tunc obseruantior equi

Fit populus, nec ferre negat cum viderit ipsum

Auctorem parere sibi.

6 Notum quidem est à Deo, & natura insitū, ac ab omni iure præscriptum, vt subditi Reuerētiam, Honorēque suis Principibus exhibeant, 1. Reg. cap. 29. 3. Reg. ca. 1. Epist. Diu. Petr. 1. cap. 2. Daniel. cap. 6. Esdr. 2. cap. 2. Stobeus Serm. 46. Honorem quidem Ciuilem Superioribus deferri ab inferioribus, ipsa Reipublica cōstitutio iubet, D. Thom. 2. 2. quest. 63. art. 3. de quo 7 omiſſis Politicis, ac legum Scriptoribus eleganter lex nostra 12. tit. 13. par. 2. La primera, conocerle. La segunda, amarle. La tercera, temerle. La quarta, honrarle, Ossuald. lib. 22. Comment. cap. 2. litt. T.

8 Ex hinc l. 17. & 18. eod. tit. qualiter honorandum esse Regē dictō, & factō profert; hoc enim, vt diximus propter ingenitam erga Reges vene-

rationem, Quint. Curt. lib. 3. cap. 10. Petr. Gregor. lib. 8. de Republ. cap. 3. & num. 1. Mendoc. in lib. 1. Reg. cap. 13. vers. 13. num. 1. Zelad. in Iudith, cap. 10. vers. 19. §. 16.

9 Ab illa origine ortæ Honorificentissimæ ceremoniæ, in obsequiū Principum inuentæ adorationis, & reuerentiæ, l. 2. C. de advocat. diuers. Iudic. l. 2. & 3. C. de offic. diuers. Iudic. l. 1. C. de Comitib. & Tribun. Scholar. lib. 12. l. 2. C. de Fabric. l. C. de Silentiar. l. 4. C. de Consulib. l. 1. C. de Præposit. Sacr. cubiculi, l. Si quis, C. qui militar. non possunt, l. 3. C. de Domestic. & Protector. in C. Theodos. Adrian. Turneb. lib. 3. aduers. cap. 8. & lib. 2. cap. 19. & lib. 4. cap. 17. Luc. de Pen. l. vnic. C. de Comitib. qui Prouinc. Reg. Casan. Cathal. glor. Mundi, par. 2. considerat. 10. Lelio Bibliol. horar. successuar. lib. 7. cap. 14. Cels. Rodigin. lib. 2. antiquar. lect. cap. 33. Petr. Greg. lib. 8. de Republ. cap. 3. Hérric. Salmut in not. ad Pancirol. tit. 46. par. 1. Cumulat omnes bonæ notæ Scribentes Doctissimus Magister omni iure, ac eruditione Illustris. D. Franciscus Ramos del Máçano En el Memorial al Santo Padre Alexandro VII. sobre la prouision de los Obispados de Portugal, num. 90. proposicion 1.

10 Quæ & si ab adulatione Athæniensium orta, Romanorum recepta referat Cassaubon. animad. in Athen. cap. 14. & 15. adductus glos. §. n. 47. & ad nos ex mortalium vnitæ transmissa, Petr. Greg. de Republ. lib. 6. per tot. præcipuè cap. 2. Honorificentia tamen, & reuerentia Superioribus, vt debita, ac præcepta, præstadaque est tam verbis, quam scripto, secundū vnius cuiusque ordinis gradum, dict. l. 2. C. de offic. diuers. iudic. Tert. in Apologet. cap. 34. Rebut. l. in Sacris, num. 3. C. de proxim. Sacron. Scripior. li. 11. Camil. Borrel. conf. 33. num. 54. Stephan. Gratian. dict. cap. 284. num. 3. Mar. Giurb. conf. 38. num. 16. & sequentib. Regibus præcipue, vt infra dicemus, & notabimus.

12 Diximus reuerentiam exhibendam Regibus scripto; sed id qualiter exequendū? Verum si nostræ legis verba notamus, ibi: En lo alto de la Carta, edocebimur, & quo modo, & qualiter exequendum.

13 Ad quod dignoscendum nota, quod cum aditus ad Principem, nec facilis sit, l. Sciant, C. de offic. diuers. for. iud. Alex. ab Alex. diers. genial. lib. 5. cap. 24. Pancirol. not. Imper. Orient. cap. 96. Guther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 34. Bullenger. de Imper. Roman. lib. 1. cap. 11. Ioan. Lymn. de iure 14. publ. lib. 2. cap. 7. num. 14. Præcipuè ab absentibus Epistola, apud nos 15. Chartas Vicariæ vocis, Tertul. de Idolatr. cap. 15. vbi ex Cypriano, D. Hieronymo, & Amian. Cerd. n. 354. inuentæ sunt. Quæ absentium adumbrantes præsentia, D. Nazianc. Epist. 45. mortua voce mediante, Princip. tit. 18. par. 3. A que llaman voz muerta: exterarū rerum notitiā, & memoriā mēti & oculis obijciūt, l. 8. tit. 9. p. 2. Secreta voluntatis agnoscantur, absentesque ac longissime distiti illis interueniētibus quodammodo inter se loquuntur, Sen. li. 5. Epist. 40. Tertul. Apologetic. lib. 2. cap. 19. l. 2. de pact. l. 1. §. vlt. de contract. empt. l. 1. Quod ius in Cod. Theodos. ex Philippo Abbate lib. de silentio Clericor. cap. 46. Lyps. instit. Epist. cap. 2. Euseb. Nieremberg. Sacr. Script. lib. 1. cap. 18. Cerda, num. 354. Petr. Opmeor. Chronolog. Urb. vniuers. fol. 17. Thom. Campanell. de rect. ratiō. studend. cap. 4. Solorzan. de Indiar. iur. lib. 1. cap. 12. ex num. 4. & adduct. glos.

18 Quarum inuentum, & si fuerit ab Atoisā Persarum Regina, quæ primam Epistolam scripsisse narrat ex Clemente Alexandrino, Lorin. in Act. Apostol. cap. 15. vers. 30. à cælo tamen deriuatum dixerunt, Tertul. dict. cap. 19. vbi latè Cerda, Eusebio Nieremberg, dict. lib. 1. ex cap. 15. & lib. 2. ex cap. 1. Pererius in Genes. lib. 16. cap. 11. disp. 8. ex num. 120. mira-

bileque Maiol. *diar. Canicul. coll. 23. fol. mibi 1056. Conrad. Brun. de legat. lib. 1. cap. 1.*

De his aliqua scripsere, Solorç. *de Indiar. iur. lib. 1. cap. 12. nu. 4. & Polit. Indiar. lib. 2. cap. 14.*

17 De forma mittendi Epistolas, vtilitateque egit amicus, & Concollega meus doctrina, & nobilitate præditus D. Laurent. Mattheu *de Regimin. Valéc. cap. 4. §. 11. à n. 33. tom. 1.* quibus te libenter remitto, candide lector, cum de his, & alijs doctissimè prænotent.

18 Hoc vtile inquam inuentum: & si Epistolas, seu Chartas nuncupatum notauimus, in genere *Littera*, aut *Litteræ* dicuntur, ab exaratione notarum, seu à litterarum notis impositione, Ossuald. *comment. lib. 13. cap. 13. litt. seu n. 4.* Euseb. Nieremb. *dict. lib. 1. ca. 7. & cap. 18.* Sed cum illarum vsus varie protendatur, inque diuersa secundum subiectam materiam, animumque Scribentium. Auctores in varias species litteras distinxere sub voce *Tabularum, Codicilorum, Pugillorum, Notarum, Scripturarum, Epistolarum, Litterarum, Chartarum.* De his tribus *Epistolis, Litteris, Chartis*que, Suet. in *August. cap. 50.* alijs omisis agendum est.

19 Et quamuis Cuiac. in *Paratitla ad Titul. de iure Codicilorum.* distinctas esse ex Varrone dicat *Litteras*, ac *Epistolas*, vel quia diuersæ litteræ Epistolam vnâ conficiunt, vel quia Epistolæ à litteris salutatione distinguuntur, vt post Duaren. *disput. 45.* Gothofre. in *l. Publica, §. Tuius Depositi, Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 1. tit. 11.*

20 Adhuc hæ voces, aut nomina sic promiscue accepta sunt, vt idem censeatur *Epistola*, quod *Littera*; idemque *Littera*, quod *Charta*, vt patet ex Suet. qui in *August. cap. 71.* Et Epistolas, & Litteras ab eo scriptas promiscue nominat, lege Carol. Magn. *lib. 3. cap. 17. de respectu litter. Dominio. & capitula eiusd. lib. 3. cap. 43.* vbi ex *Glof. verb. Charta ingenuitatis.*

21 Ad quod tenendum præter ea, quæ notat Lypf. *instit. Epist. cap. 1.* adducor ex eo, quod Epistola dicta est missa à Regibus Armenijs, Persis, & Medis ad Iosue relata ex Rabbi, Abraham, & alijs ab Euseb. Nier. *de orig. Sacr. Script. lib. 1. ca. 16.* Et quæ ab Artaxerxe Scriptæ patent Esdræ Sacerdoti in Sacro libro Esdr. *1. cap. 1. eiusd. 3. cap. 3.* Assyseno seu Regulo Syriæ ad Artaxerxè, Esdr. *3. cap. 6.* Ab Artaxerxe contra Iudæos, Esther, *cap. 13. & 16.* A Pausania Spartorum Duce, ad Xerxem, & à Xerxe ad Pausaniam, Thucidid. *lib. 1. bell. Pelloponensiac.* A Nicia ad Athænienses, Thucid. *lib. 7.* Ab Alexandro ad Exules Urbium Græcarum, Diodor. *Sycul. lib. 18.* Ab Abagaro Rege ad Dominum Nostrum Iesum Christum, Euseb. *Cæsariens. Ecclesiastic. Histor. lib. 1. cap. 15.* Ab Augusto ad Agripinam, Sueton. in *August. cap. 85.* & in *Caligul. cap. 8.* A Tyberio, Sueton. in *Tyber. cap. 26.* A Domitiano *idem, in eam, cap. 13.*

22 A quo acceptum à Iure-Consultis, & Imperatoribus, vt Epistolæ dicerentur ab illis Scriptæ, *l. 1. de Constitutionib. Princip. l. Regula, §. Si quis, de iur. & facti ignorantia, l. Aut damnum, §. Præfecto, de Pen. l. Inter, §. 1. de Interd. l. 1. de offic. Præfect. verbo l. Vi gradatim, de munerib. & honorib. l. Inter, de fideiussorib. §. Sed quod Principi, Institat. de iur. natural. vbi post Accursi. Hottoman. Oinotom. Balduin. Pichard. Ioann. Harprecht. Hugo Groc. Flor. Sparfio, in eod. §. Ioann. Corral. *l. 1. num. 12. de Constitat. Princip. Anton. Faber in ration. lib. 2. tit. 14. ad dict. l. 2. de pact. Pancirol. variar. lib. 1. cap. 28. & 29. & not. Imper. cap. 95. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagm. cap. 29. nu. 17. Alciat. lib. 3. disputat. cap. 12. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 34. & lib. 3. cap. 4. Bullenger. de Imper. Roman. lib. 3. cap. 26. & 27. Ossuald. lib. 17.**

Florian de Ocampo *lib. 2. cap. 14.* Be-
trac. Græc. in *Proem. Neapolit. de lit-*
terar. form. num. 190. & sequentib. sup
31. A quo ab omnibus Scripto-
ribus, & Iure-Cōsultis acceptum, vt
dicantur etiam Chartæ, quæ alijs in
locis sub Epistolarum, aut litterarum
nomine dignosci poterant, *l. Librorū,*
§. Quod taxen, & sequentib. cum l. Char-
tis, de legat. 3. l. Qui pennum 3. §. Seruius
de pen. legat. l. fin. §. Inter cetera, de libe-
rat. legat. l. 1. l. Charta, de honor. posses.
secund. & abul. l. fin. C. de Adfessor. Adrian.
Turneb. *aduersar. lib. 7. cap. 2.* Henric.
Salmut in not. ad *Panciro. dict. par. 2.*
tit. 13. Alex. ab Alex. *dict. li. 2. cap. 30.*
Schard. *Lexic. verbo Charta, & verbo*
Chartis, Lyps. Epist. instit. dict. cap. 1.
Theod. Hoeping. *de iure Sygill. cap. 6.*
§. 2. ex n. 68. Martin. Mager. *auocat.*
armat. cap. 9. n. 87. & 89. Pancir. *var.*
lib. 1. cap. 28. Schalig. in *Guiland. Ra-*
der. in Marcial. lib. 9. Epigram. 29. &
lib. 14. Epigram. 7.

32 Hæc sunt, quæ ex antiqui-
tate deducere potuimus; deueniamus
ad nostrates. Omisissis enim Episto-
larum, ac litterarum epictetis; His-
pani hoc nomen, seu hanc vocem
Charta generaliter accepere pro om-
ni litterarum nota, seu Scriptura, tã
publica, quam priuata, vt videre li-
cet in *l. 1. 4. 5. & alijs tit. 18. par. 3.*
Taliter, vt quod Latine Epistola, vel
littera nuncupatur, dicatur *Charta,*
apud nos, *l. 6. tit. 4. par. 3. Los manda-*
mientos que les el Rey fiziere por pala-
bra, & por su Carta, l. 5. & 8. tit. 9. par.
2. l. 1. tit. 2. par. 7. l. 10. tit. 4. l. 1. tit.
18. lib. 2. l. 1. Algunas Cartas, l. 2. & se-
quentib. tit. 14. lib. 4. l. 1. tit. 18. lib. 8.
Recopil. Bobad. lib. 2. Politic. cap. 5.
num. 27. & cap. 10. nu. 59. Couarrub.
Tesoro de la lengua Castellana, verbo
Carta, Hist. del Rey D. Pedro, ann. ca. 10.

33 Quibus cognitiss etiam præ-
notandum est, quod in Epistolis, lit-
teris, aut Chartis, reuerentia, honor-
que tribuendus est Regibus, & in ma-
teria, & in forma. In materia, nam vt

notat Plin. *dict. lib. 13. cap. 11.* ex me-
diate radicis papyri, philaræ scin-
debantur diuersæ aliæ communes,
aliæ, quæ ablutione candidiores fie-
bant, hæc inferuiebāt tantum Sa-
cris, aut Regijs litteris, seu Regibus
missis: à quo Chartæ Hicrotica, post
Augustæ, deinde Liuianæ ab Augu-
sto, & Liuia eius cōiuge dictæ, Plin.
dict. lib. 13. cap. 11. & 12. D. Isidor.
lib. 6. Etimolog. cap. 10. Adrian. Tur-
neb. *aduers. lib. 7. cap. 2.* Schard. in *Le-*
xic. verbo Charta, & verbo Chartis,
Panciro. *var. lib. 1. cap. 28.* Henric.
Salmut in not. ad *Panciro. par. 2. dict.*
tit. 13. Garc. Toletan. *ad tit. C. de Col-*
legat. Charthopart. lib. 11. num. 6. Sca-
liger. in *Guilandin. Comment. de papyr.*
in membr. 11. 17. & sequentib. Ioan.
Corraf. *rubr. ad Titul. de offic. Præfict.*
Augustal. num. 4.

35 In forma, nam vt notat Lyps.
instit. Epistolic. cap. 3. in Epistolis præ-
loquium, seu inscriptio necessaria
est, seu appositio nominis, aut Digi-
nitatis illius, cui scribuntur, in de-
monstrationem obsequij, amicitia,
aut reuerentia scribentis.

36 Quod ab obseruantia iuris
Gentium descendere, fateor, & ne
id assertum absque fulcro veritatis
Publicæ remaneat, sciendum noto,
quod antiquior Epistola à Scripto-
ribus notata, & à me visa, est, quæ
à congregatione Persarum, & Me-
dorum scripta fuit Iosue Duci Is-
raelitarum, relata à Rabbi Abra-
ham, Rabbi Godolia in Catena, &
ex his ab Eusebio Nieremberg, *de*
Origin. Sacr. Script. lib. 1. cap. 16. in qua
hoc præloquiū, seu inscriptione im-
posuisse patet: *Tibi, o Iosue filij Nun.*
Hic mos obseruatus fuit ab Assy-
rijs, & Medis sequenti æuo, vt de-
monstrat Sacra pagina. Artaxerxes
enim Esaræ scribens illam impo-
suisse inscriptione constat, *Esar. 1.*
cap. 7. Esaræ Sacerdoti, Scriba legis Dei
cæli doctissimo. Aliuerus, qui Maxi-
mus Artaxerxes cognominatus fuit

in hunc modum: *Ducibus, ac Principibus, qui nostra iurisdictioni obediunt*, Esther, cap. 13. & 16. *Rex Ptholomeus Eleazaro Pontifici*, Ioseph. antiquit. lib. 11. cap. 6. & lib. 12. cap. 8. *Alexander*, vt Diodor. Sycul. lib. 18. *Rex Alexander urbium Græcarum exulibus*. Cum Ionatas Sacerdos Spartiatis scriberet, & Spartiati rescriberent Ionatæ, sic factum refert Machabæorum Historia, lib. 1. cap. 12. *Rex Spartitarū Onias, Ionata Sacerdoti Magno*. Idem seruatum à Iudæis, & Romanis deducitur ex Epistolis Lyfiæ, Antiochi, & Legatorum Romanorū, 2. Machabæor. cap. 11. Epistola Artaxerxis inter Epistolas Hypocrat. Epist. 1. *Rex Regum Magnus Artaxerxes, Peto gaudiū*. Rescriptum: *Petus Regi Regum Magno Artaxerxi gaudiū*, & sic in ceteris. Consulum Romanorum ad Pyrrhum Regem, Aul. Gel. not. atticar. lib. 3. cap. 8. *Consules Romani salutem dicunt Pyrrho Regi*. Idem obseruauit Abagarus scribens Domino Nostro Iesu Christo, Euseb. Cæsariens. lib. 1. Ecclesiast. Histor. cap. 15. *Abagarus Vchania filius Toparcha Iesu Saluatori bono*.

37 De quo memoriæ dignum est, quod de Alexandro refertur, cum enim Darius illi litteras scripsisset, nec Regis Titulo eum, in præloquio decorasset, vehementer offensus in hunc modum, tanquam violato iure Gentium, Rex scripsit, vt notat Quint. Curt. lib. 4. *De cætero cum mihi scribes memento non solum Regi te; sed etiam tuo scribere*, Rad. explan. in Quint. Curt. diēt. lib. 4. cap. 1. Alex. ab Alex. diē. gen. lib. 2. cap. 19. Arnold. Clapmar. e Arcan. rer. public. lib. 6. cap. 6.

38 Quod omni sequenti Imperatorum Romanorum ætate acceptum habemus, vt ex l. Deprecatio, ad leg. Rhoaiam, de iact. Imperator. Antonine. Constat, & de Epistola pro Consulibus Ephesiorum ad Domitianum, Prochor. H. stor. Apostolor. cap. 9. *Pissimo Cæsari semper Augusto Domitiano*.

Alia Ephesiorum ad Domitianum relata à Prochoro, cap. 13. *Toti Vrbi Dominati Dominatio, l. interclaras, C. de summ. Trinit.* vbi refertur Epistola Ioannis Papæ ad Iustinianum: *Gloriosissimo, & Clarissimo filio, Iustiniano, ex Epist. 2.* Liberij Papæ ad Theodosium, post Concil. Constantinopolit. *Religionis, ac pietatis obseruatissimo, Deique Amantissimo Imperatori Theodosio*. Et Leo Papa ad Theodor. Epist. 5. Concil. Calced. *Cæsari Theodosio Religiosissimo, & Pissimo Augusto, & Epist. 20. Gloriosissimo, & Clementissimo Theodosio*. Ipso enim Theodosio Imperante litteræ missæ sunt à Valentiniano, Epist. 25. Concilij Calcedonenfis, vbi his decoratur Honoribus: *Domino Theodosio Glorioso victori, & triumphatori*. Quod repeti um inuenies, Epist. 26. & 27. Epist. Calcedon. Concil. Act. 3. *Pissimis, & fidelissimis, & Christianissimis Imperatoribus, Victoribus, ac Triumphatoribus Valentiniano, & Mariano*.

39 Quæ honorificæ inscriptiones, aut præloquia, in tantum aucta fuere, vtinam ex illo adulationis principio, de quo Tertul. in Apologo, cap. 34. vt Episcopi Alexandrini scripserint Leoni Imperatori, in Epistol. relata par. 3. Concil. Calcedon. *Pissimo, & Christianissimo, & Diuinitus electo Victori, Triumphatori semper Augusto Leoni, Europæ, vt ex Epist. 27. ead. par. 3. Concil. Calcedon. Protecto, Pio, & Christianissimo Domino totius Orbis terrarum Imperatori perpetuo. Sabastianensisque Episcopus, Epist. 30. eiusdem Concilij Calcedonenf. Post Deum Domino totius Orbis Pissimo, & Christianissimo nostro Principi Leoni. Et in Epist. 36. Religiosissimo, atque Pissimo, & Christianissimo Augusto, & à Deo coronato, & Honorato Imperatori Leoni. Et Epist. 38. Dei Amantissimo, & Pissimo, atque Christianissimo Domino totius Orbis terrarum, & à Deo deceter honorato. Et Epist. 47. Pissimo, & Christianissimo, & iussu à*

Deo Potestatem totius Orbis, & Dominationem sortito victori semper Augusto. Et Epist. 53. Pijssimo, & Christianissimo terræ Domino possidenti cæleste Regnum perpetuo Augusto Imperatori Leoni. Idem repetit Epist. 53. Episcoporum Paphlagoniæ quod sic extensum fuit à Vadarato Monach. Epist. 61. Terræ, Marisque, & totius generis humani Domino Orbis terrarum Victori, & Pijssimo Augusto Leoni Imperatori.

40 Gothos enim à Romanis edoctos hanc formulam feruare, patet ex Cassiodor. Epistolis, & ijs omiffis, quæ de scriptis ad populum Romanorum, atque Viros Illustres deducere poteramus, intra limites Regiarum Epistolarum, adest Epist. 1. lib. 1. cum hac inscriptione: *Anastasio Imperatori. Et Epist. 46. & lib. 3. Epist. 3. Gundibalo Regi Burgundiorum, & lib. 2. Epist. 1. Pijssimo Anastasio Imperatori, Epist. 41. & lib. 3. Epist. 4. Ludio Regi Francorum, & lib. 3. Epist. 1. Alarico Regi Veiſo Gotthorum.*

Sed ne de hoc latius agamus, vide Ciceronem, Plinium, Cassiodorum, Symmachum, Sydoniū, Divum Cyrillum, Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium, Lypſium, ceterosque Scriptores; & vt vno omnia compleamus vide totius Codicis Iustiniani, & Theodosiani leges, ac nouellas, Sacrique Iuris, Canonici Decreta, & Constitutiones; vbi hunc morem feruatum inuenies inconcussè, vt præter, quæ refert Narbona, l. 17. hoc tit. Gloſ. 1. num. 10. & sequentib. Videndus Aufon. Epist. 16. Sydon. Apollin. lib. 9. Epist. 9. & carmin. 24. latè Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 2. cap. 19. Steph. Gratian. discept. cap. 28. Adam Contz. lib. 7. Politic. par. 5. Nicol. Aleman. in not. ad Histor. Arcan. Procop. pag. 61. lin. 3. l. fol. 73. Adrian. Turneb. lib. 2. ad. duc. cap. 19.

41 Hæc obseruantia apponendi præloquia, seu inscriptiones in Epistolis Regibus missis transit ad

nos, & omiffis alijs, notanda est Epistola Regis Armeniorum missa ad Regem Ioannem I. *Histor. Regis Don Ioan. el I. ann. 5. Acreſciente Dios la Nobleza de la presencia honrada de el Rey Grande, y honrador ensalçado, preciado, esforçado, Cauallero de pies de Leon: Ioan defendedor de la Chriſtiandad, Honrador de la gente de Iesu Christo, è Corona de la Ley de Cbristo; Defendedor de las partes de los enemigos; Afirmador de las gentes de la Cruz; Hazedor de los Caualleros; Fermosura de las Noblezas de las Coronicas; Amigo de los Reyes, y de los Emperadores. Señor de Castilla, y de los otros Señorios, que son en ella, y de las Vegas, que cobró, y de los Señorios, que el seño-rea. Et cap. 4. Acreſciente Dios, ensalzando la vida de el Grande, Preciado, Noble, y Esforçado, Franco, y Alto Cauallero, de prez de Leon brauo, en señoreado Iuanes el Sabidor en sus Gentes; Iusticiero en sus Pueblos; Honra de la Ley de Iesu Christo; Corona de la Chriſtiandad; Afirmador de la cõpañã de la Cruz; Amigo de los Reyes, y de los Emperadores. Ensalce Dios su Estado, y guarde su salud.*

42 Extat etiam Epistola, seu Charta Duarti Principis Anglorū, relata *Histor. de el Rey Don Pedro*, anno 18. cap. 10. cum hac inscriptione: *Al Notable, y Poderoso Principe Don Henrique, Senatoris Regij dicti Rui Lopez ad Henricum III. ab Ægidio González Dauila, Histor. Henric. III. cap. 5. in hunc modum: Al Rey D. Iuan, muy Noble, y muy Virtuoso Señor. Alia Elisabethæ Principis ad Henricum III. fratrem, Anton. Nebrisenf. Histor. Reg. Cathol. Decad. 1. lib. 2. cap. 1. Henrico Hispaniorum Regi, fratrique Philippi Primi Regis ad Ferdinandum Catholicum, Zurit. lib. 7. cap. 6. Muy Alto, y muy Poderoso, y Catolico, y Rey, y Señor. Senatus Supremi ad Carolum V. Sandov. Histor. Carol. V. lib. 6. cap. 18. Sacra, Casarea, Catolica, y Real Magestad. Alia communitatis ad ipsum, lib. 7. f. 1. Muy Soberano, Inuic-*

tissimo Principe, *Rey nuestro Señor*. Petri de Velasco Comestabilis ad Imperatorem, §. 13. *Catolica Magestad*, Fernandi Infantis ad Imperatorem, lib. 15. §. 10. *Muy Alto, y muy Poderoso Señor*.

43 Quibus cognitis à nostro Catholico Rege, factoque Alexandri Seueri volētis, vt priuate sibi adscriberetur, nō altiori, aut magnifica inscriptione, Petrarch. *Dial.* 18. Ex quo in eo Lamp. *Multo clarior visus est alienis nominibus non receptis*. Ac quod Titulorū inscriptio ambitioni, ac voluptati Superiorū adscribitur, vt diximus *Glos.* 5. n. 47. præcipuè si ambitionis, ac vanitatis plena sit, Bessold. *Thef. practic. litt. T.* num. 24. Arnold. Clapmar. *de Arcan. rer. publicar. lib. 6. cap. 6.* Marian. *Hist. Hispan. lib. 7. ca. 19.* Quando los Imperios se van à caer, entonces los que los tienen, para disimular su cobardia, y flaqueza, se arman con
45 apellidos Magnificos. Nihilque laudabilius, ac salubrius esse quam vt debito decoretur Regia Dignitas, Titulo Honoris, cap. fin. 89. *distinct. 1. Obseruandum, de offio. Præsidi. 1. 1. de Postulan. 1. 49. tit. 5. par. 1.* Steph. Grat. *aiscept.* 284. Menoch. *conf.* 51. num. 3. & *conf.* 126. num. 2. & *conf.* 902. num. 1. Bessold. *dissert. de præced. cap. 3. n. 8.* Tyber. Decian. *conf.* 7. num. 2. & 71. 46 volum. 1. iuste præscripsit: *Que quando se escriuere, no se ponga en lo alto de la Carta, ò papel otro Titulo mas que, Señor.*

47 Haud ignotum hanc appellationem de *Señor*, Latine *Dominus*, à quam plurimis Imperatoribus reiectam, à Doctoribus tanquam ambitiosam damnatam, vt de Augusto, Tacit. *lib. 2. ann.* vbi Lypf. *in excurs. litt. P.* Sueton. *cap. 53. in Octau. August.* Cassaubon. Philip. Beroald. Tertul. *Apolog. cap. 34.* Augustus Imperij formator, ne *Dominum* quiaem dici se volebat, Martial. *lib. 10. Epigram. 71.*

Non est hic Dominus, sed Imperator.

Petrarch. *Dialog. 85.* Qui licet dominandi avidus, Titulo tamen *Dominationis* abstinuit, Petr. Gregor. *li. 4. Syntagm. cap. 1. num. 13.* & *lib. 6. de Republ. cap. 13.* Bobad. *lib. 2. Politic. cap. 16. n. 23.* Schard. *in lexic. verbo Dominus*, Steubech. *ad veget. in Proæm. Lel. Visciol. borar. successib. lib. 8. cap. 4.* Torres, *Philosoph. Moral. de Princ. lib. 6. cap. 8.* Narbon. *l. 17. hoc tit. Glos. 1.* August. Barbof. *in Proæm. Cod. ex num. 6.* Moreno de Vargas, *Nobleza de España, Discurs. 13. num. 4.* Theod. Hoeping. *de iur. insign. cap. 22. num. 1.* Cujac. *l. Si quis 9. C. de Murilegul. lib. 11.* Iacob. Speidel. *notabil. iuridic. Histor. Politic. litt. G. num. 31. latè, & eleganter D.* Ioan Ramos del Mançano, *analec. ad leg. Deprecatio, ad leg. Rhod. de iact.* Arnold. Clapmar. *de Arcan. rer. publicar. lib. 6. cap. 6.* Petr. Obmocr. *Chronolog. vrbis vniuers. fol. 184.* Lorin. *in Acta Apostolor. cap. vers.* De quo nomine, aut voce, & si breui, oblita Lusitana doctrina, & notitia, Pegaf. *Comment. ad ordination. Regni Portugal. ad Proæm. Glos. 10.*

48 Adhuc enim fateor licitum esse legale, iustumque præceptum, vt ad delignandam summam Potestatem, Maiestatemque Regalis Dominij, à subditis, & vassallis, hoc Honoris Titulo de *Señor*. Sacra Regis purpura illo decoretur, Tertul. *Apolog. cap. 34.* *Dicam tamen Imperatorem Dominum, sed more communi*, cum hic Titulus, nec proueniat à voluntario placito Regis, nec ab adulatorio Aulicorum, vt Martial. *dict. Epigram. 72.* Sed à Sacrarum litterarum exemplo, vt patet ex Epistola Balsami Mithridati, & aliorum ad Artaxerxem, Esdr. *3. cap. 2.* Balsamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Ratimus, Baltemus, Sabellius, Scriba, & reliqui habitantes in Samaria, & ceteris locis subiectam Epistolam Regi Artaxerxi, Domino recepto ex legitimo assensu iuris Gentium, vt ex Plinio patet in Epistolis ad Trajanum, *lib. 10. Epist. 2. 4. & 5.*

60. 71. & 89. & alij Symmach. lib. 10. Epist. 15. & sequentib. Hypocrat. Epist. 4. Regi Regum Meo Magno Domino Artaxerxi Hystoris Helesponti Praefectus. Constitutionibusque Canonis, ac Ciuilibus.

In cuius comprobationem praenotandum est, quod post constitutam Regiam Potestatem in populo Israelitico, ad illam designandam illo verbo, seu nomine Domini tanquam legitimo, ac coaero dignitati usi fuere, & ipse Rex Dauid regnante Saule, caeterique tam sub Imperio Dauidis, qua caeterorum Regu, vt ex Sacrae litterae testimonijs. Reg. 1. cap. 24. Surrexit autem Dauid post eum, & egressus de Spelunca clamauit post tergum Saul dicens: Domine mi Rex, & cap. 25. vers. 25. cap. 26. vers. 15. & 19. Et ait Dauid ad Abner, quare ergo non custodisti Dominum tuum Regem, ingressus est enim de turba, vt interficeret Regem Dominum tuum, cap. 29. & 2. Reg. cap. 13. Respondens autem Ionadab, filius Semaà, fratris Dauid, dixit, nextimet Dominus meus Rex, cap. 14. Dixitque mulier Thecutes ad Regem, in me, Domine mi Rex, sit iniquitas, & vers. 15. Hodie intellexit seruas tuas, quia inueni gratiam in oculis tuis Domine mi Rex, videnda, cap. 16. cap. 18. & 19. 3. Reg. cap. 5. Vir magnus apud Dominum suum, & cap. 6. Nequaquam Domine mi Rex, 1. Paralypomen. cap. 12. vers. 19. Esdr. 3. cap. 2. Iudith, cap. 6.

51 Quod acceperant Israelitici à caeteris Gentibus, cum vt diximus, ex illarum assensu Domini, vox sit accepta ad designandam Potestatem Regiam, Bald. 1. De pupillo, §. 6. de operis noui nunciat, Virgil. 6. Aeneid.

Nec veriti Dominorum fallere dextras.

Vbi Amayen. Nationibus Honorifica, & plausibilis semper visa fuerit, Mantua Patavin. in Annal. centur. 4. Mendoz. lib. 1. Reg. cap. 9. vers. 6. num. 3.

52 Fulcitur haec sententia ex antiquis Constitutionibus Conciliorum Hispanorum, Toletana enim Synodus II. habita sub Amalerico Rege adhuc Arriano, ad designandam, ac Honorandam Maiestatem temporalem Regis, illum Titulo Domini decorauit: In nomine Domini nostri Iesu Christi Synodus habita in Ciuitate Toletana apud Montanum Episcopum, sub die XVI. Kalend. Iun. ann. 5. Regni Domini nostri Amalarici Regis. Era D. LXV. Et in Can. V. Gratias agimus Omnipotenti Deo. Deinde Domino nostro glorioso Amalarico Regi. Bracarenf. Synodus II. ne Rege Mironi, in princip. Vt per ordinem Domini gloriosissimi filij nostri Regis.

Eade Toletana Synodus III. habita, Era D. CXXVL. interuenientibus Sexaginta duobus Episcopis, inter quos adstitit Diuus Leander Hispalensis, in qua Arriana haeresis, Regnante Recaredo, damnata Sanctissimi Patres dum mentionem facere de Recaredo, eodè titulo illum honorarunt, sic patet in principio: In nomine Domini nostri Iesu Christi, anno Regnante 4. Gloriosissimo Domino Recaredo Rege, & in confessione fidei. Quando sequuti Dominum nostrum gloriosissimum Recaredum Regem. Quod repetitum inuenimus in eod. Concil. Can. 2. Can. 14. Can. 17. & in adiecto Confirmator eiusd. Concil. Gloriosissimus, & Pijssimus Dominus noster Recaredus Rex. Concil. Toletan. sub Recaredo. Era D. CXXXV. Concil. Oseens. in script. Concil. Barcinonens. sub eod. Recaredo, Anno feliciter XIV. Regni Christianissimi, & Pijssimi Domini Recaredi Regis.

Quod postea seruatum à Patribus Concil. Toletan. IIII. Syfenando regnante in ipsius Concilij inscriptione, & Can. 65. Praecipiente Domino, atque Excellentissimo Syfenando Rege. Et Can. 75. Post haec salus, & pax, & diuturnitas Pijssimo, & Amatori Christi Domino Syfenando Regi. Et in Concil. Toletan. V. habito anno 1. Chintiliani Re-

Regis. & inscriptione Concilij Toletan. 8. celebrato sub Rege Recisuintio, Can. 13. In Serenissimi Domini nostri Recisuinti Regis. Concil. Toletan. 9. Can. 17. Concil. Toletan. 10. in principio, & in fin. Concil. Emer. t. r. s. Can. 23. Concil. Toletan. 11. Rege Vvaba, Can. 16. Concil. Bracarenf. 3. Can. 9. Concil. Toletan. 12. sub Eruiugio Rege, in princip. & Can. 7. & Can. 13. Concil. Tolet. 17. sub Ægica, in princip. Dam anno sexto Incljti, & Orthodoxi Domini, & Principis nostri Ægicanis, Domin. Laurét. Ramirez de Prado in not. ad Chronic. Luitprandi, num. 156.

54 Quæ Patrum formula sic obseruata fuit, vt omnes, qui libello addebant, Reges hac denominatione illos venerabantur, vt patet ex placito Iudæorum relato à Loais. in not. ad Concil. Toletan. 9. fol. 475. Clementissimo, ac Serenissimo Domino nostra Recisuinto Regi.

55 Neque in id iam latius procedamus circa vsum huius Tituli (Domini scilicet) vide Petr. March. de Concord. Sacerdot. & Imper. lib. 3. cap. 11. num. 9. vbi à Leone Pontifice Imperatori Carolo præscriptum refert.

Hæc Hispanorum Conciliorum recepta consuetudo, ac præscripta forma appellationis sub verbo Dominus, laudata fuit, etiam extincto Gothorum Imperio, sic Ordonius, & Ramirius Reges post Pelagium Dominica voce nominantur in donatione facta Monasterio Benedictinorū Diui Iuliani de Samos, Era 989. relata à Fr. Prudentio de Sandoual, Histor. de los cinco Obispos, fol. 149 In quo ante Regio Dominissimo Ordoña Principe Domini Ramiri, anno Regni sui 1. Alio Monasterio Celanoux, Era 858. relata à Sandoual, fol. 170. Regnante Dominissimo Raminero, &c. Inscriptione sepulchrali Reginae Vrracæ, relata à Sandoual, fol. 232. Vxor Domini Ramiri Principis, Ambros. de Morales, Chronic. general. lib. 13. cap. 18. Regnante Domina Sylano, & cap. 25.

& 37. Regnante Domino Ordonio. Et cap. 46. Noster Dominus Ildephonsus. Et lib. 17. cap. 44. 47. & 48. Ildephonsus Rex in Epist. Reginae Vrracæ, Sandoual, fol. 162. Regnans ego Vrraca in Regno patris mei Regis Domini Ildephosi. Et in donatione facta dicto Monasterio, Era 940. Anno feliciter gloria Imperij Principis nostri, Domini Ildephosi, Sandoual, fol. 243.

56 Ex quibus distinguendum est, aut loqui mero iure communi inspecto, aut iure Maiestatico: Et orta iure enim communi attento vox Señor, Latine Dominus (omissis ijs, quæ ex legum serie de voce Domini generaliter, sumpta dicere poteramus, cum secundum subiectam materiam significationes recipiat, Maximil. Faust. Consil. pro Erar. clas. 3. cons. 53. ord. 142. Ioan. Lorin. Comment. in Psalm. 46. vers. 3. & in Psalm. 108. vers. 1.) est significatiua maioritatis, ac præhementiæ, l. 1. §. Domini, ad Senat. Consult. Syllanian. l. Si quod, de condit. indebit. l. 1. rer. amotar. l. Pronunciatio, vers. Petr. de Verbor. significat. tit. Cod. Greg. Dominic. lib. 11. vbi Didac. Perez, Luc. de Pen. & alij adducti a Theod. Hoeping. de iur. insign. cap. 22. num. 69. Bart. l. Titia, cum testamento 35. §. Titia, num. 5. Cepol. de seruitut. cap. 4. Couarrub. in Regul. peccatum, par. 2. §. 9. num. 8. Calcan. num. 32. & num. 15. Capic. decis. 25. num. 1. Martin. Mager. advoc. armat. cap. 10. num. 468. Moreno de Vargas trat. de la Nobieza, disc. 13. nu. 5. Theodor. Reinling. de Regimin. secular. lib. 1. clas. 5. cap. 3. n. 24. Idem Hoeping. dict. cap. 22. num. 148.

58 Sic Patres, Dominos à filijs, maritos ab vxoribus nuncupatos inuenimus, Genes. cap. 18. Virgil.

Dominum Aeneam in regna recepit.

59 L. Vxor 41. de legat. 3. l. Titia, §. Qui Marco, de optio. legat. l. ult. de auvo, & argen. legat. Bullenger. lib. 1. de Im-

Imperator. cap. 36. Lypf. ex cur. in lib. 2. ann. Tacit. litt. P. Schard. in Lexic. verbo Dominus, Pereir. in Genes. And. Gail. li. 2. obser. 144. n. 5. Ioan. Iacob. Speidel. notabil. iuridic. Histor. Politic. litt. G. num. 31. Bessol. thesaur. practic. litt. H. num. 43. Maximil. Faust. consil. pro Erar. clas. 4. conf. 130. ord. 281.

60 Iure vero Maieſtatis, ac Supremo non est vox, sed Titulus Honoris, priuatiuè competēs Regibus, ratione Domini, temporalis Imperij, ac Potestatis à Deo datæ, translataque à Populo, deductus à verbo
61 Hebræo *Adon*, & *Adonim*, idest *Dominus*, vt ex Sacris litteris probât Pined. *de reb. Salomon. lib. 3. cap. 9. n. 7.* Ioan. Lorin. *Comment. in Psalm. 108. vers. 1.* Div. Hieronym. *de verb. Hebraicis, verb. Adō*, Andr. Bosch. *tract. del stitlos de Honor de Catalonia, lib. 5. §. 3.*

62 Hinc apud nos dicitur *Señorio*, Couarrub. *Tesoro de la lengua Castellana, verbo Dominio*, & verbo *Señorio*, de quo infra num. 82. quod Latine *Dominatio*, in quo sensu illam vocem accepit, Div. Augustin. *lib. 8. de Genes. ad litteram, cap. 11.* Perer. *in Genes. lib. 4. de creat. homin. cap. 2. vers. 15. num. 124.* Maucler. *de Monarch. Diuin. cap. 7.* Lorin. *comment. in Psalm. 108. vers. 1. & in Act. Apostol. cap. 1. vers. 6.*

63 Quod vt lucidius comprobemus, ac quod legitime cautum est, vt honorificentia Regi exhibeatur sub hoc Titulo tantum *de Señor*. Notandum est, quod *Dominatio* (omissis, quæ de hoc verbo deducunt, ex *l. Si quod, de condit. indebit.* Cujac. *ad Titul. instit. de iur. personar. Laur. Pignor. de seruis, in princ. fol. 2. tit. 1.*) Et si in duplici significatione accipiatur, Arnold. Clapmar. *de Arcan. rer. publicar. lib. 3. cap. 14.* nam aliqui illâ pro Tyrannica, seu Despotica gubernatione recipiunt, vt Iur. Consult. *in l. 2. §. & cum placuisset, de origin. iur. ibi: Atque aspera aominatione*, Plin. *in Panegyric. Diuersa natura Dominatio*, &

Principatus, Sueton. in Cesar. cap. 76. abusus Dominatione. Et in Domiti *in. cap. 1. Omnē vim Dominationis*, Carol. Sygon. *de Occident. Imper. lib. 2. Quod Mali sexennio toto Maxentis Dominatione feralis inflexerat id bimestrem fere curam constanti sanasse.* Et de hac nihil ad nos.

65 A cæteris accipitur pro Principatu legitimo, Potestate, ac Regimine iusto, Daniel. *cap. 11. Et dominabitur ditione, multa enim dominatio eius*, 1. Machabæor. *cap. 8. In omni dominatione eorum*, l. 1. C. *de Iustiniano, Cod. confirman. Omnibusque Gentibus dominari*, Sueton. *in Tyber. cap. 24. & in Nerone. cap. 40. Dominationem Orientis.* Et in Galb. *cap. 12. Non tam dominandi*, Prochor. *Histor. Apostol. & Euangelist. cap. 13.* Et in hoc sensu esse dicunt Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 2.* Bessold. *dissert. Philologic. cap. 5. num. 3.* Petr. Gregor. *lib. 6. de Republ. cap. 13. à num. 11.* Theod. Reinſing. *de Regimin. secular. lib. 1. clas. 3. cap. 13. à num. 4.* Beneficium naturæ ad supplementum imbecillitatis indigentium alieno ductu, & Consilio, Aristot. *Polit. lib. 1. cap. 3. & 4.* Mager. *advocat. armat. cap. 9. nu. 429.* Ioan. Harpret. *§. Seruitus, num. 10. instit. de iur. personar. Greg. Lop. l. 11. verbo Señalado, tit. 1. par. 2.*

67 Ex quo Volateran. *lib. 29. à Platone deducit, ad Dignitatem imperandi, esse inter alia necessariam Dominationem.* Et Petr. Greg. *lib. 11. Syntagm. cap. 1. nu. 18.* eam distinguens dixit Politicam Potestatem:
68 *Quam ob rem ista Dominatio, & seruitus in personis, quæ libera sunt potius dicitur Potestas.* Alij ius Regni, Arnold. Clapmar. *de Arcan. rer. publicar. dict. cap. 14. tutelam publicam*, Maximilian. Faust. *consil. pro Erar. clas. 5. conf. 1. ord. 362. num. 3.* Gubernationemve subditorum legitime cõprehensam, seu expressam iub illa voce *Dominatio*, 1. Reg. *cap. 14. Ecce vir, quem dixerant tibi, iste dominabitur po-*

palo meo, Iudic. cap. 9. post Vatablum,
& alios Médoç. dict. cap. 9. Reg. n. 18.
à quo Dominus, Princeps, & Rex,
Maximil. Faust. clas. 12. conf. 13.

70 Hoc fecit vt Romani ratio-
ne Domini temporales Domini di-
cerentur, Virgil.

Romanos rerum Dominos.

L. 2. tit. 1. par. 2. ibi: Ca maguer los Ro-
manos que antiguamente ganaron con su
poder el Señorío de el Mundo, Sueton. in
August. cap. 40. Virgil.

Qui mare, qui terras omni ditione te-
nerent.

Sydon. Apollin. carm. 5.

Mea Gallia rerum

Ignorata ad hac Dominis.

Et lib. 2. Epist. 1. Incidit, vt Dominus,
Bullenger. de Imper. Roman. lib. 1. cap.
36. Symmac. lib. 1. Epist. 8. & Epist. 11.
Ad Dominos, & Principes nostros.

71 Nec alio (Titulo scilicet)
decorari Regiam Maiestatem posse
ad cognitionem Superioritatis de-
monstrarunt, D. Cyril. in Apologia
ad Theodosium: Habet enim hoc vestra
Dominatio. Et talem esse hunc hominem

72 cupiebat vestra Dominatio. Et po-
stea: Vt Dominationem vestram viderem,
Amianus lib. 19. Constantem, & Va-
lentinianum Dominos dicens, Euagr.
lib. 3. Iulianus, Pacatus in Panegyri ad
Theodosium, Sydon. lib. 1. Epist. 1. &
lib. 2. Epist. 13. Constantium, Mar-
tial. Epigram. 5.

Terrarum Domino.

Et lib. 5. Epigram. 8.

Terrarum Dominum.

Et lib. 8. Epigram. 2.

Edictum Domini.

73 Et Romani hunc Titulum
apponentes in monumento constru-
cto in Honorem Magni Constantini
pro victoria à Maximo parta: Domi-
no nostro Constantino Maximo. Idem in
alio structo in eiusdem gloriam pro
triumpho Desiderij: Reipublici Urbis
Romæ, atque Orbis, extinctori pestifera
Tyrannidis, Domino nostro Flauio Tullio
Constantio. Bononienses in columna
structa in memoriam Constantij: Do-
mino nostro Flauio Valerio Constantio,
Carol. Sygon. de accident. Imper. lib. 5.
Narfes in Ponte ad Arnianem Flum-
en à Totila euerio, & ab eo refe-
cto: Imperante Domino nostro Pissi-
mo, ac triumphatore semper Iustiniano.

74 Sic enim acceperant ab An-
tonino, qui ad demonstrandam Pote-
statem, Maioritatem, ac Imperium
illo Titulo vsus fuit in l. Deprecatio ad
leg. Rhod. de iact. Ego quidem mundi Do-
minus, in qua latè, & eleganter Dom-
Ioan. Ramos Analectic. ad illam, ex fol.
55. Schard. Lexic. verbo Dominatio,
Bessold. dissertat. de iur. Maiest. in ge-
ner. cap. 4. & Thesaur. pract. litt. H. nu.
43. Matth. Stephan. de iurisdict. lib. 2.
par. 1. cap. 1. num. 53. Martin Mager.
aduocat. armat. cap. 10. n. 465. & 471.
Nicol. Perot. in 2. Epigrammat. Mar-
tial. Ioan. Sauat. in not. ad Sydon. lib. 1.
Epist. 11. vers. Incidit, Hotoman. de
feud. cap. 3. Amaya Obseru. iur. lib. 1.
cap. 1. num. 70. ex Morla, Mendoza,
& alijs Tiraq. l. 1. connub. nu. 14. Sal-
mas. in not. ad Spart. fol. 142. litt. C. &
F. Mantua Patau. in Annalibus, verbo
Dominus, Gonçal. regul. 8. Cancel. gios.
1. num. 25. Petr. March. concoraant.
Sacerdot. & Imperat. lib. 3. cap. 21. n. 9.
Petr. Gregor. de Republ. lib. 5. cap. 13.
& cap. 21. num. 9. Maximil. Faust. co-
fil. pro Erar. clas. 4. conf. 130. ora. 281. &
clas. 12. conf. 13. Ioan. Lymn. de iure
pub. lib. 4. cap. 6. ex num. 59. in ad. lib.
2. cap. 8. num. 21.

75 Sic Castaneus, dict. rubr. 13.
§. 1. in princ. tenet, quod dum loqui-
mur cum Principe summo ad cogai-

segun refiere el dicho Ambrosio de Morales, los que lo son de vassallos, se deriva de la palabra Dominator, que es la significacion de mando, y propiedad, y superioridad. En este significado, y acepcion entiendo, y está oy recibido este vocablo Señor; y porque propria, y particularmente, despues de ser Diuino atributo, pertenece acá en la tierra à solos los Reyes, se acordò, y muy bien por la dicha Pragmatica de las Cortesias à que solo à los Reyes se escribiesse por Titulo Honorifico, Guardiola de Nobilit. H span. cap. 38. Zurita Annal. tom. 1. lib. 2. cap. 64. Ambros. de Moral. lib. 11. cap. 63. Moreno de Vargas de la Nobleza de España, disc. 13. nu. 34. & sequentib. August. Barbof. Collect. C. in Procem. num. 9. & 10.

83 Quæ Doctorum, ac Scribentium mès deducitur ex ipsarum Hispaniarum legum serie. Rex enim, Señor dicitur in l. 18. de el Fuero Iuzgo: Ca gran tuerto es no conocer à aquel por su Señor, que Dios metió por Gouernador, l. 2. Como quier, que èl sea Señor, l. 9. Que lo escogieron por Señor, l. 1. tit. 2. li. 2. Ordinam. De su Señor natural, 84 l. 1. tit. 3. lib. 2. Recopil. Non ratione Domini inducti in seruos à iure Gentium, sed Potestatis, ac Imperij; dicti Señorío, l. 9. Gana el Señorío de el Reyno, l. 11. El nome de Señorío, l. unie. tit. 2. lib. 1. Fori: E de su Señorío, & el Poderío, l. 1. tit. 2. lib. 2. Recopil. Porque de la Celestial Magestad recibe el poderío, competit per acquisitionem Regni, dict. l. 2. l. 9. tit. 1. par. 2. Verdaderamente es llamado Rey aquel, que con derecho ganarà el Señorío de el Reyno; ac ex quo in eo est Dei Vicarius, l. 5. Vicarios de Dios son los Reyes, l. 6. l. 7. dict. tit. 1. dict. l. 1. tit. 2. lib. 2. Recop. ad bonum regimen subditorum, dict. l. 1. & 2. l. 6. E señaladamente tomò el Rey nome de nuestro Señor Dios. Ca si como èl es dicho Rey sobre todos los Reyes, porque de èl han nome, è los gouierna, è los mantiene en su lugar, en la tierra, para fazer justicia, è derecho; assi ellos son tenudos de mantener, è de guardar en su justicia, è

en verdad à los de su Señorío, l. 1. de el Fuero Iuzgo, Procem. lib. 2. Fori, l. unie. tit. 2. cod. lib. 1. 2. tit. 1. l. 1. tit. 3. lib. 2. Ordinam.

85 Nec his obstant, quæ Lypsius, & cæteri adducti numero, notant dicentes appellationem sub hæ voce Dominus reiiciendam, sicuti ab Augusto, & alijs Imperatoribus reiecta fuit.

86 Nam vt videre licet apud ipsos Doctores, præcipuè Torres, Philosoph. Moral, lib. 7. cap. 8. Bobad. Polit. cap. 16. num. 23. Tunc damnatur, cum elatus vanitate impiè Princeps Dominicam vocem arripit, illam dirigens ad Diuinitatem, vt habeatur, vt Deus, Martial.

*Frustra blanditijs venitis ad me
Attritis miserabiles labellis
Dicturus Dominus, Deusque non sum;
Non est hic Dominus, sed Imperator.*

87 Vt olim aliqui fecerunt, qui Domini dicebantur eo, quod in Deorum numero referri voluerunt, Bulleng. lib. 1. de Imperat. Roman. cap. 16. Adam Contzen. lib. 7. Politic. cap. 4. §. 5. Bessold. dissert. de Maieft. in gener. cap. 2. num. 3. qui num. 4. Mirabile ac dignū visu exemplum Herodis Agripæ refert se Deū nominantis, Iacob. Speidel. notab. Histor. Politic. litt. E. nu. 31. vers. Nonnulli tamen, Lorin. Comment. in Act. Apostol. cap. 12. vers. 22.

Dum vero dirigitur tantum ad designandam Maiestatem, Potestatemque à Deo, & populo concessam ad iustitiam exercendam, illo Titulo Honorandos Reges censemus attenda ipsorum Scriptorum mente, & verbis; præcipuè dispositione dict. l. 6. tit. 1. par. 2. E señaladamente tomò el Rey nome de nuestro Señor Dios, Matth. Stephan. de iurisdic. lib. 2. par. 1. cap. 1. num. 19. & sequentib.

SUMMARIVM.

- 1 **T**ituli Honorum, sicut reales, & personales, 2. sunt necessarij ad cognitionem superioritatis.
- 3 Virtus ipsa, sibi est Titulus Honoris.
- 4 Dominatio, & subiectio ex ordine natura necessaria est in omni re.
- 5 Præcipuè in Republica.
- 6 Monarchica Gubernatio Optima.
- 7 Regis Titulus à regendo dictus Supremus à Mundi prima periodo, 8. & sic cõcessus ab omnibus Gëtibus suis Principibus, 9.
- 10 Egyptij suos Reges Titulo: Pharaonis, decorabāt, 12. Postea: Ptholomæi, dicti.
- 11 Pharao Regem significat.
- 13 Palestini suos Principes dicebant Abimelech, qui est Rex, 14. Tituli Regum remissiue referuntur.
- 15 Regis Titulus Realis.
- 16 Regna exordio mundi fiebantur intra Patriam.
- 16 Regis Titulus Pius, Misericors comparabilior Maiestatis, 18. & 33.
- 17 Regnum, est rerum humanarum res pulcherrima.
- 19 Regis Titulus acceptus ab Antigono, & Seleuco. Post mortem Alexandri in signum Maiestatis.
- 20 Perseus à Senatu Romano petijt, ut insignum Potestatis conseruaretur Titulo Regis.
- 21 Imperatoris Titulus non erat designatiuus Maiestatis.

- 22 Regium nomen inuisum Romanis post Tarquinum.
- 23 Imperatoria Dignitas in exercitio Potestatis, Regio Iure gaudebat.
- 24 Lex Regia transtulit Potestatem in Imperatores.
- 25 Imperatorum officium supremum post legem Regiam.
- 26 Antea priuatiuum in exercitu.
- 27 Imperatores Romani Reges erant, quo ad Potestatem.
- 28 Regis Potestas maior, quam Imperatoris.
- 29 L. 8. tit. 1. par. 2. de Potestate Regis.
- 30 Iura Suprema, Regalia dicuntur, nõ Imperialia, 31. & quare ex Camillo Borrelo.
- 32 Theodorus Reinsing refertur, afferens, Regalem Titulum non esse optimum, ex quo Christus Dominus noster Rex appellatus est, 34. Responso.
- 35 Imperatoria Potestas pendet ex electione Principum electorum, 36. & est, quatenus Imperator eligitur in Regem Romanorum.
- 37 Imperatoris Potestas demonstratur in Iure, per verbum Regale.
- 38 Imperatoris Titulus personalis est, & quare?
- 39 Regis Titulus Optimus, inter Hispanos, & Gallos.
- 40 Gothi suum Principem Regem appellabant, & Imperatorem dicere volebant, 41. Etiam post Hispanicum Imperium, 42. Ex Concilijs, & legibus antiquis.

DE ORIGINE MAIESTATE, AC EXCELLENTIA
Tituli Regis.

GLOSSA QVARTA.

1 **D**iximus, Titulos Honoris inventos ex Gentiũ more, ad cognitionem Maiestatis, & Honoris debiti Dignitariibus. Quo cognito, etiam sciendum est, Titulos Honoris, vel Reales, vel Personales esse: seu Dignitati cõces-

fos, aut personæ, vt innuit Pácir. c. 2. Hoeping. de iur. insig. cap. 22. n. 29. 2 Ac, quod cum, & si exordio mudi virtutibus, & meritis in Republica certaretur, & virtus vno, seu potius nullo Titulo cõteta ipsa fibituisset Titulus, Osso. de glor. li. 1. E dua. V uect.

lib. 2. de triplici hominum officio. cap. 10.
 3 Adhuc ad cognitionem Potestatis, vt necessarios habitos omnes Gentes suis Principibus concessere.
 4 Ex quo, & ex illis, quæ in Procemio diximus scilicet, Ordinem necessarium esse in omni re, præcipuè in publica, etiam ortum fuit, quod cum ex ipso dictamine naturæ, ad omnium rerum conseruationem necesse sit alterum dominari, alterum parere: vnum efficere, alterum accipere: vnum Principatum tenere, alterum subiectionem: vnum meliorem esse, alterum deteriolem; vt inuenitur in terra, aqua, igne, & aere, elementa efficientia, & in compositis ab eis compositionem suscipientibus. In Microcrosmo in quo anima dominatur membris: In Brutis, inter quæ meliora sunt mansueta, quam fera: In Musica, vbi datur vna vox principalis, cui reliquæ correspondent.
 5 Et sic in cæteris rebus. Pariter ad generis humani cõseruationem, Gætium, Populorum, Ciuitatum, Rerum publicarum, imbecilliorum defensionem, ignorantium doctrinam, necesse est, quod sint, qui efficiant, & imperent; qui iubeant, & dominantur; qui obtemperant, & subijciantur: & vt vno verbo omnia dicamus, qui regant, & qui regantur, siue ab vno, siue à paucis, siue ab vniuerso populo, Aristot. 1. *Politic. cap. 3.* & 4. Petr. Gregor. *de Republic. lib. 1. cap. 1.* Bald. in *l. Ex hoc iure, de iustit. & iur.* Corset. *de Potestat. Reg. in princip. num. 1.* & 3. par. 1. Vacun. à Vacun. *lib. 1. declar. cap. 10. num. 2.* Thob. Paurmeister. *de iurisdic. lib. 1. cap. 13. num. 21.* Maffrill. *de Magistratib. in prælud. num. 13.* Bessold. *dissert. Philologic. Politic. disput. 28. thes. 31.* Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 1.* Vvendelin. *Politic. lib. 1. cap. 1.* Theodor.

Reinsing. *de Regimin. secular. lib. 1. clas. 1. cap. 2.* Adam. Contcer. *Politic. lib. 1. cap. 3.* Georg. Schomborn. *Politic. lib. 1. cap. 1.* Ioan. Harpret. *§. Ius autem Ciuit. num. 15.* & sequentib. *institat. de iure iustar. Maximilian. Faust. consil. pro Eran. clas. 12. ord. 894.*
 6 Hæc ratio, quæ omnibus Gentibus communis est, induxit, vt inter alias haberefur optima gubernatio Monarchica, vt ex Arist. Div. Thom. *de Regimin. Princip. lib. 1. cap. 2.* Div. Augustin. *de Ciuit. Dei, lib. 2. l. 7. tit. 1. par. 2.* notant Petr. Gregor. *de Republic. lib. 5. cap. 3.* & *lib. 18. Syntagm. cap. 2.* Restaur. Cactald. *de Imperat. quæst. 5. num. 3.* Ioan. Corset. *de Potestat. Reg. par. 5. num. 1.* Adam Contcer. *dict. lib. 1. cap. 2.* Bodin. *dict. lib. 1. cap. .* Theodor. Reinsing. *dict. clas. 1. cap. 1. thesaur. 3.* Bessold. *dissert. de M. march. Kerkerman. Politic. disput. 29. thes. 6.* Patric. *de Regn. lib. 1. tom. 3.* Symmach. *de Republic. lib. 2. cap. 5.* Lypf. *lib. 2. Politic. cap. 2.* & in not. Georg. Schomborner. *Politic. lib. 5. cap. 1.* Conrad. *in templ. iudic. lib. 2. cap. 1.* §. 1. Bobad. *lib. 1. Politic. cap. 1. num. 14.* Menchac. *controuersiar. illustr. lib. 1. cap. 1. num. 25.* & *cap. 21. num. 23.* Amay. *obseruat. lib. 1. cap. 1. num. 17.* Ossuald. *lib. 1. Commentar. cap. 7.* litter. O. Marian. *de Reg. & regend. instit. lib. 1. cap. 2.* Ossor. *de Reg. instit. lib. 1.* Hening. Arnif. *Politic. cap. 8.* *de Republic. in gener.* Calixt. Ramir. *de leg. Reg. §. 3. num. 4.* Camill. Borrel. *de Præstant. Reg. Cathol. cap. 3. num. 66.* Kokier. *Aphorism. Politic. lib. 1. cap. 3.* Maucler. *de Monarch.* Ioan. Lynn. *de iure public. lib. 1. cap. 10. num. 42.* Frederic. Vvendelin. *institat. Polytic. lib. 2. cap. 28. thes. 3.*

Creata, constituta, seu electa Potestate, vt sub vnius Imperio, & manu omnia regerentur. Et cum aliàs authoritas, & Honor capitis

Reipublicæ præcipuus fit, Bessold. *dissertat. Polytic. cap. 9. num. 4.* Mo-7 narchæ nomen indicere, seu Titulum necesse fuit, demonstratiuum illius superioritatis: dictante ipso Gentium iure, seu ratione, omnes Gentes communi consensu, à prima Mundi periodo, ei concessere ab exercitio, & munere regendi, *Titulum Honoris*, sub nomine Regis, Salust. *in Bell. Catilinar. Igitur initio Regis: nam in terris nomen Imperij, id primum fuit*, Marc. Anton. Sabelic. *lib. 1. Aeneid. 1. Iustinian. lib. 1. Dionys. Halicarnas. antiquitat. Romanor. lib. 5. Principio enim omnes Græcia Ciuitates a Regibus regebantur*, Ioan. Corras. *l. 2. num. 15. de origin. iur. Iulius Ferret. de re militar. Titul. de iust. & iniust. Bello, num. 19. Corfet. de Potest. Regia, par. 2. num. 19. Ioan. Iacob. Speidel. notabil. Histor. iuridic. Politic. litter. K. num. 21. Bessold. Thesaur. practicar. litter. K. num. 33. & addit. & Discurs. de Monarch. cap. 3. num. 2. Lyps. lib. 2. Politic. cap. 2. Theodor. Reinling. de Regumin. secular. lib. 1. cl. 1. cap. 1. num. 22. Petrus Gregor. de Republic. lib. 6. cap. 10. & lib. 9. cap. 1. num. 2. Mastrill. de Magistratib. lib. 3. cap. 1. num. 57. Fr. Geronym. Roman. Republica de el Mundo, lib. 4. cap. 1. Caved. part. 2. decis. 8. num. 1. Carrança de Partu, cap. 2. §. 1. illation. 13. numero 246. Ioannes Lymn. de iure public. lib. 2. cap. 1. num. 41. & 42. & latius in addition. ad dict. cap. 1. sub numero 43.*

8 Sic inuenimus post Nembroth (primum hominum, qui tyrannide occupauit regionem Sannaar, initiumque Regnis dedit, & caput eorum Babylon fecit, in qua regnauit annis 46.) Ninum Assyriorum Imperium agentem Regem nominari: Ægialeum Sycionorum: Inachum Argiborum: At-

ticorum Cæcoprem: Latinorum Ianum: Lacedæmoniorum Æuristheum: Corinthiorum Athletem: Hebræorum Saulem: Medorum Dioclem: Macedonum Gramaum: Lydonum Ardifum: Persarum Cyrum, vt ex Sacris litteris, Historiographis, & Chronicis patet.

10 Hinc inter Ægyptios acceptum, vt suos Principes, Titulo Pharaonis decorassent. Vt notant Euseb. Cæsariens. *in Chronic. Ioseph. antiquitat. Iudaic. lib. 8. cap. 2. Diuus Hieronym. in Ezechiel. cap. 29. Pereir. in Genes. tom. 3. cap. 12. disput. 7. ex num. 116. Adam Contcer. Politic. lib. 7. cap. 5. Alexand. ab Alexand. diar. genial. lib. 1. cap. 3. Petrus Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 6. num. 4. Iacob. Gordon. in Chronolog. lib. 1. anno Mundi 1950. Eusebio Nieremberg de origin. Sacr. Scriptur. lib. 6. cap. 20. Abulens. in Iosue, cap. 11. quest. 5. Cornel. à Lapide in Genes. cap. 11. vers. 11. Gaspar Sanchez Commentar. in 3. Regum, cap. 10. num. 2. & 4. Reg. 20. 11 num. 28. Quia Pharaon, Ægyptiaca lingua, Regem significat, Eusebio Cæsariens. in Chronolog. Ioseph. Gordon. & Pereir. dictis in locis. Quod verum credo, reiecta sententia dicentium, sic vocatos in memoriam Pharaonis, primi illorum Regis, insignis gestarum rerum gloria, virtute, ac sapientia, Ioseph. dict. cap. 2. Guilielm. Hamner. in Genes. fol. 236. Petrus Gregor. dict. lib. 6. cap. 10. num. 5. Pereir. dict. disput. 7. num. 123. Pancirol. variar. dict. cap. 2. Lorin. Actor. Apostolor. cap. 7. versic. 10.*

12 Quod seruatum vsque ad Thronum Ptholomæi Largij, qui cum moribus, disciplina, triumphisque, Ægyptiacum Imperium illustrasset, tantum sui desiderium reliquit,

quit, quod in eius Honorē Alexandri ni nomen *Ptolemaei*, quod *Benefactorum* significat, *Alex. diem. genial. lib. 2. cap. 11. seu Bellatoris*, *Lorin. dict. Psal. 134. vers. 4.* dederint Philadelpho successori, reliquisque Ægyptijs Regibus in Titulū, loco Regis, aut *Pharaonis*, *Ioseph. dict. cap. 2.* Alexand. ab *Alex. dict. lib. 1. cap. 3.* Petr. Gregor. *dict. cap. 6. & cap. 10. num. 6. & lib. 18. Syntagm. cap. 2. num. 11.* Theod. Hoeping. *de iur. insign. cap. 21. num. 134.* Pereir. *dict. disp. 7. num. 116.* Euseb. Nieremb. *de origin. Sacr. Script. lib. 10. cap. 15.* Lorin. *dict. vers. 4. Psalm. 72. vers. 11. & Act. Apostolor. dict. cap. 10. vers. 10.* Gasp. Sanch. *in Daniel. cap. 9. num. 2.*

13 Ab Ægyptijs translaturum fuit ad Palestinos, qui in Titulum Honoris suos Principes appellarunt *Abimelech*, seu *Regem*, *Div. Hieronym. de verb. Hebraic. verb. Abimelech*, *Arias Montan. in dict. Genealog. viror. ac mulier. qua in Sacr. Scriptur. verbo Abimelech*, *Lorin. Psal. 72. vers. 11. & Act. Apostolor. dict. cap. 10. vers. 10.* Bobad. *Politic. cap. 5. num. 10.* Euseb. Nieremb. *de orig. Sacr. Script. lib. 6. cap. 20.*

14 Et inde ad cæteras Asiae Provincias Chaldaei, *Merodachi*, Titulo suos Reges venerati sunt, *Gasp. Sanch. in Daniel. cap. 5. num. 3. & cap. 9. num. 2. & 4.* Reg. 20. num. 28. Arabes: *Arathim*, *Gasp. Sanch. 4. Reg. 20. num. 28.* Medi: *Affueri*, *Artaxerxis*, *Esd. lib. 1. cap. 4.* Esther, *cap. 11.* Gasp. Sanch. *in Daniel. cap. 9. num. 3. 6. & 8.* Syrii: *Seleuci*. Idem *Gasp. Sanch. dict. cap. 9. num. 2. & 7.* Indi: *Tygranis*. Parthi: *Arsacis*, *Abulens. in Iosue, cap. 11. quest. 5.* Gasp. Sanch. *dict. cap. 9. num. 2.* Reges Hierusalem ante Israelitas voce Regia: *Melchisedech*, *Abulens. in Genes. cap. 14.* Reges Assor, *Sabin. Abulens. in Iosue, cap. 11. quest. 5.* Iudæi vltima ætate: *Herodis*, *Abulens. in Iosue, dict. cap. 11. quest. 5.* Itali, suos: *Syluij*, *Gasp. Sanch. in Daniel. cap. 4. num. 2. & 7.*

15 Ex quo deducitur, Titulum Regis, realem fuisse, cōcessumque Supremæ Potestati, ad illam designandam absolute, nec tatum primæ ætatis periodo, dum teste *Iustino lib. 1. Dionys. dict. lib. 5.* *Diodor. Sycul. lib. 1. cap. 1. & 2.* *Ioseph. antiquit. Iudaic. lib. 1. cap. 10.* *Paul. Oros. lib. 1. cap. 4.* *Iacob. Gordon. Chronolog. cap. 4. period. 2.* *Petr. Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 8.* *Pereir. in Genes. cap. 10. vers. 11. disput. 5. & 6.* *Lorin. comment. in Psal. 72. vers. 10. & Psalm. 134. vers. 11. & 12.* *Scac. de sentent. & re iudicat. cap. 1. glos. 1. quest. num. 148.* *Azor, Institut. Moral. lib. 11. cap. 1. par. 2.* *Theodor. Reinling. de Regimin. secul. lib. 1. clas. 1. cap. 1. nu. 22.* *Ioan. Lymn. de iur. publ. lib. 2. cap. 1. num. 37. & 42.* Regna finiebantur intra Patriam. 16 Sed etiam postquam Reges, propagandæ Dominationis libidine, arma extulerunt, finitimaque Regna debellantes suo Imperio subiugarunt. Vt de Regibus Assyrijs, Persis, Medis, Atheniensibus, Lacedæmonijs, Macedonicis, Israeliticis, Romanis, Gothicis, Gallis, cæterisque ex Sacris litteris, & prophanis notum est.

17 Sic acceptus hic Titulus, prælatasque omni alij, tam Origine, *Ioan. Lymn. dict. cap. 1. num. 42.* quam Honore: quia Misericordior, quia Pius, *Afflict. ad Constitut. Neapolit. in prælud. quest. 1. num. 6.* *Rutil. Benzon. in Magnific. lib. 1. cap. 18.* *Bernard. Græc. gloss. in Proæm. de litterar. form. num. 17.* relatus à Franc. *Scaglione. in Comment. ad Pragmat. Neapolit. fol. 243.* Cum regere suaue habitum, & ad bonum commune sic laudatum sit, ac receptum, vt etiam ausus sit dicere *Ioan. Corraf. in l. Ex hoc iure, num. 4. de iust. & iur. ex Franc. Patric. de Regno, lib. 1.* *Kokier. Thesaur. Polit. lib. 1. cap. 1. in exemplis, §. vlt.* Omnium humanarum rerum Regnum rem pulcherrimam esse, *Conan lib. 1. Commentar. cap. 8. num. 8.* *Petr. Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 8.* *Ioan. Lymn. de iure publ.*



publ. in add. lib. 2. cap. 1. num. 43. Et Regis nomen Honorabilissimum omnium Titulorum, Lorin. in Act. Apostolor. cap. 25. vers. 23. Cum aliquid excelsum, Diuinūque præferat, supra omnes alias humanas res, Renat. Chopin. Doman. Franc. lib. 2. tit. 2. num. 6. & 7.

18 Nec alius ex Gentium more, & acceptione comprehensibilior, ac significatior Supremæ Maiestatis fuit, nec Cæsaris, Augusti, nec Imperatoris, Romanorum tempore, vt videre licet, si attendamus Antigoni 19 num, & Seleucum, post Alexandri mortem, Satrapiam in Titulum 20 Regis conuertentes, Apian. Alexandrin. de bellis Syriacis: Perseum, & Syphacem etiam à Romano Senatu, ne Orbatī Maiestate viderentur illius Tituli conseruationem implorantes, vt ex Liuiō, notat Petr. Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 8. num. 5.

21 Nam, & si dicant aliqui post Cæsarem, & Augustum Imperatoris Titulum summum fuisse, omnibus alijs præ excellentiorem, & pro eo, agāt Germanici Scriptores, vt Ioan. Lymn. de iure publ. lib. 2. cap. 1. & in add. ad iulum, Theod. Reinling. de Regim. sacul. lib. 1. clas. 2. cap. 2. Frederic. V vendelin. instit. Politic. lib. 2. cap. 3.

32 Non fuit ex quod Supremæ Maiestatis demonstratius esset, sed quia regium nomen, quo vere Suprema Maiestas designabatur, Lorin. Act. Apostolor. cap. 25. vers. 23. Post Tarquini repulsam eis prohibitum erat, Liu. lib. 27. Regium nomen alibi magnū, Romæ intollerandum esse, Ioan. Lymn. notit. Regn. Franc. lib. 2. cap. 1. & de iure publ. in add. lib. 2. cap. 1. num. 43. glos. 5. num. 46. Sed non exinde Regia

23 Maiestas extincta credebatur. Immo ad hoc quod Imperatoria Dignitas, etiam sub Romano Imperio Maiestatem, ac Potestatem haberet, necesse habuit Regio iure gaudere, Salust. in Catilin. Imperium legitimum nomen Imperij Regium habebant.

24 Lege Regia lata, ex qua in Imperatorem Potestas translata fuit, l. 1. de Constitut. Princip. vbi Doctor Ioan. Corraf. Eguinar. Baron. Alciat. §. Sed quod Principi, instit. de iure natur. vbi Scribentes Pichard. & ab eo adducti, Ioan. Harpret. num. 14. Restaur. Caftald. de Imperat. quest. 4. num. 2. Duaren. lib. 2. disput. cap. 19. Couarrub. practic. cap. 1. num. 3. Arellan. de iur. ratiō. lib. 4. cap. 7. num. 11. Bulleng. de Imperat. lib. 1. cap. 36. eleganter, & late Carranç. de partu. cap. 2. §. 1. illat. 13. sect. 2. sub num. 243. ex vers. Cum autem legis Regiæ, Snar. ad Regn. Angliæ, lib. 3. cap. 2. num. 12. Calixt. Ramir. de lege Regiæ, D. Francisc. Amaya lib. 1. Obseru. cap. 1. ex num. 19. Arnold. Clapmar. de Arcan. rer. publ. lib. 2. cap. 15. Bessold. dissert. de Maiest. in gener. cap. 1. Et si de illa contendāt acriter Paurmeist. & Ioan. Lymn. de iur. publ. tom. 1. cap. 12. num. 36.

25 Non enim ex Imperiali auctoritate, ac Titulo, Potestas & Maiestas competebat, necdū Imperator, vsque ad dictam legē Regiam absolutus, ac Supremus erat, vt ex adductis glos. 37. num. 2. & 3. patet, sed Titulus Imperatoris, communis erat 26 his, qui exercitui præerāt, Ayali. de iure belli, lib. 2. cap. 2. num. 2. Steu-vech. ad Veget. lib. 2. ca. 9. Ioan. Valtrin. de re milit. lib. 2. cap. 1. & lib. 7. cap. 1. Bullenger. de Imper. Roman. lib. 1. cap. 6. Petr. Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 9. & lib. 18. Syntag. cap. 2. Lypf. Milit. Roman. lib. 2. cap. 12. Ioan. Harpret. Procem. instit. tit. num. 15. Restaur. Caftald. de Imperat. quest. 1. num. 2. Frederic. V vendelin. instit. Politic. lib. 2. cap. 32. thes. 3. in explicat. num. 4.

27 Quare Eguinar. Baron. diēt. l. 1. num. 6. de Constit. Princip. credidit Imperatores Romanos, & si decoratos Imperatoris Titulo, Augustorū, ac Cæsarum, Reges esse, Bessold. discurs. de Monarch. cap. 2. num. 4. ex Bald. Restaur. Caftald. de Imperat. quest. num. 1. quo ad Potestatem, & Maiestatem



statem, cum Suprema illorū, nitatur firmamento regiae legis.

28 Ex quo utique cum Alvaroto, Zasio, Camerar. Conrad. Sche-neid. Pruchman. Issern. Afflict. Redin. Peregrin. & alijs dixit Martin. Mager. advocat. Armat. cap. 6. num. 25. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 4. num. 17. Boer. decis. 178. num. 9. Reges, plus viriū, ac Potestatis habere in Regnis, quam Imperatorem in Imperio, Mat-rill. de Magistratib. lib. 1. cap. 4.

29 De quo etiam peculiare habemus constitutionem in l. 8. tit. 1. par. 2. Iura Regalia, & Imperialia digerentem, sub his verbis: *Sabida cosa es, que todos aquellos poderes, que de suso diximos, que los Emperadores han, è deuen aver en las gentes de su Imperio, que ellos mismos han los Reyes, en les de sus Reynos, è mayores. Ca ellos non han solamente son señores de sus tierras, mientras viuen, mas aun à sus finamientos las pueden dexar à sus herederos, porque han el Señorío por heredad, lo que no pueden fazer los Emperadores, que lo ganan por eleccion, assi como de suso diximos. E demas, el Rey puede dar Villa, ò Castillo de su Reyno por heredamiento, à quien quisiere, lo que non puede fazer el Emperador; porque es tenudo de acrescentar su Imperio, è de nunca menguarlo, como quier, que los podria bien dar à otro en feudo, por seruicio que le ouiesse fecho, ò que le prometiesse de fazer por ello. Otrosi dezimos, que el Rey se puede servir, è ayudar de las gentes de el Reyno, quando le fuere menester, en muchas maneras, que lo non podria fazer el Emperador. Ca èl, por ninguna cuita que le venga, non puede apremiar à los de el Imperio, que le den mas de aque-llo, que antiguamente fue acostumbrado de dar à los otros Emperadores, si de grado de ellos non se fiziere. Mas el Rey puede demandar, è tomar de el Reyno lo que usaron los otros Reyes, que fueron ante que èl. E aun mas à las sazones que lo quiere, tan grandmenester, pera pro comunal de la tierra, que lo non pueda es-*

usar bien assi, como los otros omes, que se acorren al tiempo de la cuita, de lo que es suyo por heredamiento. Otro dezimos, que el Rey deve usar de su poderio en aquellos tiempos, è en aquella manera, que de suso diximos, que se puede, è deve fazer el Emperador.

Bobad. Polit. lib. 3. cap. 2. num. 2. & lib. 5. cap. 5. num. 7. & cap. 6. num. 2. Azeued. in l. 1. rum. 17. tit. 1. lib. 4. Recopil. Madera Exal. de España, cap. 2. & sequentib. Moreno de Vargas, Noblezia de España, Discurso 13. num. 7.

30 A quo acceptum credo, vt Suprema iura Maiestatica, non Imperialia, sed Regalia dicantur, tit. *Que sint Regalia, cum Regno coeua sint, non Imperio, & à Regia Maiestate informentur, Rapol. de Regul. cap. 1. num. 2.*

31 Nec his obstat, quod adnotauit Camil. Borrel. de praes. Reg. Cathol. cap. 5. num. 12. in authoritatem Imperialis Dignitatis, dicens, Suprema iura Maiestatis Regalia dicta, quia Constitutio Tituli, *que sint Regalia? Vbi numerantur, lata est à Frederico Rege, ius Regium in eo laudante.*

32 Et Theodor. Reinling. de Regim. Secular. dict. lib. 1. clas. 2. cap. 7. num. 61. Ioan. Lymn. de iur. publ. add. lib. 2. cap. 1. num. 43. volentes maioritatem conferre Titulo Imperatoris; asserentes friuolam esse Boeri asser-tionem tenentis, excellentiorem illo & alijs esse Titulum Regis, ex quo Christus Dominus noster appellatus est Rex, non Imperator, & Diua Mater Regina, non Imperatrix.

33 Nam si veritatem amamus, & antiqua Iuris Ciuilibis, & Caonici statuta recolimus, placitaque Do-ctorum, absque adulationis nota scribentium (reiecta Borreli, Lymnei, & Reinling sententia) inueni-mus, Regis Titulum, acceptione comuni Gentium, ac Iuris, excellentiorem esse, ac comprehensibiliorem

Maieftatis, ac Potestatis supremæ, quam Imperatoris.

34 In cuius comprobationem notandum est Primo post Boerium, cum Afflict. *ad Constitut. Neapol. in prælud. quæst. 1. num. 6.* Rutil. Benzon. *in Magnific. lib. 1. cap. 18.* Quod Christo, & Diuæ Mariæ Matri ab Ecclesia datus est Titulus Regius, quia Excellentior, quia Pius, quia Misericors, Redin. *de Maieftate Princ. verbo Imperatoriam Maieftatem, num. 33.* Latè Ioan. Lymn. *de iur. publ. in add. lib. 2. cap. 1. sub num. 43.* non Imperatoris, quia inferior, quia seuerior, vt notant Afflict. Benzon. & cæteri.

35 Secundo, quia ex mente Oldraldi, *cons. 180. num. 3.* Restaur. Caftald. *de Imperat. quæst. 4. num. 3. & 5.* Potestas, qualis qualis fit illa, quæ in Imperatore inuenitur (siue suprema fit, aut Maieftatica, siue nõ, vt voluit Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 6.* Ioan. Lymn. *de iure publ. lib. 1. cap. 10. num. 28. & lib. 2. cap. 9. per totum.* De quo videndus Kexerm. *curf. Philosophie. disp. 36. Problem. 12.* Et si in eum late agant Bessold. *de stat. Reipubl. cap. 2. num. 5. & 12.* Theod. Reinsing. *de Potest. secul. lib. 1. clas. 2. cap. 2.*) colata ex electione Principum electorum, *cap. Venerabilem, de elect. Clement. in. 1. de iure iurand. vbi Scribentes, & ex Aurea Bulla, vt notat Theod. Reinsing. de Regimin. Secular. lib. 1. clas. 3. cap. 2. num. 11.* Martin Mager. *advocat. Armat. cap. 5. num. 152.* Georg. Schomborner. *lib. 5 Politic. cap. 19.* Conrad. *templ. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. de ornat. corpor. Imperat. vers. de elect. & electorib. Regis Romanor. lib. 10. cap. 2. per tot.* Ioan. Lymn. *de iure publ. lib. 2. cap. 3. per tot. & in addit. cap. 4. & lib. 3. cap. 2. num. 7.* Frederic. Vvendelin. *Institut. Politic. lib. 2. cap. 31.*

36 Non competit Imperatori, quatenus Imperator, sed quatenus eligitur in Regem Romanorum, vt expressa sunt iura, *dict. cap. Venerabilem, de elect. & dict. Clement. 1. de iure*

iurand. & in eis, Abb. Felin. & Scribentes, Bart. in Procem. Digestor. Salicet. in l. Bene à Zenone, C. de quadriem. præscript. Oldrald. dict. cõf. 180. Martin Laud. *de Princip. quæst. 39.* Restaur. Caftald. *de Imper. quæst. 10.* Conrad. *templ. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. quæst. 3.* Azor, *Instit. Moral. lib. 10. cap. 4. & cap. 6. par. 2.* Et ita notant antiqui versus:

Magna Moguntia, Crasa Colonia, Treueris Alma.

Atque Palatinus Dapifer: Dux Portitor ensis.

Marchio Præpositus Camera: Pincerna Bobemus

Hi faciunt Regem.

Michael de Vlcurrun. *de regimin. mtdi, par. 2. quæst. princ. 1. num. 25.* Restaur. Caftald. *de Imperat. quæst. 46.* Tob. Paurmeist. *de iurisdic. lib. 2. cap. 4. num. 5.* Syxtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. num. 24.* Ex Aurea Bulla Theodor. Reinsing. *de regimin. secular. lib. 1. clas. 3. cap. 7. & cap. 14. num. 48.* Ioan. Lymn. *de iure publ. lib. 2. cap. 4. num. 68. 69. 87. & sequentib. & ex Bald. & Aretin. in addit. num. 70.*

Quibus adsentit veritate motus, & si renuens ipse Theodor. Reinsing. *dict. lib. 1. clas. 2. cap. 7. num. 63.* & Anton Queta, *cons. 1.*

37 Ex quo dum iura tam Ciuilia, quam Canonica loquuntur de Potestate, aut Maieftate Imperatoris, non vero de persona, illam non Imperatoriam dicunt, sed Regalem, vt videre licet in *l. fin. C. de legib. Regalem sensum, l. Bene à Zenone, C. de Quadriem. præscript. Regule culmen, cap. 1. quæ sint Regalia: Regalis numinis expeditionem Quod fateri Imperator Fredericus videtur in tit. de pace tenend. & eius violator: Quoniam Diuina præorainante clementia solum Regiæ Maieftatis conscendimus, & postea Regia auctoritate indicimus, cap. Solita, de maiorib. & obedient. Regalis Potestas, cap. In-*

ter, de fide instrument. Sceptum Regale, cap. Diuo 96. dist. Duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, Authoritas Sacra Pontificum, & Regalis potestas. Quare scribens Pontifex Imperatori in Epistola relat. in l. Liqueat, C. de summ. Trinit. inquit: Omnipotens Deus, Regnum vestrum, & salutem vestram perpetua protectione custodiat. Cum vere, vt notauit Syxtin. de Regalib. lib. 1. cap. 1. num. 2. & cap. 3. num. 1. Imperator in Potestatiuis, & Iurisdictionalibus Maiestate Regia, non Imperatoria utatur, Cotereus de Dignit. Reg. par. 4. quæst. 44. num. 17. ex Petr. Gregor. li. 18. Syntagm. cap. 2. n. 10. Ioan. Lymn. de iure publ. lib. 2. cap. 1. num. 38.

38 Quod euidentius patet, si attendamus sententiam dicentium ex dict. cap. Venerabilem, & dict. Clemen. de iure iurand. Titulū Imperatoris personale esse, pēdereque ex promotione ad Imperium, consecratione, & coronatione, vt latè post Castald. de Imperat. quæst. 46. antiquos Scriptores referens Azor institut. Moral. dict. lib. 10. cap. 6. Conrad. templ. iudic. dict. lib. 1. cap. 1. §. 4. quod hic discutere consulto omitto. Vide Ioan. Lymn. de iure publ. lib. 2. cap. 4. & in addit.

39 Ex quibus, vt credimus, & si Ioan. Lymn. notit. Regn. Francic. lib. 2. cap. 1. ex litt. X. & de iure publ. lib. 2. in addit. cap. 1. num. 43. Variè agat circa acceptionem Tituli Regis; asserit tamen (secundum mores Gentium, omnia nomina, seu Titulos præcipuè Honorum) alibi magni factos, alibi minoris, Lorin. comment. in Act. Apostolor. cap. 25. vers. 24. tenet vero inter nos Hispanos, & Gallos Augustiorè esse, optimumque, quam Imperatoris.

Quare legitimè lex nostra ex more maiorum, Titulum Regis præcipuum suis Principibus præscribit.

40 Cum siue recolamus exordiū Hispanici regiminis, attenta prima mundi periodo, siue Gothici, semper

inter nos Regis Titulo decorata fuerit Suprema Maieestas. Primus enim Iberas, seu Hispanas Gentes, cum illo rexit Gerion (si reiecta fabulosa Berosi ferie, vt dixit Marian. lib. 1. Histor. Hispan. cap. 7. non admittimus regimen Iberi Idubedæ, Brigi, & Tagi) post Osiriem, fortasse illum Titulum ex Ægypto adducens, vbi iam, in signum Maiestatu acceptum fuisse (diximus ex Sacra pagina, & Chronologijs) Ipso sequentibus temporibus decorati sunt Hispani Principes vsque ad Abidem, cuius æuo Hispaniæ labes, & interitus ex siccitate secutus: qua ex causa, deserta, & Gentibus orbata, ac inculta mansit.

Post vigesimum sextum annum, quo in Hispania siccitas perdurauit, ad illam occupandā diuersæ Gentes, vt Celtæ, Rhodi, Phænicij, Carthaginenses, & Romani appulerunt, inter quas de illius Imperio sine Rege, seu Principe; & si sub auctoritate Bauci, Capeti; aliquando, diuerso Marte actum est; sub Augusto autem Romanum dominatum suscepit, quo Imperio res Hispana acta est manu Prætorum, ac Imperatorum, vt ipsa Respublica gerebatur, vsque ad Athaulphum Gothorum Regem, qui primus ablata Romanorum Imperatorum dominatione, Gothici Hispani Regni firmamenta constituit: à quo, vsque ad nostrum Carolū omnes Principes, siue electione creatos, siue successione natos Regis Titulo Hispani venerati sunt, quia sic inter eos summè habitus, sic Polliticæ facer, sic Sanctus fuerat, à Regno Tholephi, & Berigi primis illorum Regibus, vt dicat Saauedr. Histor. Gothic. cap. 7. *Tanta es la estimacion de Titulo de Rey, conseruado entre ellos por tantos siglos, que aunque pudieron diuersas vezes, como se ha dicho, el de Emperador, le despreciaron.* Quare illo in signum, ac demonstrationem Supremi Iuris utebantur, vt de Recsuintho in Monetis ab eo excusis euin-

enuncitur, illum exprimens, *Receſſu-
thus Rex*, *Moral. Coronica. lib. 12. cap.
30. Vvamba, cap. 41. Eruigijs, cap.
53.*

43 Sic in exhortatione ad Prin-
cip. alias via Regia relata à Loais.
*Collect. Concil. Hispan. Principes His-
paniarum Reges appellantur. Ab in-
fantia clamitant, Regemque confirmant.
Et in Concilijs illo venerantur Ti-
tulo: Concilio Tarraconensi in subscrip-
tion. Et Concil. Tolet. 2. sub Amalarico.
Et videre licet in toto Conciliorum
volumine, præcipuè Concil. Toletan.
4. Canon. 65. Concil. Toletan. 6. Canon.
14. & sequentib. Concil. Toletan. 7. Can.
1. Concil. Toletan. 8. in Decret. Molin.
de Primogen. ex quo dispositu, ac con-
stitutu, l. 1. Prologo del Fuero-Iuz-
go: Ca los Res son dichos Res, porque
regnan, è el Regno es llamado Regno por
el Rex, è assi como los Res son dichos de
regnar, assi el Regno es dicho de los Re-
ges.*

44 Quod postea Ildephonſus
Rex laudauit in l. 6. & 7. tit. 1. par. 2.
reiecto Imperatoris Titulo, vt ex-
pressit in l. 8. eiusd. tit. relata num. 29.

SVMMARIVM.

- 1 **H**onorem appetere, naturale.
- 2 Tituli Honorum orti, vel cau-
sa magnitudinis Prouinciarum, vel
virtutis, 3.
- 4 Regis Regum Titulum primus assump-
sit Osimandas Aegyptiorum Rex, 6.
concessum alijs Regibus.
- 5 Dominus Dominorum Titulum assump-
psit Sesostris.
- 7 Magni Titulus concessus Salmanasari
Regi Assyriorum, 8. alijsque Regibus.
- 9 Tituli Honorum diuersi, concessi Regi-
bus ex propria virtute.
- 10 Tituli personales quis
- 11 Romani Titulos Honoris appetiuere.
- 12 Suum Principem Titulo Regis deco-
rarunt, usque ad repulsam Tarquini.
- 13 Romani Tarquino reiecto iureiura-
runt Romæ non passuros regnare.

- 14 Regis Titulum, seu nomen inuisum
Romanis, 20.
- 15 Romani, quam plura bella habuere
pro tuenda libertate.
- 16 Aeternum nihil sub sole.
- 17 Romana Respublica libertatem sub
Augusto amisit.
- 18 Paulus Orosius refertur, loquens de
extinctione Reipublice Romanae.
- 19 Romani vnus Imperium à tempore
Iulij acceperunt.
- 21 Scipio Titulum Regis recusauit.
- 22 Iulius Caesar Potestatem accepit sub
Titulo Imperatoris, 23. quare?
- 24 Romani suos Consules honorabant;
Titno Imperatoris.
- 25 Imperatoris Titulus Principibus con-
cessus Senatus-Consulto.
- 26 Octavius post Iulium suscepit Pote-
statem nomine Principis.
- 27 Caesar dictus.
- 28 Caesaris nomen vnde ortum, & qui-
bus concessum.
- 29 Octavius elatione motus Illustres Ti-
tulos concupiuit, 30. Voluit nuncupa-
ri Quirinus, 31. Agitur de eo in Sena-
tu, 32. Datur ei ex Senatus-Consulto
agnomen Augusti, 35. Appellatur Di-
uus, 37. Pater Patriæ.
- 33 Augusti Titulus communis omnibus
Imperatoribus.
- 34 Augusti nomen designatiuum Impe-
rij.
- 36 Templum Augusti dicatum potenti-
bus Hispanis.
- 38 Caligula accepit cognomen pij, & op-
timi.
- 39 Imperatores Romani ambierunt cog-
nomina propria.
- 40 Trajanus Nerba parçtaria dictus,
42. Optimi accepit cognomen, & Ma-
ximi.
- 41 Optimi Titulus datus Scipioni Na-
sicae.
- 43 Seuerus Optimus appellatus.
- 44 Tituli eruuntur ab ambitione, 46. Et
adulatione.
- 45 Tituli ambitiosi aliquorum Regum
referuntur.
- 47 Casaubonus refertur circa ambitio-
sam

- sam originem Titulorum.*
 48 Tituli non semper oriuntur à vitiosa
 ambitionis origine, 46. Præcipue Rea-
 les.
 50 Tituli ex virtute, ac gloria parti, le-
 gitimi sunt ac iusti, 54.
 51 Scipiones iuste cognominati Africa-
 ni, Asiatici, & Numantini.
 52 Antoninus legitime ob pietatem di-
 ctus Pius.

- 53 Tituli apppositi Iustiniano referuntur.
 54 Tituli Honorum Regibus dati Nobi-
 lissimorum, Sacratissimorum, Clemen-
 tissimorum, Religiosissimorum, Sere-
 nissimorum.
 55 Reges Gotbi dicti Stabilissimi, Cle-
 mentissimi, Gloriosissimi, Religiosis-
 simi, Pysissimi, Christianissimi, Excel-
 lentissimi, Orthodoxi, Celsi, Serenissi-
 mi, 56.

DE ORIGINE TITVLORVM, ET COGNOMI-
 num Realium, & Personalium Regum, &
 Imperatorum.

GLOSSA QVINTA.

PRælibatis, quæ adduximus
 Glossa antecedenti, etiam
 sciendum est, quod & si Ti-
 tulus Regis Optimus inter cæteros
 sit, adhuc enim aliqui Reges Hono-
 ris auidissimi, quod naturale dixit
 Tacit. lib. 20. ann. Optimi quippe mor-
 talium altissima cupiunt, Cicer. officior.
 1. Ioan. Lymn. de iur. publ. tom. 2. cap.
 9. de precedent. num. 1. & 2. Marc. lib.
 14. Epigram. 32.

*Militia decus hoc, & grati nomen Ho-
 noris.*

2 Ad designandam, seu Honoran-
 dam suam Maiestatem illo, vt dixi-
 mus Regum contenti non fuere: im-
 mo voluere, vt alijs eminentioribus,
 ac Excellentioribus, suo videri, Ho-
 norarentur, quibus dignosceretur
 Regnorum magnitudo, Prouincia-
 rum numerus, vt de Artaxerge nõ-
 3 tatur, Esther cap. 1. & 16. Rex ma-
 gnus Artaxerges ab India, vsque ad Æ-
 thiopiam centum viginti septem Prouin-
 ciarum Ducibus, ac Principibus, qui no-
 stra iussioni obediunt, Radero prolusio-
 nes ad Quint. Curt. cap. 6. Pined. de reb.
 Salomon. lib. 5. cap. 1. vt infra videbi-

mus, vel propriæ virtutis, ac gloriæ
 Maiestas, Plutarch. lib. 2. de fortun.
 Alex. Sunt, qui se Euergetas, hoc est, be-
 neficos vocitarint: Sunt, qui Calinicos, id
 est, Egregie Victores; Nonnulli Soteras, si-
 ue Seruatores; quidam Megalos, hoc est,
 Magnos, Sueton. in Caligul. cap. 35.

4 Ex his primus fuit Osiman-
 das, alias Osiris dictus, qui in Titu-
 lum Honoris assumpsit appellatio-
 nem Regis Regum, Diodor. Sycul. rer.
 antiquit. lib. 1. par. 2. Rex Regum Osi-
 mandas sum. Post Vcarum, & Miri-
 dem tenuit Ægyptiorum sceptrum
 Sesostris, qui etiã post Libiã, & Me-
 diam peragratas, Gangem transa-
 ctum, Afsiam sub actam, expugnatas
 Cyclades insulas, adiecit animum ad
 Imperium Orbis, & vt suarum vi-
 ctoriarum glorias aglomeraret, hunc
 5 Titulum sibi in Honorem erexit,
 Rex Regum, & Dominus Dominorum
 Sesostris, Dyodor. d. d. cap. 1.

6 Quo cognito aliæ Gentes il-
 lum Honoris Titulum Regis Regum,
 suis Regibus concessere, vt de Artax-
 erge, Efd. 1. Artaxerges Rex Regum,
 Hypocrat. Epist. 1. de Nabuchodo-
 nosore, Daniel cap. 2. Tu Rex Regum,
 de Parthis, Troianis, Orientalibus,

Judæis, Sueton. in *Caligul. cap. 5.* Plutarch. in *Pompeio*, Iul. Capitol. in *Sapore*, Estrab. *lib. 12.* Plin. *lib. 30. cap. 1.* Pined. *de reb. Splom. lib. 5. cap. 1. nu. 3.* Arnold. Clapmar. *de Arcan. rer. public. lib. 6. cap. 6.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 9.* De Sapore Persarum Regis, Tygrane Armaniorum, ex Plutarch. Pined. in *Iob cap. 1. vers. 1. num. 17.* De Chosroe, Nicephor. Calixt. *Eccles. Histor. lib. 18. cap. 21.*

7 Illa vero Ægyptiorum Regum Honorum ambitio, vna cū Imperio, ac ditio ad alios transijt, vt de Iob, & alijs Pined. in *Iob, dict. vers. 1. num. 18.* Præcipuè ad Assyrios, quare Salmanasar Senacherib (vt aliqui volunt) Assyriorum Rex victoriarum gloria motus, omisso Regis Regum Titulo Magni cognomé assumpsit, 4. Reg. 18. *Rex Magnus, Rex Assyriorum.* Et postea: *Audite verba Regis Magni, Isai. cap. 36.* Quo exemplo Nabuchodonosor Babyloniorum 2. post Victum Arphaxad Medorum Regem, illud etiam in Honorem accepit, Iudith, *cap. 3.* *Nabuchodonosor Regi Magno.* Sicuti & Assaerus Persarum, qui ob Imperij magnitudinem, obque factam omnem terram, & cunctas insulas maris tributarias, Esther, *cap. 1. & 10.* *Magnus* dictus fuit. Et *cap. 16.* *Rex Magnus Artaxerges, cap. 11. & 13.* Hypocrat. *dict. Epist. 1.* Gasp. Sanch. *Comment. in Daniel. cap. 2. num. 143.* Pater Alcazar in *Apocalyps. cap. 19. vers. 16.* *Comment. 1.* Ioseph. Stephan. *de Bello Sacro ad cap. 1.* *Machabæor. lib. 1. cap. 1. fol. 21.*

8 Quod cognomen vt inclitum, ac excelsum inditum excellentioribus Regibus, aut Principibus fuit, vt Salomoni, Alexandro, Antiocho, Ptholomeo, Mithridati, Ildephoso, Philippoque nostro IV. alijsque memoratis a Radero in *prolusion. ad Quint. Curt. cap. 6.* Pined. *de reb. Salomon. lib. 5. cap. 1. num.* Mendoza in *Viridar. lib. 1. per uigil. 3.* Petr. Gregor.

de republ. lib. 6. cap. 14. nu. 2. Theodor. Hoepin. *de iur. insign. cap. 21. num. 75.* Carol. Sygon. *de Occident. Imper. lib. 3.*

9 Alij tituli ex ipso principio diuersis Principibus in sui gloriam concessi sunt, vt de Aristide patet, qui ob morum sanctitatem Iulius cognominatus ab Athæniensibus: Artaxerges ob liberalitatem longi manus: Antiochus *Illustris* Phocion *Bonus* Cleomenes Spartorum Rex *Benefactor*: Antiochus *Æupator*. Ioseph. *antiquit. lib. 12. cap. 14.* Egesipus *de excidio urbis Hierosolimitan. lib. 1. cap. 1.* de quo late Alex. ab Alex. *dier. gen. lib. 2. cap. 11.* Petr. Gregor. *d. lib. 6. cap. 10.* Theodor. Hoeping. *de iur. insign. cap. 22. ex num. 157.*

10 Sed hi tituli, seu (vt melius dicam) hæc cognomina, non realia, vt titulus Regis fuerunt, sed personalia tantum, concessaque ob virtutem, ac maiestatem personalem.

11 Hæc de titulo honoris apud gentes dicta sufficiant; descendamus iam ad Romanorum vsum. Et quamuis de his Tacit. *lib. 15. Annal. dicat: Non erat notitia nostri apud suos, ius Imperij valet, inania transmittuntur.* Adhuc enim inter eos magnopere actum fuisse patet, apud Historiographos, de titulis honorum, vt videbimus.

12 Erat annus à mundi creatione 4430. post Troyæ euerfionem 414. quo gerebant. Imperij habenas etiam sub Regis nomine Arba Medorum, Macedonū Coenus, Ægyptiorum Bocherus; Athæniensium, Æschilius, Lydorum Ardifus, & in quo Amulio Tyrano Latinorum extincto restituto Numitori auorum regno: Romulus urbem Romanam condidit, in qua (& si cruore auito, & fraterno dicata) Thronum tenuit, præbuitque initium Romanorum regno, ei concesso, vt seruatum erat apud omnes Gètes, in titulum honoris, Regis nomine, quo decorati fuere sequentes Principes, vsque ad Tarquini superbi repulsam.

13 Anno ab vrbe condita CC. XLIV. ob tyrannidem à regimine electo Tarquino, Romini iureiurando adstricti fuere: *Neminem Romæ passuros regnare*, Liuius lib. 2. l. 2. §. *Exactis de Origin. iur.* vbi Corraf. & Anton. Faber, Camil. Borrel. *de præst. Reg. Cathol. cap. 31. num. 6.*

14 A quo tempore illud Regis nomen sic abolitum, sicque inuisum habitum, Sueton. *in Casar. cap. 79.* Lancelot. Conrad. *templ. iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 1. in princip. num. 5.* Carol. Sygon. *de antiquit. iur. Ciuil. Romanor. lib. 1. cap. 6.* Ioan. Lymn. *de iure publ. lib. 2. cap. 1. num. 38.* Vt de illo mentio non fuerit toto Reipublicæ curriculo, Liu. *dict. lib. 2. Aufert hic Regium nomen. Et lib. 27. Regium nomē alibi Magnum, Romæ intolerandum esse. Supra Glos. 4. num. 22.*

15 Extunc pro tuenda libertate, proque non admittenda Potestate Titulo Regis à Romanis sic actū est, vt incredibile videatur, quantas populus dimicationis, quanta bella suscepit, quantum sudoris, quantumque sanguinis effuderit, de quo audi Sygon. *dict. cap. 6. Siquidem, & cū Por-sena Rege, & cum Latinis populis Tarquinios exules reducentibus, & cum Pœnis, cum Cimbris, & Teutonibus, & alijs infestissimis exterarum Gentium populis armis sepe acerrime decertauit. Sp. vero Castum, Sp. Malium, & M. Manlium, & Catbilina socios Ciuet Romani, extremo etiam suplicio affecit.*

16 Sed cū omnis status sub perpetuo motu consistat, & nihil sit mutationis expers, immo omnia debeāt nasci, crescere, & extinguī, Senec. *in Hercul.*

Aeternum fieri nihil

Quod natum est, poterit mori.

Quid.

Nihil est toto quod perstet in Orbe

Cuncta fluunt, omnisque vagans

Firmatur imago.

Ipsi quoque assiduo labuntur tempora

motu.

De quo latè Lyps. *lib. 7. de Constant. cap. 16.* Bessold. *dissertat. de Republ. ca-ran. cap. 1.*

17 Romana Respublica, vt omnia alia, magnitudine sua decrescens, libertatem, quā per Senatores, Consules, Dictatores, Prætores seruabat dominante Sylla concussam, Cæsare labefactatam, sub Augusto euersam vidit, taliter, vt Monarchicum Imperium totis viribus recusatum, voluntate Patrum, sub Octauio susceperit.

18 Quod eleganter exprimit, Paul. Oros. *lib. 6. cap. 1. Romanumque Imperium, assumpto pauperrimi status pastore fundauit. Hoc per Reges, & Consules, diu prouectum, postquam Asia, Africa, atque Europæ potitum est: ad unum Imperatorem, eundemque fortissimum, Clementissimum cuncta sui ordinatione congescit.*

19 Omisissis verò, quæ ex Oros-cij verbis deduci poterant, notatu dignum est non dixisse Oros-cium ad unum Regem, sed ad unum Imperatorem.

20 Iulius enim Cæsar non immemor iuramenti Romanorum, facti Consulatu Iunij Bruti, nomen Regis, tamquam Romanis inuisum recusauit (exemplo Scipionis, Liu. *lib. 27. Cir-*

21 *cunfusa inde multitudo Hispanorum, & ante deditorum, & pridie captorum, Regem eum ingenti consensu appellauit. Tunc Scipio silentio per præconem facto, sibi maximum nomen Imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent, Regis nomen, alibi Magnum, Romæ intolerandum esse) Sueton. *cap. 79.* Conrad. *templ. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. num. 5.**

22 Potestatemque ei decretam Imperatoris Titulo accepit, Sueton. *in Iul. Casar, dict. cap. 79.* vbi Cassaub. Cicer. *Philipp. 2.* Alex. ab Alex. *dier. gen. lib. 1. cap. 2.* Bullenger. *de Imper. Romanor. lib. 1. cap. 7.* Pancirol. *lib. 1. variar. cap. 2.* Petr. Gregor. *lib. 6. de Republ. cap. 9. & 10. num. 7.* Lelio Zechio *de Princip. lib. 1. cap. 2. num. 6.* Thob. Paurmeist. *de iurisdic. cap. 7.*

Ioan. Lymn. *de iure publ. lib. 2. cap. 1.*
Theod. Hoeping *de iur. insign. ca. 22.*
num. 53. Ioan. Harprect. *Proem. instit.*
in Epigraph. num. 14.

23 Quod factum fuisse à Iulio, notant Scribentes, tam ex plausibilitate nominis, Ioan. Valtrin. *de re militari, lib. 7. cap. 1.* Æguin. Baron. *l. 1. de 24 constitut. Princip. quam ex eo, quod Romani Imperatoris nomine, ac Titulo suos honorabant Consules, Liu. lib. 27. Ad En. & P. Cornelios Imperatores Romanos, Cæsar, lib. 4. de bell. Ciuil. de Scipione loquens: Se se Imperatorē appellauerat, Liu. dict. lib. 27. Plin. in Panegy. Vident enim Romanum Ducem, vnum ex illis veteribus, & priscis, quibus Imperatorium nomē addebant, Alex. ab Alex. *dier. gen. dict. li. 1. cap. 2.* vbi latè Tiraq. Pancir. *dict. cap. 2.* Bullenger. *dict. cap. 7.* Theod. Hoeping. *dict. cap. 22. nu. 52.* Ioan. Harprect. *in Proem. instit. in Epigraph. num. 14.* Petr. Greg. *dict. lib. 6. cap. 9. num. 4.* Ioan. Valtrin. *dict. lib. 7. cap. 1.* Ayala *de iure bello, lib. 2. cap. 2.* Godoc. Stauuech. *in Veget. lib. 2. ca. 5.* Anton. Augustin. *antiqu. t. Dialog. 10.**

25 Hinc ortum, vt Romanorum Principum Titulus Honoris ex Senatus-Consulto Imperatoris esset, Suet. *in Cæsar. cap. 76.* Tacit. *1. Annal. vbi Lyps. n. 20.* Petr. Greg. *dict. cap. 9. n. 5.* & *Syntagn. lib. 18. cap. 2. num. 10.* Alex. ab Alex. *dict. cap. 2.* Æguin. Baron. Claud. Claciu. Hott. *in Proem. instit.* Ioan. Harprect. *dict. num. 14.* Redin. *de Maiest. Princip. verbo Imperatoriam Maiestatem, Conrad. templ. iudic. lib. 1. cap. 1. nu. 4.* Ioan. Lymn. *dict. li. 2. cap. 1.* Steuuech. *ad Veget. lib. 2. cap. 9.* Theod. Hoeping. *dict. cap. 22. nu. 55.* Pancirol. *variar. dict. cap. 2.*

26 Iulio Cæsare extincto cum omnia, ac summa rerum in Octauium cederent, Tacit. *lib. 1. Annal. Imperiū accepit sub nomine, & Titulo Principis, Sueton. in August. cap. 31. & 53. Quid Fastor.*

Principis ille tenet.

27 Arnold. Clapmar. *de Arc. ver. public. lib. 6. cap. 6.* Theod. Reinring. *de Regim. Secular. lib. 1. clas. 1. cap. 1. num. 24.* & si cognomen Cæsaris haberet. à testamento Iulij, Paul. Oros. *lib. 6. cap. 18.* Octavianus, qui testamento Iulij Cæsaris avunculi, & hereditatem, & nomen assumpserat, Sueton. *in Octau. August. cap. 7.* vbi Cassaubon. & Philip. Beroald. Lorin. *Comment. Apostol. cap. 25. vers. 21.* 28 (De quo nomine Cæsaris, & quibus competat Sueton. *in Cæsar. cap. 20.* Bald. *Proem. Dig. stor. n. 23.* Cagnol. *num. 57.* Alex. ab Alex. *dier. gen. lib. 1. cap. 9.* Restaur. Castald. *de Imperat. quest. 41.* Theod. Reinring. *dict. lib. 1. clas. 3. cap. 14. ex num. 24.* Frederic. Vvendel. *Instit. Poli. ic. lib. 2. cap. 32. thes. 3. in explicat. num. 4.* Lymn. *de iure publ. lib. 2. cap. 1.* Bullenger. *de Imperat. Roman. cap. 9.* Hoeping. *cap. 22. num. 59.* Ioan. Harprect. *lib. 1. instit. in 29 Epigraph. num. 24.*) elatione Potestatis, & victoriarum gloria commotus, alijs Titulis, ac nominibus Illustrioribus proprie, & ei priuatiue competentibus decorari flagrantissime concupiuit.

30 Illa enim motus (elatione inquam) proposuit, vt Quirinus, exemplo Romuli cognominaretur; Dionys. *lib. 45.* Sueton. *in Octau. cap. 7.* Simon Scharder. *in Lexicon, verbo Augusti, quo illum decantauit Virgil. Georgic. lib. 3.*

Victorisque arma Quirini.

Vbi Ioan. Amayen, & Cerd. Cagnol. *in Proem. Digestor. num. 81.* seu Romulus, vt ex Corraf. *lib. 3. Miscellan. cap. 2. num. 6.* Ioan. Lymn. *de iure publ. lib. 2. cap. 1. num. 32.*

31 Sed cum de eo actum fuisset in Senatu, & si iam, vt Tacit. *notat. l. b. 1. Roma ruere in seruitium Consules, Patres, & Eques.* Adhuc cum agnoscerent illud nomē (Quirini inquam) in violatum esse, partim, ne Sacra cō-

mu-

munia fuissent, partim, ne Octauij voluntas violaretur. Cum iam iam, vt Tacit. eod. lib. 1. *Omni, exuta qualitate iussu Principis, aspectare, cognomé Augusti amplius, ac Illustrius habitum, ei Munatij Planci sententia, decretum* 32 fuit, Sueton. in *August. cap. 7.* vbi Castaubon. Beroald. Paul. Orosc. lib. 6. c. 20. Dionys. lib. 43. Alex. ab Alex. *dier. gen. lib. 3. cap. 18.* Petr. Gregor. de *Republ. lib. 6. cap. 10. num. 9.* & lib. 18. *Syntagm. cap. 2. nu. 12.* Camil. Borrel. de *præstant. R. g. Cathol. cap. 21. nu. 11.* Restaur. Caetald. de *Imper. quæst. 41.* Ioan. Lymn. *dict. lib. 2. cap. 1. num. 33.* Freder. Vvendel. *Institut. Polit. lib. 2. cap. 32. thes. 3. in explicat. num. 4.* Bulleng. de *Imperat. Roman. lib. 1. cap. 7.* post Accurs. & Scribentes *Proæm. institut. Ioan. Harprect. lib. 1. Instit. Epigraph. num. 54.* Schard. in *Lexic. verbo Augustus,* Theod. Hoeping. de *iur. insign. cap. 22. ex num. 54.* Ouid. *Fastor. 1. Lorin. comment. in Act. Apostol. cap. 25. vers. 21.*

Et tuus Augusto nomine dictus auus.

33 Hoc Augusti cognomé haud extinxit ambitionem voluntatē Octauij: sic enim fuit Honorum auidus, gloriæ cupidus, vt illud sibi in Titulum Honoris concessum à Patribus voluerit, ac fecerit (eo motus, quod notauit Plin. in *Panegy. Vt nomine Augusti admonemur eius, cui primum dicatū est*) vt communis Titulus Honoris fuisset Imperatoribus successoribus; Augustique dicerentur, qui ad culmē Imperij ascēderent, Bald. *Proæm. Digestor. num. 26.* vbi addit. Cagnol. num. 82. Scharder. in *Lexic. verbo Augusti dicuntur,* Alciat. 1. *Mathematicus, C. de excusat. artificio.* Petr. Gregor. lib. 18. *Syntagm. cap. 2. nu. 12.* Late Alex. ab Alex. Lymn. Bulleng. Hoeping. & adducti num. 32.

34 Ex eo vsitatum inuenimus, vt ad designandam summam, & Supremā Dignitatem, ac Imperiū assume-

retur illud nōmen *Augusti, Ægesip. de excidio Urbis Heros. ymitana, cap. 15.* Et ideo Augustum apud eos nomen est Imperij, Schard. *Lexic. dict. verbo Augusti cognomen,* Caet. *de h. quæst. 41.* Theod. Reinling. de *Potest. Secular. lib. 1. clas. 3. cap. 4. ex num. 2.*

35 Ipsa ambitio induxit, vt neque Augusti Titulo satiat fuisset; immo, & insane nomen Diui appetijt, & accepit, 1. 2. 9. Deinde Cornelius, ff. de *orig. iur. de quo Bulleng. lib. 1. de Imperat. Roman. cap. 10.* Schard. in *Lexic. verbo Diui,* & verbo *Diuos,* Adā Contrem. *Politi. lib. 7. ca. 4.* siue quia exemplo Alexandri se Deum dici, ac coli voluit, Tacit. 1. *Annal. N. bi Deorum Honoribus relictum, cum se templis, & effigie numinum per flamines, & Sacerdotes coli voluit,* vbi Lyps. num. 78. 36 in quo mirabile fuit templum in Colina Tarraconensi structam Augusto; petentibus Hispanis, Tacit. *dict. lib. 1. vbi Lyps. num. 266.* Vide latè tradita a Bulleng. de *Imper. Roman. lib. 1. cap. 13.* Adam Contzem. *Politic. lib. 7. cap. 5.* Demster. *antiquit. lib. 3. ca. 18.* vbi Rosin. in *Paralypom.* Siue, quia iustitiam accepta Potestate colebat, vt ex Ildēdorp. refert Schard. de *verbo Diuos,* & ob id Diuus habendus.

37 Nec hoc Diuinitatis Honore detentus fuit, licet enim steterit euerfor Romanæ libertatis, Titulo Patris Patriæ eā denominari voluit, Sueton. in *eum, cap. 58.* Corral. de 9. *Novissimè, nu. 4.* Gutther. de *offic. Do n. Augusta, lib. 1. cap. 40.* Bulleng. de *Imperat. lib. 1. cap. 7 & 8. & 22.* Theod. Hoeping. de *iure insign. cap. 22. a num. 65.* Adam Contzem. *dict. lib. 7. cap. 5.* Rosin. *antiquit. lib. 7. cap. 12.* Alex. ab Alex. *dier. gen. lib. 2. cap. 11.* Ouid. lib. 1. *Fastor.*

Salve, Pater Patriæ, tibi plebs, tibi Curia nomen

Hoc dedit, hoc dedimus, nos tibi nomen eques,

38 Succesit post Tyberium, Octavius, Caligula, & vna cū Imperio ambitiosam, non contentus accepit voluptatē, taliter, vt Augusti cognomine arripuerit *Pij*, & *Optimi* Titulum, & alios Sueton. *in eum* cap. 22.

39 Ex quo sequentes Imperatores minoris habito cognomine Augusti, quia Imperij signum reale erat, & cōmune omnibus Imperatoribus, alia amauerunt Illustriora nomina propria, Dyon. *lib. 53*. Corras. *l. 2. §. Nouissimè*, num. 5. *de orig. iur.* Hoepin. *dict. cap. 22. num. 64.* ac ambitiosa, vt Domitianus, qui Dominus, & Deus nominari decreuit, Sueton. *in Domitian. cap. 13*. De quo inuehit in ambitiosos Principes, Tert. *in Apolog. c. 34*.

40 Laborauit inter alios ipsa ambitiosa voluptatis febre Trajanus (qui ob pomposam, & multi vagam Titulorū seriē ab eo muris, ædibus, & ædificijsque publicis inscriptam Herba paretaria dictus fuit) qua mor-
41 tus, credens *Optimi* nomē datum à Patribus ex Appolinis præcepto P. Scipioni Nasicæ, *l. 2. §. de orig. iur. Liu. lib. 29. Plin. lib. 7. cap. 4. D. Aug. de Ciuit. Dei, lib. 1. cap. 29. Valer. Max. lib. 8. cap. 16. Volat. li. 29. cap. de Legislatorib. Ioan. Oros. dict. l. 2. num. 103. Schard. Lexic. verbo Optimi, Alex. ab Alex. dier. gen. li. 2. cap. 11.* Existimāsq̄
42 quē Illustrius esse nomine *Augusti*, illud adamauit, decretūque ei fuit à Senatu, Plin. *in Paneg. Adoptauit te Optimus Princeps in suum, Senatus in Optimi nomen. Hoc tibi tam proprium, quam paternum, nec magis diffinitè, distincteque designat, qui Trajanum, quā qui Optimum appellat, vt olim frugalitate Pisones, Sapientia, Lelij pietate Metelli monstrabantur, quæ simul omnia vno isto nomine continentur: nec videri potest Optimus, nisi qui est omnibus Optimis in sua cuiusque laude præstantior. Merito tibi ergo post cæteras appellationes hæc est addita, vt maior. Minus est enim Imperatorem, & Casarem, & Augustum, quam quibus Imperatoribus, & Cesaribus, &*

Augustis esse meliorem. Ideoque ille parens beminum, Deorumque Optimi, prius deinde Maximi nomine collitur, quo præclarior laus tua, quam non minus constat Optimum esse, quam Maximum.

43 Quo etiā vsus fuit Seuerus, vt in *l. Amuneribus, & l. seq. de vacat. muner. l. Cū tabulis, ff. quibus, vt indign. l. Iuris peritos, ff. de excusat. tutor. Contz. Politic. dict. lib. 7. cap. 5. Ioan. Lymneo de iure public. lib. 4. cap. 7. num. 59. Stevuech. ad veget. lib. 2. Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 22. num. 66. Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 2. cap. 11.*

44 Ex hoc voluptatis fonte profluxerunt flumina, quæ non tantum irrigarunt; immo inundarunt Titulis, Nominibus, Cognominibus Vocibusque ambitiosis omniū Principum aulas, Hieronym. *Offor. lib. 1. de glor. Nullum esse scelus immane, nullum facinus impium, nullam Sectam pestilentum, nullum Reipublicæ turbulentum motum, qui non ab appetitu glorie nascatur*, Eduard. Vveston. *de triplic. homin. offic. lib. 2. cap. 10. & 11.*

45 Præcipue si recolimus Titigranem, Cyrum, & Darium se confanguineos Deorum appellantes: Sapporem fratrem Solis, & Lunæ; Caium Latialem Iouem: Antiochum Deum, Manuelem Governatorem à Deo, Athilam filium Nembroth: Basilium I. Moscobitarum Magnum Dei cubicularium, Theodoricum, Victorem, Triumphatorem bono Reipublicæ natum, Custodem libertatis, Propugnatorem Romani nominis, Dominatorem Gentium, Carol. Sygon. *de Occident. Imper. lib. 16. Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 2. cap. 12. Maximil. Sandeu. Mund. salax, Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 22. num. 90. & 91. Camil. Borrel. de præstant. Regis Cathol. cap. 47. num. 7. & 25. Eduard. Vveston. dict. cap. 11. Bodin. de Republic. lib. 1. cap. 9. Georg. Schomborner. lib. 1. Politic. cap. 26. Bessold. Thesaur. præct. litt. T. num. 24.*

46 Quibus, vt credimus, recogni-
tis ab Adā Contz. *Politic. lib. 7. cap. 4.*
45. dixit (& si omisso Liuiō lib. 30.
Africanum cognomen militaris prius fa-
uor, an popularis aura celebrauerit, an
sicuti felicitis Salla Magnique Pompei
Patrum memoria captum ab assentatione
familiari sit, parum compertum habeo)
Honorum Titulos, cognominaque
originē habuisse ab ambitione Prin-
cipum, & adulatione subditorum,
Tacit. lib. 1. Annal. Multa Patrum in
Augustam adulatio; alij Parentem, alij
Mutrem Patria appellandam, plerique vt
nomine Caesaris adscriberetur Iulia filius
concesserant, Marcial. lib. 10. Epigr. 72.
Erustra blanditia venit ad me
Attritis miserabiles labellis
Dicturus Dominum.
Theod. Hoeping. dict. cap. 22. num.
433. & 158. Maximil. Sander, mund.
fāla, Petr. Gregor. de Republ. lib. 6.
cap. 11. Zechius de Princ. lib. 1. cap. 2.
num. 9. Eduard. Vveston. lib. 2. de tri-
plic. homin. offic. cap. 10. & 11. Ioan. Ia-
cob. Speidel. Hstor. iurid. Polit. litt. T.
num. 12. Bessold. thes. pract. litt. T. nu.
14. Steph. Giazi, de Ciuil. conuersat.
lib. 1. Arnold. Clapmar. de Arcan. rer.
public. lib. 6. cap. 4. Præcipuè Græco-
rum, Iacob. Gretser. in Codin. lib. 3.
cap. 14. §. 5.

47 Quod exemplo Athæniensium, & Romanorū probat Cassaub.
animaduers. in Athæneum, lib. 6. cap. 14.
Narrat enim tantam repente in Athæ-
niensium publicis moribus factam esse mu-
tationem, vt qui fuerant acerrimi modo
libertatis vindices, in fœdissimam, &
turpissimam Regum adulationem sint
prolapsi. Miratur Athæneus non sine cau-
sa hanc in eo populo instabilitatem, tan-
tam, & ingeniorum deprauationem: Sed
quid hoc miretur in Athæniensibus popu-
lis tumidi semper animi, veritas quā Mag-
ni: Cum Romanis illis terrarum Dominis
id ipsum videas usu venisse longe mibi in-
imstat a Republica Historiam apud Dio-

nem, & Historicos alios, rem stupore dig-
nam inuenies, quomodo ferox ule, & su-
perbus populus, postquam semel iugum
collo recepit, sedit, ac tetra adulatione
Principum omnes alias Gentes longo in-
teruallo superarit.

48 Sed quamvis supradicta ex
Contzem, & Cassaub. vera sint, Ti-
tulique Honorū (Proh dolor!) adu-
latione, & ambitione augeantur, aut
vilipendantur, taliter, vt Nobilium
Titulo non sint contenti, vel infe-
rioris subscilij homines, Speid. Bes-
fold. Hoeping. dictis in locis, Petr.
Gregor. Tholosan. *de Republ. lib. 6.*
cap. 14. Iacob. Drac. de iur. Patr. lib. 2.
cap. 2. de Titulorum abusu. Adhuc ta-
49 men dico Dignitati, ac Potestati
concessos, vt Regis, Imperatoris, Augu-
sti, Caesaris, legitimos Titulos esse, nec
prouenire à vitiosa, ac turpi origine
ambitionis; sed à necessario iure, Su-
premoque Arcano Maieftitico, Lā-
prid. *in Seuer. Augustus: Primus*
est huius Author Imperij, & in eius om-
nes velut quadam adoptione, aut iure he-
reditario succedimus, Inuicti, ac Pij Ti-
tulos.

50 Eiusdem qualitatis esse fa-
teor nomina (vt ex Herculis Alcei
ab Argiuis dato ob Dracones fran-
gulatos, Diodor. Sycul. *rer. antiquit.*
li. 4. c. 2.) Cognominaque ex virtute
personali, ac gloria parta, Volater-
ran. *lib. 30. cap. de Nominibus, Ossor.*
lib. 1. de glor. Virgil. lib. 6. Aeneid.

Syluius Aneas pariter pietate, vel
armis Egregius.

Vt Liuius de Quint. Fabio, cui Ma-
ximi cognomen à populo ob virtu-
tem datum, *lib. 9. Carol. Sygon. de no-*
minib. Romanor. cap. 2. Franc. Patric.
lib. 6. Instit. Reipubl. tit. 7. Petr. Greg.
lib. 6. de Republ. cap. 14. Theod. Hoe-
ping. de iur. insign. cap. 22. num. 74. &
78. Petr. Faber lib. 3. Semestr. cap. 16.
Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 1. cap. 9.
Lellius Zechius de Princ. lib. 1. cap. 2.

num. 8. Valdes de Dign. Hispan. cap. 17.
num. 16. & 17. Contzen. Politic. lib. 7.
cap. 4. §. 1. Pined. de reb. Salomon. lib. 5.
cap. 1. num. 3. Lorin. in Actib. Apostol.
cap. 10. vers. 10. Griser. de Cruc. lib. 2.
cap. 38.

51 Sicuti concessum Methello
Numidici à Numidia; Scipionibus Af-
fricani, Asiatici, & Numantini à Su-
perata Africa, subacta Asia, & do-
mita Numantia, Liu. lib. 30. Primus
certe hic Imperator nomine victa a se
Gentis est Nobilitatus, Ferret. de re mi-
litar. tract. de militar. iustit. num. 10. de
quolatè Alex. ab Alex. dier. gen. cap.
11. Petr. Gregor. de Republ. lib. 6. cap.
10. Theod. Hoeping. dict. cap. 22. ex
num. 157. Brisson. de formul. lib. 8. fol.
733. Anastasio Imperatori, Dioscori,
quod pupillis oculorum fuisset dis-
similis: Constatino Pogonoti, ob pro-
missam Barbam, vt in eos Zonaras.

52 Antonini pietas inter Ro-
manos induxit, vt à Patribus, & po-
pulo Pius diceretur, à quo tempore
Pij nomen in Titulum Honoris ac-
cepere Imperatores, Iust. in Nouell.
78. Vt liberti de cetero, cap. 5. Sicut enim
Antonius Pius cognominatus, ex quo etiã
ad nos appellatio hæc peruenit, Petr.
Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 10. n. 10.
Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 1. cap. 2.
Theodor. Hoeping. de iur. insign. dict.
cap. 21. num. 132. Ioan. Harprecht.
Procem. instit. in Epigraph. nu. 44. Con-
trem. dict. cap. 4. Nicol. Aleman in
Histor. Arcan. Procop. fol. 72. Carol.
Sygon. de Occident. Imper. lib. 2. Re-
staur. Caftald. de Imperat. quest. 2.
Henric. Salmut. not. in Pancir. tit. 29.

53 Sed ne immoremur, candide
lector, vide inscriptionem, seu Titu-
lum Procemij Institutionum, vbi
Iustinianus enumerat Honoris Ti-
tulos, tam Reales, quam personales,
quibus Imperatoria Maiestas deco-
rabatur: illos equidè, & ab aliquibus
Imperatoribus acceptos non ambi-
tiose, sed in Honorè Dignitatis, aut
Maiestatis personalis reperies; velu-

ti Gelsi, Clementis, Mansueci, Tranquilli,
Gloriosi, & alios de quibus Petr. Gre-
gor. de Republ. lib. 6. cap. 6. Adam Cõ-
trem. lib. 7. Politic. cap. 4. & 5. Panci-
rol. variar. lib. 1. cap. 2. Theod. Hoe-
ping. dict. cap. 22. d. nu. 72. Iusti enim
54 legitimi, atque necessarij sunt ad
Honorem, & gloriam superiorita-
tis, Restaur. Caftald. de Imper. quest.
47. traditus à Camil. Borrel. de præ-
stant. Reg. Cathol. cap. 46. num. 22. ex
D. Thoma, Eduard. Veston. de tripl.
homin. offic. lib. 2. cap. 10. & 11. non
ambitiosi, nec ab adulatione proue-
nientes.

55 Quapropter iustè ab Impe-
ratoribus in rescriptis; à Pontifici-
bus in constitutionibus; à Patribus
in Concilijs; à Doctoribus in tra-
ctatibus Reges, Principesque lauda-
ti, ac honorati sunt titulo, appella-
tione, seu honorificentia Nobilissimo-
rum inscriptio, l. Bonarũ, C. qui admittit
Sacratissimorũ Titulo de emendation. C.
l. cum Syllanianum, C. de his, quibus vt
indign. Authent. Ius iurandum quod præ-
stat ab his Clementissimorum, d. tit. de
emendat. C. l. Bene à Zenone, C. de qua-
drin. præscript. Religiosissimorum, l.
vnum ex familia, §. fin. de legat. 2. Sere-
nissimorum, l. Imperalis, C. de nupt. l. 2.
C. de iure domin. impetr. l. Competit, C. de
præscript. triginta annor. De quo post
Panzirol. Petr. Greg. Adam Contz.
Hoepin. Bald. adduct. n. 52. Restaur.
Caftald. de Imperat. quest. 2. Coter. de
Potest. Reg. par. 3. quest. 21. num. 17.
Ioan. Lymn. de iur. publ. lib. 2. cap. 6.
num. 31. addit. ad lib. 2. append. cap. 6.
num. 9. Et quamuis Ioan. Ferald. de
iurib. & Priuileg. Reg. Francor. num. 6.
dicat hos Titulos præcipuos Re-
gum Francorum esse; Gothici tamè
illis decorantur, causa suæ Supremæ
Maiestatis ab ipsa prima periodo
Regni, vt de Titulo Nobilissimo-
rum, patet in exhortatione ad Prin-
cip. in Collect. Concilior. Loais.

56 Clementissimorum, vt appella-
tur Recifunthus in Concilio Emeritensi

in princip. & Can. 8. & 23. Syfenand. in Concilio Toletan. 8. in princip. & Concil. Toletan. 9. Can. 17.

Gloriosissimorum dato Ariamiro, Concil. Brachar. 1. in princip. & Concil. Brachar. 2. in princ. Recaredo, Concil. Toletan. 3. in fine, apud Lodif. fol. 214. & Can. 14. Chintilæ, Concil. Toletan. 5. in princip. Concil. Toletan. 6. Can. 1. & 19. Recesuintho, Concil. Tolet. 8. Can. 13. Et Ildephonso Imperatori, Loais, in Concil. apud Lucum, fol. 144. Mironi Regi in Synodo Bracharensi 2. in princip. Ægicæ, Concil. Toletan. 16. Can. 8.

Religiosissimorum, Recaredo in Concil. Tolet. 3. in princ. Syfenand. Concil. Tolet. 4. in princ. Concil. Tolet. 6. Can. 2. Eruigo Concil. Tolet. 13. Can. 13.

Pysissimorum ipsi Recaredo in edict. confirmat Concil. Tolet. 13. apud Loais fol. 224. Concil. Barcinon. in princ. Anton. August. Dialog. 7. antiquit.

Christianissimorum Recaredo concessio, Concil. Tolet. sub Recaredo in princip. Chintilæ, Concil. Tolet. 6. Can. 19. Loays. in not. ad Concil. 14. fol. 655. Beret. lib. 2. cap. 27. Roder. lib. 2. Histor. cap. 17. Garibay, lib. 8. ca. 27. Valdes de Dignitat. Regis, cap. 13. cap. 15.

Y EN EL REMATE DE ELLA NO SE DIGA mas que, Dios guarde.

SVM MARI VM.

- 1 Salutationis formas varias fuisse.
- 2 Salutatio Hebraeorum bene agere; Latinorum salutem, 3.
- 4 Salutatio vel a veniente facta, vel a recedente.
- 5 Salutatio venientis Ave, & Salve, 6.
- 7 Salutatio recedentis vale.
- 8 Salutatio oscularis, 9. a Persis inventa, 10. a Romanis accepta, & Hebrais, 11.
- 12 Osculari Honorificum, ac reuerentiale.
- 13 Osculandi ceremonia, vel in ore, ge-

Excellentissimarum Syfenando, Concil. Tolet. 4. Can. 65. Chintilæ, Concil. Tolet. 5. Can. 9. Vyambe in Concil. Tolet. 11. in princ. & Can. 5. Eruig. Loays. in not. ad Concil. Tolet. 14. fol. 5. 6. & 7. Roman. Republ. de. et Mundo, lib. 4. cap. 26.

Orthodoxorum Chintilæ, Concil. Tolet. 6. Can. 1. Recesuintho, Concil. Tolet. 8. in princ. Eruigio, Concil. Tolet. 12. in princip. Ægicæ, Concil. Toletan. 16. in princip.

Celsituarnis Recesuintho in l. edita, in Concil. Toletan. 8. apud Loays. fol. 445. Eruig. Concil. Toletan. 12. 12. 121. l. de confirmat. Concil. Ægycan. Concil. Toletan. 17. in princip.

Serenissimorum Chindafuintho, Concil. Tolet. 7. in princip. Recesuintho, Concil. Tolet. 8. in princip. & Can. 13. & in decreto eiusdem Concilij apud Loays. fol. 444. & in not. Loays. ad Concil. Toletan. fol. 475. & in Concil. Toletan. 9. Can. 17. Concil. Emeritan. in princ. Eruig. Concil. Toletan. 12. in princip. & Can. 3. & in l. de Confirmat. Concilij Toletani 14. in princip. Ægicæ, Concil. Toletan. 15. in princip. Concil. Tolet. 6. in princip. & Can. 8. & 11.

nu, manu, pede, aut purpura.

- 14 Osculari manus erat signum reuerentia.
- 15 Besolas manos; reuerentia verbalis apud Hispanos, Italos, & Germanos.
- 16 Salutatio Epistolaris exequebatur, vel in principio, vel in calce, ex Luciano, 17.
- 18 Salutatio Epistolaris inter Hebraeos, Babylonios, & Ægyptios facta verbo Salutem.
- 19 Inter Romanos: Si vales, bene est.
- 20 Salutatio Romanorum Salutem, & 21.

- 22 *Salutatio in calce Epistolarum facta verbo vale, 23. vel habeto.*
- 24 *Salutatio Epistolaris indistincte facta appposito, verbo Salve, & vale.*
- 25 *Extensa ad alia, secundum Scribentium affectus.*
- 26 *Salutationis firma oriuntur ex animo Scribentium.*
- 27 *Salutatio Epistolarum familiarium inter Hispanos: Dios guarde.*
- 28 *Salutatio Epistolarum Regibus misarum qualis, & apud antiquos, 29.*
- 30 *Salutatio Regia communis facta ex adalantium affectu.*
- 31 *Ambitio subripit Honores indebitos.*
- 32 *Oscularis salutatio communis effecta, 33. Ideo prohibita à Tyberio.*
- 34 *Valedictio apponenda in Regijs Epistolis: Dios guarde la Catolica persona.*
- 35 *In familiaribus: Dios guarde.*
- 36 *Rex tenetur ex officio, ne iura Maiestatica vulgentur.*
- 37 *Salutatio: Dios guarde la Persona de V. Mag. orta ex illo principio, ex quo vota pro salute Principum est priuatiua Regum, 41. Regalis, 42. Gemela Maiestatis, 47. Tam verbis, quam scripto, 44. In communicabilis alijs, & si Supremis Iuribus perfulsis, 45.*
- 38 *Acclamatio: Viua el Rey.*
- 39 *Salus Principis curanda, 40.*

DE VALEDICTIONE IMPONENDA IN
Epistolis Regibus scribendis.

GLOSSA SEXTA.

Varias fuisse ab antiquis temporibus, antequam Romanorum ortum salutandi formas, & secundum temporum vicissitudinem diuersos exequendi salutationis modos, ex Lutiano in *Apologia pro eo, quod inter salutandam verbo lapsus fuerat*, Senec. de *benef. lib. 6. cap. 34.* Aul. Gel. noct. *attisar. lib. 16. cap. 5.* Cassan. *Cathal. gler. mund. par. 2. consd. 10.* Lelio *Visciola horar. se. ccessuar. lib. 17. cap. 13. & 14.* Petr. Gregor. *syntagm. lib. 8. cap. 8. ex num. 8.* Henric. Salmut. in *not. ad Pancirol. tit. 46.* Ioan. Iacob. *Speidel. not. ab. iuridic. Histor. Politic. litt. G. num. 49.* Laurent. *pignor. de seruis. fol. 124.* Mendoc. in *viridan. lib. 8. Saturnal. deca. 5. cap. 5.* Bonifac. *Histor. Ladric. lib. 7. cap. 50.* Alex. ab Alex. *dier. gen. lib. 8. cap. 19. & lib. 5. cap. 24.* Cassaub. *animaduers. in Athenaeum, lib. 6. cap. 14. & 15.* Bulleng. de *Imper. Roman. lib. 1. ca. 16.* Adā Contz. *lib. 7. Politic. cap. 15.* Post hæc scripta *Pegas comment. ad ordinat. Por-*

tugal. ad Procem. glos. 2. Philip. *Beeroald. ad Sueton. in August. cap. 27. fol. 194.* Briffon. de *formul. lib. 8. Gueuar. Epistol. 2. par. letra al Obispo de Palencia: Quia ab omnibus cognitum, salutationem necessariam ad conciliationem animorum, inductionem amicitiae, & designationem desiderij, Abulens. in Rub. cap. 2. quest. 7.*

2 Inter quas, vt ex ipsis Doctoribus patet, principalior verbalis visitata inter Hebræos, *Benedictus, 1. Reg. cap. 15. vers. 13.* vbi *Gasp. Sanch. nu. 6. seu bene agere*, inter Latinos *3 Salutem*, *Lucian. dict. Apolog. ex Div. Hieronym. in Matth. cap. 10. ex Iansen. Anton. Velazq. in Epistol. Pauli, ad Philippens. cap. 1. vers. 2. num. 2.* *Erasmo de conscrib. Epistol. cap. de salut. Laurenc. Beierlinch theat. vite hum. litt. C. verb. Epistol. Lorin. Psalm 40. vers. 16. & latius in Act. Apostol. cap. 15. vers. 24. & 29. Auil. cap. Prator in Procem. verb. Salud.*

4 His suppositis prænotandum est,

est, salutationes exequi inter præsentes, vel à veniente, vel à recedente; venientis enim erat *Aue*, D. Matth. cap. 26. & cap. 27. Marc. cap. 15. Luc. cap. 1. Ioan. cap. 19. Cicer. Epist. ad Attic. lib. 10. Epist. 11. Senec. dict. lib. 6. cap. 34. Martial. lib. 3. Epigr. 95.

Nunquam dicis Aue.

Sydon. Apollin. Carm. 24.

Nostro dicis Aue.

Auson. in Epist. 16.

Aue, atque salue plurimum.

6 Et Salue, 2. Reg. cap. 20. Salue, mi frater, Plaut. Trinū, Act. 1. Scen. 2. vers. 10.

O amice, Salue, atque aequalis mihi ut vales.

Megarionides M. F. & tu ad epol Salue Calides.

Et Act. 4. Scen. 4. vers. 52

Et Salue, & Saluum te venisse gaudeo.

Virgil. Aeneid. 5.

Salue Sancte Parens.

Et lib. 11.

Salue aeternum mihi Maxime Palla.

Saluere, Lucian. in Apolog. Plaut. in Trinū, Act. 1. Recedentis vero Vale, Tobias cap. 5. Fecit Tobias vale patri suo, Machab. or. 2. Pater Gasp. Sanch. 4. Reg. cap. 6. num. 24. Plaut. Pseudol. Act. 1. Scen. 1. vers. 71.

Nunc ego te experiar, quid ames, quid simules, vale.

Martial. lib. 5. Epigram. 67.

Sape salutatus nunquā prior ipse salutas. Sic erit aeternum Pontiliane Vale.

Vbi Rader. Virgil. Aeneid. dict. lib. 11.

Aeternumque vale.

7 Ac valere Lucian. dict. Apolog. Sueton. in Galva cap. 34. Mane Sasve re, vespere Valere, Mendoc. dict. decad. 1. 5. cap. 5. & decad. 3. cap. 7. Rosin. antiq. lib. 5. cap. 39. Nicolaus Perot in Marc. Epigram. 44. verbo Si quid valent, ex Dione, Petr. Fabr. lib. 1. Seme. str. cap. 15. Philip. Beroald. in Sueton. cap. 52. in Octau. August. & in Tyber. cap. 72. & in Galb. cap. 4. Brisson. de formul. dict. lib. 8. latè Lorin. in Act. Apostol. cap. 15. vers. 23. Freder. Tauboni. in Plaut. captè iusi Act. 3. Scen. 5. & in Mole Star. Act. 3. Scen. 3.

8 Post illam verbalem salutationem inductum, ac feruatum inuenimus, ut qui occurrerent, oscularentur, in humanitatis, vrbانيتatis, ac benevolentiae signum, qualiter de Iacob osculante Rachel, patet Genes. cap. 27. Osculatus est eam. Esau, Iacobem, Genes. cap. 33. 2. Reg. cap. 24. Osculatusque est Rex Abfalon, Ioab, Amasam, 2. Reg. cap. 2. Salue mi frater, & tenuit manu dextramentum Amasa, quasi osculans eum. De Maria Magdalena, & Iuda, Luc. ca. 7. Virg. Aeneid.

Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet.

9 Hic mos, & si à Persis deductus, Strabon. lib. 15. Herodot. lib. 1. Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 2. cap. 19. & lib. 5. cap. 24. Petr. Gregor. lib. 8. Syntagm. cap. 8. à num. 6. Celius Rodigin. lib. 2. antiquit. lect. cap. 33. Lelius Visciola lib. 7. borar. successu. cap. 13. & 14. Bessold. Thesaur. pract. lirt. L. num. 58. Apud Romanos sic invaluit, Plin. lib. 11. cap. 45. Sueton. in Otion. ca. 6. & in Vitelio, cap. 7. Et apud Hebraeos, Paul. Epist. ad Roman. cap.

cap. 16. *Salutate invicem in osculo Sancto*, 1. *Corinth. cap. 16.* & 2. *Corinth. cap. 13.* *Cassalius de Sacr. Eccles. ritib. cap. 59.* *Cerda aduersar. cap. 151. n. 19.* *Lorin. in Act. Apostol. cap. 20. vers. 37.* 12 *Vt osculandi solemnitas Honoris, ac reuerentiæ signum fuerit*, 1. 1. *C. de Domest. & Protector. lib. 12.* *Plin. Panegy. Senat. osculo exciperet*, ubi latè *Lyps. Petr. Gregor. dict. cap. 8.* *Alex. ab Alex. dict. ca. 24.* *Pererius in Genes. cap. 29. vers. 11. disput. 1. à num. 1. cum sequentib.* *Bullenger. de Imper. Roman. lib. 1. cap. 16.* diximus *Gloss. num. 10.* *Nicol. Aleman not. ad Histor. Arcan. Procop. pag. 133. lin. 31.* *Ioan. Laym. de iur. publ. lib. 2. cap. 7. ex n. 3.*

13 *In salutationis huius executione, vel osculabatur os, vel genua, vel purpurâ (sed de hoc nihil ad nos, remissiue diximus de Gloss. num. 10. vide ad saturitatem omnia tam ex Sacris, quam prophanis litteris congesta à Doctissimo Magistro, & Nobilissimo Senatore D. Francisc. Ramos de el Mançano, en el Memorial à la Sãtidad de Alexand. VII. proposic. 1. §. 2. n. 90. 91. & sequentib.) manus, vel pedes, Hæl. cap. 60. Et adorabunt vestigia pedum tuorum, à quo deducta osculatio pedum Supremi Anthistis, de quo Domin. D. Franc. Ramos, d. Et. §. 2. num. 90. ex Maçarin. de Tribu. Coron. Pontif. August. Barbo. tom. 1. de iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 2. Cassal. de veter. Sacr. Christ. ritib. cap. 81. Lorin. Act. Apostol. cap. 10. vers. 25. Michael Roufel. lib. 8. Histor. Pontific. iurisd. cap. 4. num. 13. & sequentib. quibus addè *Maucler. de Monarch. 4. par. lib. 6. c. 11. per tot.* *Lymn. dict. cap. 7. num. 8.**

14 *Diximus, osculari manus, & osculabantur pedes; & quamuis hæc consuetudo vnde orta fuerit inter Hispanos ignorare fateatur, Gueuara, Epistol. familiar. par. 2. letra al Obispo de P. asencia: Illamque irreuerentè asserat, ortam à libidinis ambitione potius, quam à rationis ductu. Adhuc tamen credimus, seruata fuisse*

ex Gentium moribus, captandæ beneuolentiæ causa, Tacit. lib. 1. Histor. Nec erat Ottho protendens manus adorare vulgum, 3. Reg. cap. 19. vers. 18. vbi Pater Gasp. Sanch. num. 59. seu insigni reuerentiæ, ac Honoris, ipse Tacit. eod. lib. 1. Ex osculari Otthonis manus, Plutarc. in Caton. uticens. Plin. lib. 11. cap. 45. & lib. 28. cap. 2. Petr. Gregor. lib. 8. Syntagm. cap. 8. nu. 6. Lyps. lib. 2. elector. cap. 6. Philip. Beroald. in Sueton. in Tyber. cap. 22. verbo Osculandi causa, Lorin. in Act. Apostol. dict. cap. 20. num. 37. & antea cap. 8. vers. 27. verbo Adorare. De quo liceat adducere Procop. Histor. Arcan. Senatoribus olim Imperatorem aduentibus, ita libebat Salutare; quisque ordinis Patrii ad dexteram mammam Casarem venerabatur, illumque recedentem osculo Casar impartiebat in capite; reliqui ad unum, omnes dextero subnixi genu dicebant: at Augusta nullus adorandæ mos fuit. Verum cum inspectum Iustiniani, Theodoraque venirent tum alij, tum qui patriæ dignitatis essent, statim in faciem procumbebant, pedibusque, ac manibus tensis utriusque Principis pedem osculo prosequabantur, ac tum abscedebat, Cassaubon. animaduers. in Sueton. lib. 2. pag. 39. vers. 35. De osculari salutatione, Solorz. Memorial de las plazas honorarias à nu. 316. cum sequentib. Seu in dilectionis inditium, Genes. cap. 33. Clement. Alexand. lib. 3. Pedag. Alex. ab Alex. lib. 2. dier. gen. cap. 19. Bessold. thesaur. Politic. dict. litt. L. num. 58. & litt. H. num. 17. Pererius in Genes. ca. 29. vers. 11. num. 4. Mendoc. in Viridar. lib. 8. Saturn. Decad. 5. cap. 1.

15 *A quo apud nos recepta Salutatio: Beso à V. m. las manos, Couarr. Tesoro de la lengua Castellana, verbo Besar, Don Miguel de Arellan. de iur. ration. lib. 4. cap. 7. num. 13. Histor. de el Rey D. Pedro, ann. 5. cap. 30. Señor, Los vuestros Caualleros, vuestros vassallos, y naturales vos besan las manos. Y año 11. cap. 17. Señor, Gutierre Fernandez de Toledo besè vuestras manos. Epistola*

Supremi Consilij ad Carolum Principem, Sandou. *Histor. Caroli V. lib. 2. §. 5. De V. A. besamos vuestros pies, y Reales manos. Quæ communis apud Italos, Germanos, & Gallos, notat Bessold. dict. litt. H. num. 17.*

16 Ex hac origine amoris, benevolentia, reuerentiaque profluxit, quod cum inter absentes per litteras adumbretur praesentia, de quo latè *Gloss. 3. num. 14.* etiam visitaretur. Salutatio in Epistolis, seu litteris, *Erasm. de ration. conscrib. Epistol. cap. de Salutatione: Et Sacerdos quoties prodibat ad populum salutabat, ac resalutabatur. Ea consuetudo è medijs hominũ moribus in Epistulam, quæ, vt dixi, colloquium est inter absentes, translata est, Plaut. Pseudel. Act. 4. Scen. 2. vers. 56.*

Salutem scriptã, dignũ est dignis mittere.

Cassiod. lib. 4. Epist. 1. Salutantes vos gratia competenti. Et lib. 5. Epist. 1. Soluentes debita salutationis affectum. Et lib. 5. Epist. 44. Legatos nostros salutantes Honorificentia competenti. Duplíciter, vel in principio, Lucian. dict. Apolog. Sydon. Apollin. lib. 2. Epist. 13. vel in vmbilico, seu calce, Lypf. Institut. Epistolic. cap. 4. Erasm. dict. cap. de Salutationib. Ioan. Bulcher. de conscrib. Epistol. de Salut. fol. 295.

17 In quo varij moris fuit apud Gætes. Apud Græcos Salutatio Epistolaris apponi solita in principio fuit per verbum *Saluare*, seu *Bene agere*. Sic *Lucian. in Apolog. In Epistola autem initio. Cleon ille Athaniensium Tribunus; cum ex Sphateria scriberet primus omnium hoc verbum proposuit, gratulari, videlicet, illis volens ob victoriam eo loco partam, & quod Sparthanos captos in Potestatem reuigisset. Et postea: Diuinus cerè quidem Pythagoras ille, tam & si ipse nil proprium suorum Scriptorũ nobis relinquere, post se voluerit quantum tamen ex Ocello Lucano, & Archita, & cæteris vis præmissit, sed quod est Valere, seu sanum esse exordiri subebat, Beier-*

linch. theat. vitæ human. litt. E. verbo Epist. Plaut. Trinum, Act. 3. Scen. 3.

Salutem ei nuntiet verbis patris Illũ Bene gerere rē, & Valere, & Viuere.

18 Apud Babylonios, Ægyptios, Hebræos, verbo imposto *Salutem*, vt patet ex Epistola Salomonis ad Baphrem Regem Ægypti tradita ab Euseb. Cæsariens. *de præpar. Euangelic. lib. 9. cap. 4. Rex Salomon Baphri Ægyptio Regi Amico paterno Salutẽ. Et ex rescriptione Rex Ægypti Baphres Regi Salomoni salutem. Suronis Regis Tyri ad Salomonem adducta ex Euseb. vt diximus, à Pined. de reb. Salomon. lib. 5. cap. 1. num. 6. Artaxergis ad Esdrã, Esdr. 1. cap. 7. Artaxerges Rex Regum Esara Sacerdoti Scribæ legis Dei Cali doctissimo Salutem. Eiusdem ad eũ Esdr. 3. cap. 7. Epistola Sifeni: Sub Reguli Siria ad Artaxergem, Esdr. 3. cap. 6. eiusdem Artaxergis ab Amane missa contra Iudæos, Esther cap. 13. Rex maximus Artaxerges ab Inara, vsque ad Æthyopiam centum viginti septẽ Provinciarum Principibus, & Ducibus, qui eius Imperio subiecti sunt Salutem repetit, cap. 16. Epistolis Lyfia ad Iudæos: Anthiochi Senatui Iudæorũ. Quinti Menij, & Titi Manlij Romanorũ legatorũ traditis, 2. Machabæor. cap. 11. Apostolorũ ad fratres Anthiochia existentes, Act. Apostol. cap. 15. Claudi Lyfia ad Præfectum, cap. 23. Epist. Diui Ioannis Euangel. relata à Prochor. *Histor. Apostol. & Euangelistar. cap. 34. Homini Hydropico Ioannes Christi seruus, & Apostolus Salutem, Ioan. Bulcher. de conscrib. Epist. de Epistol. exordia, fol. 300. Nec omitenda, quæ in Epistola Beatæ Virginis ad Mesanenles patet Euseb. Nicremberg, de Orig. Sacr. Script. lib. 11. cap. 6. Mesanensibus omnibus Salutem, Lorin. Act. Apostol. cap. 15. vers. 23.**

19 Apud Romanos, vique ad Senecæ tempora: *Si vales bene est: ego quidẽ valeo, Cicer. lib. 10. Epistol. famil. Epi-*

Epistol. 34. & 35. & lib. 14. Epist. 5. & 11. sub his litter. Si V. B. V. E. E. Q. V. lib. 15. Epist. 1. & 2. & lib. 9. Epist. 9. Si vales gaudeo, & ipse valeo, Senec. Epist. 15. Plin. lib. 1. Epist. 11. Ioan. Sauar. in not. ad Sydon. lib. 2. Epist. 13. Hottoman. Brison. Veruvec. de form. Romano. Ioan. Bulcher. dict. fol. 300. Lorin. dict. vers. 23.

20 Et si apud Iure-Consultos, & alios inueniamus Epistolares Romanorum Salutationes executas appolito, verbo *Salutem*, vt ex *l. Lucius Titius, de inst. act. Octauius Terminalis rem agens Octauij scilicet Domitio Salutem, l. Lucius Titius, l. Publica, §. Titius, l. Q. Caecilius deposit. l. Domitius Labeo, de testament. l. Titia, cum testamento, §. Lucius Titius, de leg. 2. l. Alumne, §. Titia, de adm. leg. l. Epistola, ad Senat. Consult. Trebel. & vltius patet ex Epist. Q. Memij, & Titij Manlij, relata 2. Machab. cap. 11. Consulium Romanorum ad Pyrrhum Regem, Aul. Gel. noct. Atticar. lib. 3. cap. 8. Pancirol. variar. lib. 1. cap. 29. Ouid. lib. 1. de Pont. Eleg. 2.*

Naso suo profugus mittit tibi Flacc salutē.

Et Eleg. 9.

At tibi dilecto missam Nasone Salutem.

Accipe pars animæ magna secure mea.

21 Quod post ab omnibus receptum patet ex Epistola Anastasie ad Chrysogonum Martyrem, Chrysogoni ad Anastasiam, Palad. in Hist. riog. fol. mibi 1081. Plauth. Bachid. Act. 4. Scen. 4.

Mnesilochius salutem dicit suo patri.

Et in Pseudolio, Act. 1. Scen. 1.

Phenicium Calidoro amatori suo

Per ceram, & linum, litterasque interpretres

Salutem mittit, & salutem abs te expetit.

Tractimundi Episcopi Illiberitani ad Luithpradum relata à D. Lauren. Ramirez de Prado Chronic. Luithprad. fol. 291. *Salutem in Domino Iesu Christo.* Et in responsione Luithprandi, par. 3. cap. 14. Sydon. Apollinar. lib. 1. Epist. 1. *Sydonius Constantio suo in salutem.* A quo ortum, apponi in Pontificis litteris à tempore Cleti Papæ, *Salutem, & Apostolicam benedictionem.* De quo Steph. Gratian. discept. cap. 284. num. 83. Narbon. l. 17. glos. 1. nu. 11. hoc tit. alios doctissime refert D. Francisc. Ramos, dict. Memor. §. 2. num. 92.

22 Quæ vero in calce, apposito *Vale*, 2. Machabæor. cap. 11. Act. Apostolor. cap. 15. & 23. Plaut. Bachid. Act. 4. Scen. 9.

Vale, atque hæc cura.

Cicer. Epist. ad Attic. lib. 5. Epist. 19. & 20. *Etiāque, atque etiā Vale.* Ouid. Tristium 5.

Accipe quo semper finitur Epistola Verbo, Atque meis distant, vt tua facta Vale.

Vt ex Senecæ, Plinij, & Symmachij Epistolis patet, Auson. Epist. 16. Sydon. Apollin. lib. 9. Epist. 9. vbi Ioan. Sauar. Brison. Hottoman. Verrut. de formu. Roman. Adrian. Turneb. l. b. 11. aduersur. cap. 1. Ioan. Bulcher. de conscrib. Epist. de salut. ex fol. 295. & de valedictione, fol. 329. Laurent. Berierlinch. Theat. vit. human. litt. E. verbo Epistol. Lorin. Com. in Act. Apostolor. cap. 15. vers. 29.

23 Vel *Habeto* Epistola Cathilinae ad Q. Catulum, Salustr. de Belli Catbilinear. Lyps. dict. cap. 4.

24 Has formulas invaluisse aliquibus temporibus notant Scribentes, vsquequo verbum *Salue*, & *Vale*, *Saluere*, & *Valere* promiscue acceptū, indistincteque appositū fuit in principio, *l. Falsa, C. de fals. monet. in C. Theodos. Aue Titiane*, Schard. Lexic. verbo

Aue.

Aue. Et in calce Epistolarum, Lucian. *dict.* Apolog. Virgil. *Aeneid.*

*Salue aeternum mihi maxime Palla
aeternumque Vale.*----

Auson. *Epist.* 16. Sydon. *Apol. Carm.* 24. vbi Ioan. Sauiar. *in not. ex Cicero.* *Vale Mi Tyre, Vale, & Salue, D. Hieron.* & alij Mendoc. *dict.* lib. 8. *de cad.* 3. *cap.* 7. Lypf. *dict.* *cap.* 4. Nicol. Perez, & Rosin. supra adducti, latè Brisson. *de formal.* lib. 8. A quo etiam vsitatum dicere *Saluto*, vt D. Paul. *Epist. ad Roman.* *cap.* 16. *Saluto vos ego Tertius*, 1. *Cor. cap.* 16. & 2. *ca.* 13. Greg. Turon. *Histor. Franc.* lib. 9. *cap.* 41. *Amator vester Syagrius reuerenter Saluto.*

25 Nec iam ià humana affectio, amor (Reuerentiæ Comes Vvolph. Laz. *in Praef. de migr. Gent.*) Charitas, Pietas, Fidelitas, Vale, Saluere contenta fuit, Sydon. *Apol. lib.* 9. *Epist.* 9. Petr. Rebut. *in form. mandat. Apostol.* nec verbo *Salutè*, immo voluit, vt alia verba animi, ac affectus demonstratiua apponerentur in Salutatione, vt de D. Paulo ad Senec. *Vale Doctissime Magister.* Meminit Thom. Masuc. *in vita D. Pauli, lib.* 7. *cap.* 8. & de Constantio Imperatore: *Vale Eumeni Charissime nobis*, Carol. Sygon. *lib.* 1. *de Occident. Imper.* de alijs Palad. *Histor. Sanct. Patr. in Epist. Heraclidis Episcopi ad Lausum: Vale ergo, & sis sanus, & fortis, & tibi Deus concedat vt prosequaris Christi cognitionem*, D. Ambros. *lib.* 2. *Epist.* 8. ad Sabinum. *Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus*, repetit *Epist.* 10. & *lib.* 3. *Epist.* 19. & 20. D. Cyrillus, *Epist.* 25. *Vale te, & apud Deum in memoriam esse opto Religiosissime, & Deo dilectissime Frater*, Sydon. *Apollin. lib.* 7. *Epist.* 14. *Vale in Christo*, Lorin. *Coment. in Act. Apostol. cap.* 15. *vers.* 29.

26 Ex quo Amayen, *in not. ad Virgil. lib.* 5. *Aeneid.* ad illud: *Salue, Sancte Parens*, notauit illa verba: *Sancte Parens*, adiecta post *Salue*, à beneuolentia, reuerentia; ac etiam aliqua-

do ab adulatione, vel ab amore procedere; affectus enim amoris reuerentia, vel adulationis contineri nõ possunt intra certos limites, Stephan. Guazin. *de Civil. conuersation. lib.* 1. *fol.* 105. Quare ad diuersas Salutationis formas trãssisse reuerentes, amatores, adulatores, vel etiam charitate vera diligentes verum agnosco, Erasim. *dict.* *cap. de Salutatione*, Ioan. Bulcher. *de conscribend. Epistol. Vale dicendi ratio*, *fol.* 331. Demonstrantes vnicuique suum animum signaculo illo, quo securius, aut plausibilis dignosci posset, vt de Epistolis Tyberij patet apud Sueton. *in Tyber. cap.* 26. *Vale in unaiissime Tyberij.* Et de D. Paulo, qui vera charitate motus, omisso *Vale*, ac *Salue*, Salutabat in calce Epistolarum, *Epistol. ad Roman. cap.* 16. *Gratia Domini Nostri Iesu Christi vobiscum*, repetit 1. *Corint. cap.* 16. & 2. *Corint. cap.* 13. *Gratia Domini Nostri, & Charitas Dei Sancti Spiritus cum omnibus.*

27 Ex hoc ortum apud nos more Gentium, Lypf. *dict.* *cap.* 4. & proprio, vt in corpore Epistolarum familiarium, seu in calce imponeretur valedictio: *Dios garde*, aut: *Nuestra Señor garde*, aut: *Nuestro Señor sea en su guarda*, Gueuar. *Epist. famil. Epist.* 4. ad Comitum de Miranda, & 5. ad D. Petrum Gironem, & in alijs, vt videre licet. De quo Plaut. *Miles glorios. Act.* 2. *Scen.* 6. *vers.* 87.

S. C. Dij te faciant bene.

Et in Menecm. *Act.* 5. *Scen.* 7. *vers.* 33.

*M. E. N. At tibi Dij semper adolescens
quisquis es faciant bene.*

Marcial, *lib.* 5. *Epigram.* 64.

---- *Faciant tibi, sic bene Caesar.*

Sic Capitolinus Iupiter.

In vmbilico vero, seu fine (cum idem sit ex Marciale) Epistolarum Regibus missarum, vt decens, erat alia Hono-

rificentior valedictio qualiter adducta à Sand. *Histor. Carol. V. lib. 6. §. 18. Sacra Cessarea Catholica Magestad, Nuestro Señor la vida de V. M. guarde, y su Real Estado por muchos años prospere.* Epist. Ferdinandi Romanorum Regis ad Imperatorem, Sandou. *lib. 19. §. 52. Nuestro Señor la muy Alta, y Esclarecida persona de V. M. y su Imperial, y Real Estado guarde, y prospere.* Antonij de Leua ad ipsum Imperator. Idem Sádou. *lib. 17. §. 18. Nuestro Señor, la vida Imperial, Estado de V. M. con acrecentamiento de Reynos, y Señorios guarde, y prospere.* Quam iustè, ac legitimè ex antiquis formulis acceptam fateor, cōstitutis ad Honorandos, ac venerandos Principes, & Reges; vt deducitur ex D. Ambros. *lib. 8. Epist. 58. Dominus clementiam tuam conseruet.* Sic Liberius *Epist. 2. Honorauit Constantinum Augustum: Dei Omnipotens clementia te nobis custodiat.* Leo Papa Theodosium, *Epist. 3. par. 1. Concil. Chalcedon. tom. 2. par. Concilior. Deus te custodiat incolamem. In Epist. Episcop. Europ. ad Leon. Imperat. par. 3. Concil. Chalced. Felix III. Epist. 5. Omnipotens Deus custodiat vestram potentiam in pace semper.* Anastas. *Epist. 2. ad Anastasium Augustum: Omnipotens Deus Regnum, & Salutem tuam perpetua protectione custodiat.* De quo vide *Epist. Ioan. I. ad Iustinian. in 1. Inter claras, C. de summ. Trinit. & Fid. Cathol. Omnipotens Deus Regnum vestrum, & Salutem vestram perpetua protectione custodiat Gloriosissime, & Clementissime filij Imperator Auguste.*

30 Illam valedictionem, quam Regiæ Dignitatis priuatiam cēsuerunt Patres, communem fecit adulantium infania, Erasmi. *de ration. conscribend. Epistol. cap. de Salutat. taliter, vt imponeretur etiam in priuatis, ac familiaribus Epistolis, tam nostris, quam exteris; sic patet ex Epistola Procerum ad Comitem de Cabra, & alios Bermud. de Pedraza, Histor. de Granada, par. 3. punct. 36. E Nuestro*

Señor guarde à vuestras muy virtuosas Personas, y Estados. Epist. Ducissæ de Frias ad Comestabilem, Sandou. *Histor. Carol. V. lib. 6. §. 41. Nuestro Señor, la muy Ilustre persona de V. S. me guarde mas que à mi.* Plures Epistolas congerit Fr. Lucas de Montoya, *Chronica de la Orden de los Minimios, in fin. operis, & constat ex Lypf. in Epistol. Cent. 4. ad German. & Gal. Epist. 5. 9. & 101. & Centur. ad Italos, & Hispan. Epist. 4. & Epist. 41. ad Comitem Fontanum: Excellentissime, & Illustrissime Princeps, quem Deus seruet, & dirigat in suam Regisque gloriam, & in publicum bonum.* Et *Epist. 46. ad Ioannem Idiacum: Deum precor, vt te Illustrissime Domine, Regi, & Reipubl. & nobis seruet.* Alijsque, vt in eo videre licet.

31 Quibus cognitis, ac quod in Republica sint quã plurimi linguis, ac animis haud imperare cupientes, vt ex Quint. Curt. Maximil. Faust. *Consil. pro Erar. claj. 12. cons. 12.* Sustinentes, ac recipientes Honores, ac valedictiones sibi non competentes, alijque adsint, qui illorum ingenijs inferuientes indebitos cōferunt Honorificetiæ Titulos, Erasmi. *de ration. conscrib. Epist. cap. de Salutation. in grauius publicæ modestiæ detrimentũ, taliter vt iam iam de his possimus dicere, quod de oscularijs, Marcial. lib. 7. Epigram. 94.*

*Bruma est, & riget aridus December
Audes tu tamen osculo nivali
Omnes obuius hinc, & hinc tenere,
Et totam Line basiare Romam.*

Et lib. 11. Epigram. 99.

*Effugere non est Basse, basiatores
Instant, morantur, prosequuntur, occurrunt.*

33 Sic enim rectè Tyberius ob tædiũ frequetiæ prohibuit in salutationibus oscula, Sueton. *in Tyber. cap.*

34. Petr. Gregor. lib. 8. Syntagm. cap. 8 num. 16. Pererius in Genes. cap. 29. vers. 11. num. 2. Iust. Lyps lib. 1. elect. cap. 6. Beifold. thesau. pract. iust. L. nu. 58. Sic Reges nostri statuerunt, vt in valedictione Regiarum Epistolarū: *No se diga mas que, Dios guarde la Católica persona de V. Mag.*

35. In ceteris vero, & si Principi, Infantibus filijs Regū: *Dios guarde a V. A. aut familiaribus: Dios guarde a V. S. d a V. m o Dios guarde. Y luego la data.*

Quod iuste constitutum fuisse, fateor, primo ex eo quod Erasmi. de ration. conscriben. Epistol. cap. de salut. prænотauit: *Quod Salutationem verbis superuacaneis onerant, puritatemque, ac simplicitatem corrumpunt, tum quod stultissimum videtur aliqua Salutis vice subijcere cum ipsa Salute nihil sit melius.*

36. Secundo, quia dum communiter accipiuntur ab omnibus, regij diminuuntur Honores, Tacit. lib. 4. Annal. *Vane scit Augusti Honor, si promiscuis adulationibus vulgantur,* vbi Lyps. in not. num. 100. ex Philon. ad Caium, quod decens non est.

37. Hæc enim Saluatio in Epistolis: *Dios guarde la persona de V. Mag.* descendit ex illo principio, ex quo orta sunt pro salute Principum vota, Plin. in Panegy. *Non enim pacem, non concordiam, non securitatem, non opes oramus, non Honores, si. n. p. l. e. x. c. u. n. d. l. a. q. u. e. i. s. t. a. c. o. m. p. l. e. x. u. m. o. m. n. i. u. m. v. o. t. u. m. e. s. t.* De quibus l. *Si caluerit,* §. *Post Kalendas,* de verb. signific. vbi late Gothofred. & Rebuf. l. *unic. C. de oblat. vtor. lib. 12.* vbi Cujac. Luc. de Pen. Didac. Perez Sen. Declin. cap. 19. Plin. lib. 10. Epist. 44. Sueton. in Caligul. cap. 14. vbi Berroald. Alex. ab Alex. diem. gen. lib. 3. cap. 22. Cerda in Tertul. in Apologet. cap. 35. num. 8. 61. & de Chron. milit. cap. 12. num. 221. Lyps. in not. ad Tacit. lib. 16. num. 41. & in exsurt. litt. A. & B. & in Panegy. Plin. n. 784. & 1049. Bullenger. de Imper. Romanor. lib. 1. cap. 39. Adam Contz. Politic. lib. 7. ca.

40. & 5. ex Osswald. Ioan. Lymn. de iur publico. lib. 2. cap. 7. num. 16. Philip Berroald. Comment. in Saeton. in Tiber. cap. 38. & 54. Leuin. Torrent. in eum. in Neron. cap. 46. Brisson. de form. Roman. lib. 1. ex fol. 100.

38. Et à quo seruatum, vt in publicis acclamationibus tantum resonet vox: *Vua el Rey,* Ioseph antiquit. lib. 8 cap. 1. *Ex palus quidē totus, vt nouis Regibus solet, faustis acclamationibus præcatus est ei perpetuam rerum felicitatem, & post Regiam bene administratam diurnam seruitutem,* Lucian in Apologi cap. In Canonibus 16. quæst. 1. *Ex audiu Christi Symmachi Papæ vita,* Petr. Gregor lib. 6 de Republ. cap. 20 num. 6. Reftaur. Castald. de Imper. quæst. 67 n. 9. Luc. de Pen. leg. 1. C. de Veteran. lib. 12. Didac Petr. ad Tit. C. de oblat. veter. C. lib. Adam Contz lib. 7. Polit. cap. 5. §. 8. Pined Lorin Mendoç adduct. n. Ioan. Lymn. de iure publico lib. 2. cap. 5. num. 4 & cap. 12. num. 4 & in addit. Gasp Sanch. 1. Reg. cap. 10 num. 8. & in Daniel cap. 2. vers. 4. cap. 13. vers. 2. Mendoç 1. Reg. cap. 10. vers. 24. n. 7. & cap. 11. vers. 15. num. 4.

39. Ac constitutum agere pro salute Principis, Plin. in Paneg. *Et suscipimus, & solamur, ac præceptū omni iure, tam Ciuili communi, l. Quisquis, C. ad leg. Jul. Maiest. quam Hispano Ciuili etiam, l. 7. & 9. Prologo de el Fuero. Iuzgo: B. por la salud de el Principe, l. 16. tit. 9. La una es la vida, y la salud de el Rey, l. 10. tit. 13. par. 3. l. 1. tit. 2. lib. 2. Fori, ac Canonico, Conc. Tolet. IIII Can. 7. Cōcil Tolet. V. Can. 2. Concil Tolet. VI. Can. 18. *Pro Salute nostrorum Principum,* cum in ea contineatur, Reipublicæ, & Regni conseruatio.*

40. Taliter, vt illius omisio, pro crimine haberetur, vt exemplo Traffex, patet apud Facit. Annual. lib. 16. Nuncupationibus votorū non ad se, quāuis quidecim virali Sacerdotio præcitur, nūquam pro Salute Principum, aut caelesti voce immolauisse, Tertul. in Apo. og. c. 30.



41 Quare priuatiua est Regum concessa Imperatoribus, ex Senatus-Consulto, Plutarch. in Galuan. Bulleng. de Imperat. lib. 1. probat Tertul. in Apolog. cap. 30. Precantes sumus semper pro omnibus Imperatoribus vitam illam prolixam.

Te pro Casare de beo rogare

Pro me de beo Casarem rogare.

42 Inde habita verè Regalis, l. 1. C. de veteran. lib. 12. Auguste Constantine vobis seruet, Iul. Capitol. in Gord. Gordiane Augustus Dij te seruent.

43 Ex Sacris, ac antiquis litteris; etenim Israeliticus populus, cū primū Saulem cognouit in Regē illum adorauit Salutatione, 1. Reg. cap. 1. Viat Rex. Sic cum Salomone executū, patet, 3. Reg. cap. 1. Viat Rex Salomon, cum Ioa. 4. Reg. cap. 1. Paraly pom. 22. cap. 23. Cumque cæteris Regibus. Bersabè illa Honorificentia Salutaui Dauidem, 3. Reg. cap. 1. Viat Dominus, Dominus Meus Rex Dauid. Regem Babylonis, Daniel cap. 13. & 6. Rex in æternam viue, Pined. de reb. Salomon. lib. 2. cap. 6. num. 6. Lorin. in Psalm. 71. nu. 15. Mendos. lib. 1. Reg. cap. 10. vers. 24. num. 7. & in virid. lib. 6. de florib. eloquent. erat. 1. nu. 4. Petr. Greg. de Republ. lib. 6. cap. 20. num. 6.

44 Quod tam verbo, quā scripto exequatur in Epistolis, Plaut. Pseudol. Act. 4. Scen. 2.

Salutem scriptam dignum est dignis mittere.

Plin. lib. 10. Epistol. Solemnia vota pro incolunitate tua, qua publica salus continetur, & suscepimus Domine pariter, & Soluimus, precati Deos, vt velint semper solui, semperque signari. Ex quo acceptum signare vota, hoc est in chartis Salutem Principis optare; qualiter, & apud nos: El Dios guarda, Adrian. Furneb. aduers. lib. 1. cap. 17. De quo memoriæ dignum est factum

Tyberij, traditum à Sueton. in eum, dict. cap. 32. Cum enim Rhodiorum Magistratus ei dederent litteras publicas sine subscriptione, id est, sine clausula solita, in qua illi felicitas optaretur, Dyon. Can. Histor. Roman. lib. 57. Cum aliquando Rhodiorum Magistratus data ad eum Epistola, non subscripsissent illud consuetum, quod vota ipsi facerent. Vt notat Cassaubon. in Sueton. dict. cap. 32. diligenter eos euocauit, ac subscribere iussit Dyon. dict. lib. 57. Bulleng. de Imperat. Roman. lib. 1. cap. 39. Quæ omisio graue crimē habebatur etiam in familiaribus Epistolis, Plaut. Pseudol. Act. 4. Scen. 2.

----- Sed in Epistola

Nullum salutem mittere, ne scriptā solet?

Et in Bachid. Act. 4. Scen. 9.

Malum quidem Herole magnum tibi dico N. 1. quid est?

Ch. non prius salutem scripsit & N. 1. nunquam sentio.

45 Ex quo etiam incommuniabilis est cæteris, & si summis, ac Regijs Dignitatibus perfulgeant, vt probatur singularitate, ex eo quod narrat Tacit. lib. 4. Annal. Suet. in Tyber. cap. 54. Cum enim pro Salute Tyberij Romæ susciperetur vota, in eisque Pontifices Dijs commendarent Neronem, & Drusum, id ægre tulit Tyberius, impacienterque indoluit taliter, vt de eo egisse cum Senatu, notent Historici, asserens, Honores debitos Maieitati Imperatoris, Neroni, & Druso non esse tribuendos, Philip. Beroald. in Sueton. dict. cap. 54. Brisson. de formul. lib. 1. fol. 100. Etiam si iam Nero, & Drusus Imperatoris nominibus aucti essent, & Nero Collega Imperatoris, & consors Tribunitiæ Potestatis fuisset, Tacit. lib. 1. Annal.

LA CATHOLICA PERSONA.

SUMMARIUM.

- 1 *Tituli Honoris à virtute provenientes.*
- 2 *Ferdinandus Rex, cognomen Catholici accepit.*
- 3 *Catholici Titulus competens Regibus Hispanorum à Gothorum tempore.*

DE TITULO HONORIS: DE CATHOLICO,
competenti nostro Hispanorum Regi.

GLOSSA SEPTIMA.

1 **D**iximus legitimos, ac iustos esse Honoris Titulos, virtute, ac gloriapartitos, *Glos. 5. num. 50.* inde dicendum, iuste præscriptum à Rege nostro, ut illo decoretur de *Catholico*, Hispanis Regibus competenti ex fide, reuerentia, ac defensioneque Catholicæ fidei Romanæ Ecclesiæ.

2 Genebrardus, *lib. 4. Chronolog.* testatur, Ferdinandum Regem fortitum fuisse hoc cognomentum *Catholici*, à Romano Pontifice anno 1487. à quo ad ceteros Hispanos Reges deducta veneratio, sub Titulo *Catholicorum*, ut ex Spōdan. & alijs Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 22. num. 95.*

3 Sed cum illa Genebrardi narratio à veritate discedat, & Hispani Reges ab antiquis temporibus hunc Titulum, seu cognomen *Catholici* ha-

beant peculiare, præcipuè ex quo Arrianam hæresim abiurarunt, regnante Recaredo, *Concilio Tolet. III. Nisi vero Catholico Recaredo Regi, & de hoc agant latè Valdes, de Dignit. Reg. cap. 13. Redin. de Maiestat. Princip. verbo Imperatorum Maiestatem, num. 50. Camil. Borrel. de præstan. Reg. Cathol. cap. 41. Andr. Bosch. de les Titolos de Honor de Cathalunia, lib. 5. cap. 34. Saaved. Histor. Gothic. cap. 15. num. 38. & 39. Ayora en el Arbitro entre el Marite Frances, y las vindicias Galicas, cap. 9. Eo insistere illaboriosum celsui. Satis enim apud supra memoratos Scriptores, quibus adde Ioan. Lymn. *de iure publ. in addit. lib. 2. cap. 6. num. 23. Ioan. Iacob. Speid. dict. Histor. Iurd. Polit. litt. S. num. 50. Renat. Chopin. Sacr. Polit. lib. 1. tit. 7. num. 25. Pined. Memorial de las Excelencias de el Santo Rey Don Fernando, par. 1. §. 10.**

DE VVESTRA MAGESTAD.

SUMMARIUM.

- 1 **V**oces sunt designationes affectus animorum.
- 2 *Magestad, Latine Maiestas, in veta*

est ad designationem Superioritatis.

- 3 *Maiestas est filia Honoris, & reuerentia, 4. Et si Lyppsius dicat esse matrem.*
- 5 *Hispani utuntur hoc verbo Magestad, ad venerandam Regem, 7 36.*

G 3 6 Re-

- 6 Reges Hispani venerabantur Titulo de Merced, & Alteza.
- 8 Iure Consulti, & Oratores ad demonstrandam Potestatem, verbo Maieftas vsi fuere.
- 9 Maieftas comprehendit omnem maiorem, ac Superioritatem.
- 10 Leges Constituentes contra rebelles Maieftatis dicuntur.
- 11 Titulus, seu vox Maieftas priuatiua est Regum, & 35.
- 12 A tempore Romanorum.
- 13 Maieftas est penes Magistratus inferiores.
- 14 Variè accipitur, propriè, idest Realter, abusue personaliter, 15.
- 16 Maieftas propria residet penes Supremum, absolutumque Regem.
- 17 Maieftas abusua residet penes Iudices, ac Senatores, & 27.
- 18 L. Ius, de iust. & iur. & l. Si familia, de iurisd. omn. iudic. qualiter intelligenda circa illa verba: Salua Maieftate Imperij sui.
- 19 Imperator Romanus Germanicus, non habet Maieftatem secundum Bodinũ.
- 20 Maieftas erat Suprema Potestas residens penes Reges à tempore Romuli.
- 21 Penes Populum post eos extinctos.
- 22 Regum Romanorum Potestas in legibus ferendis, 23. in omnibus ex voluntate agere.
- 24 Legum Regiarum Potestas extinctis Regibus exoleta fuit.
- 25 Potestas summa extinctis Regibus penes Romanorum Populum fuit.
- 26 Leges XII. Tabularum, & si condita à Diuum Viris, vim non habuere, vsquequo populi auctoritate approbatae fuerunt.
- 28 Potestas summa per legem Regiam translata fuit in Augustum.
- 29 Imperatores ad designandam Supremam Potestatem voce Maieftas vsi fuere.
- 30 Auctoritas Senatus seruanda est.
- 31 Iudices in exercitio Imperij habent Maieftatem, 32. In personis auctoritatem.
- 33 Senatorius ordo amplissimus.
- 34 Senatorum decreta amplissimi ordinis dicta.
- 37 Alteza Titulo, seu voce veneranda sunt Tribunalia Suprema.

DE TITULO, AVT VOCE DE MAGESTAD,
qua veneranda est Suprema Regum Dignitas, ac
Potestas.

GLOSSA OCTAVA.

CVM ex Quintiliano, li. 11. Institut. Orator. cap. 3. doceamur voces esse designationes affectus animorum, quas in naturales, & artificiales distinxit Mantua, Patauin. in Gymnast. Scholast. verbo Magnus, vere fatendum nullam potuisse inueniri à Rege nostro in toto Iure, tam Communi, quo Aulico naturaliorem, coæuioremque Regio Throno, atque ad eum venerandum aptiorem, quam à lege præscriptam Mageftad, Latine Maieftas. Cum ad id orta sit Virgil.

lib. 12. Æneid.

Pro Latio obtestor pro Maieftate tuorũ.

Vt & si absque auctoritate testatur Bessold. Thesaur. præct. litt. M. num. 7. Bald. conf. 59. num. 1. vol. 1.

3 Atque ad designandam maiorem, taliter vt etiam Poetæ fabulentur: Maieftatem filiam Honoris, & Reuerentiæ fuisse, Ouid. Factor.

Hinc sat a Maieftas, que mundum tēperat.
Omnem.

Quaque aie parta est, edita magna fuit.

Ca.

Camil. Borrel. *de praestant. Reg. Cathol. lib. cap. 60. num. 26.* Petr. Greg. *lib. 8. de Republ. cap. 3. num. 2. & lib. 33. Syn-tagm. cap. 1.* Bessold. *dissert. de Maieft. in gener. cap. 1. num. 2. & cap. 2. & num. 2.* Philip. Camerar. *Horar. successuar. cent. 1. cap. 51.*

4 Et si Lypf. *exemplum Politic. lib. 2. cap. 16.* quamvis reiectus à Bessold. *dissert. de iure Maieftat. in gener. cap. 2. num. 1.* Matrem esse dicat, venerationem animis insitā virtutis, ac Potestatis Superiorum, Bullenger. *de Imper. Roman. lib. 1. cap. 37.* Seu amplitudinem colendam ob meritum Imperij, vt ipse Lypf. *lib. 2. Ciuil. doct. cap. 16.* in cuius obsequium ortus Honor: gemela Reuerentia, de quo Anton. Clar. Sylu. *in leg. Romul. cap. 13. fol. 288.*

5 Quo cognito antiqui Hispani illam vocem, seu maiorem Titulum (cum sic accipiatur à Bessold. Hoeping. Pancirol. Speidel. & alijs) receperunt ad venerandam suorum Regum Dignitatem à Gothorum Imperio, vt patet ex decreto Gundemari Regis post Concilium Toletan. sub Gundemaro relato à Loayf. *Collect. Concil. Tolet. fol. 263.* Tunc tamen *Maieftas nostra.*

6 Et si obijcias, Hispanos Reges vsos non fuisse voce, aut Titulo *Maieftatis*, sed diuersis temporibus de *Merced*, *Histor. de el Rey D. Pedro, anno 5. cap. 5. cap. 17. & cap. 30.* *Señor, Los vuestros Caualleros, vuestros vassallos, y naturales vos besan las manos, y se ensoniendan en la vuestra Merced.* Et *cap. 32. Señor, Los Caualleros que aqui están, que han deudo en la vuestra Merced.* Et *anno 11. cap. 17. Señor, bien sabe la vuestra Merced,* *anno 13. cap. 4.* Ægidius, Gonçalez Dauila, *Histor. de el Rey Don Henrique III. cap. .* Andr. Bosch. *Tratad. de les Titulos de Honor de Cathalunia, lib. 5. cap. 34.* *Señoria, Alteza, ac Excellētia*, vt Andr. Bosch. *dict. cap. 34.* Anton. Nebrisenf. *Hist. r. Reg. Cathol. lib. 1. Decad. 1. cap. 15. 9. & 10.*

Sandou. *Histor. Carol. V. lib. 5. §. 36. lib. 6. §. 18.* alijsque in locis ex Fr. Geronym. *Rom. Republ. de el Mundo, lib. 4. cap. 28.* Vide *Glos. 11. num. 36.*

7 Adhuc enim ab ipsismet temporibus hæc vox, seu Titulus de *Magestad*, acceptus fuit ad designandam, ac venerandam Regum nostrorum Potestatem, & Superioritatem, vt omissa Cōstitutione Regis Petr. III. Aragoniæ relata à Mier. *ad Constitut. Cathalon. par. 2. Collat. 6. num. 1.* patet ex *Histor. Regis D. Petri, ann. 5. cap. 32.* vbi alloquens Regē Petrum Procerum nomine D. Ferdinandus Perez de Ayala, sic illum venerasse cōstat: *Cō humil reuerencia de vuestra Real Magestad.* Idem seruatum tempore Regis Ioannis I. *Histor. anno 12. cap. 4.* *Elos de el su Concejo le respondieron assi: Señor, A nos parece, so enmienda de la vuestra Real Magestad.* Henrici III. vt Ægidius Gonçalez Dauila, *Histor. Henric. III. cap. 32.* Nam cū Eleonora Nauarræ Regina, Regē, & Proceres alloqueretur sic dixisse testatur: *Si à V. M. place, casarà en vuestro Reyno,* Sandou. *Histor. de Carl. V. lib. 6. §. 18. lib. 7. §. 1. §. 17. & 18. lib. 8. §. 30.* Bermudez de Pedraza *Histor. de Granada, 4. par. cap. 15.*

9 Gothi enim hanc vocem acceperant, tam à Sacris litteris, vt patet ex *Esdr. 3. cap. 4.* *Hoc est Maieftas, quam à te postulo,* dum loqueretur Zorobabel cum Dario Babyloniorum Rege, quam ab antiquis orationibus Plin. *in Panegy. Cicer. lib. 2. de Orat. Valer. Maxim. lib. 2. tit. de Maieftat. Liu. lib. 14.* & Iure-Consultis, cum omnes ad designandam populi tempore Reipublicæ, Principum, Monarchici Imperij ætate, Potestatem, Honorem, ac Reuerētiam voce *Maieftatis*, vsi fuere, quia per Anthonomasiam omnia suprema Iura, ac Honores sub illa comprehensū habentur, Liu. *lib. 37.* *Augendi omni Hmore Regum sociorum Maieftatem. I. Ius, de iustit. & iur. I. Non dubito, §. Liber, de Cap-*

tiu. & possiblim. n. reuers. l. Quod Reipublica, de iniur. l. Si familia, de iurisdic. omn. iudic. l. Gazaros, C. de Heretic. & Manich. l. 1. C. et nemo priuat. l. Bene à Zenone, C. de quadrienn. præscript. Liberrumque ius, ac Supremam in subditos potestatem, & maioriã, cap. Felicis de pen. lib. 6. Clement. 1. eod. tit. Luc. de Pen. in l. 1. cap. de delatorib. lib. 10. Oldrald. conf. 43. & 84. Conrad. templ. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. vers. Orbem, num. 6. Tyber. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 1. num. 2. & 3. Menoch. conf. 302. num. 33. Petr. Gregor. de Republ. lib. 8. cap. 3. & 4. & d. et. lib. 33. Syntagm. cap. 1. & 2. Martin Maguer. aduocat. armac. cap. 6. num. 80. Harman Bulterius, de iudic. lib. 2. cap. 4. num. 447. Bessold. disp. de Maiest. in gener. cap. 1. num. 2. Kckerm. de Republ. instituend. lib. 2. ca. 1. num. 8. cap. 2. num. 5. & sequentib. Ioan. Harprect. Epigram. institut. in princip. num. 7. Pined. de reb. Salomon. lib. 6. cap. 1.

10 Hinc iura constituentia in rebelles, ac conspirantes contra personam, ac Statutum Principis, dictæ sunt *Maiestatis* leges, vt tot. tit. ff. & C. ad leg. Iul. *Maiestat.* De quo passim Scribentes.

11 Quare Doctores absolute notarunt hanc nominationem Honorificam Regibus condignam, ac priuatiuam esse, nec alijs competere Principibus, & si Supremis, vt post Menoch. Decian. Lancellotum, notant Socin. Senior, conf. 22. num. 4. volum. 1. Cassan. Cathal. glor. Mundi, par. 1. co. sid. 70. Restaur. Castald. de Imperat. Tyber. Decian. dict. lib. 7. cap. 2. num. 1. Anton. Petr. de Potest. Princip. verbo *Imperatoriã Maiestatem*, num. 1. & sequentib. & num. 38. & 50. Camil. Borrel. de præstant. Reg. Catholic. cap. 60. ex num. 20. Petr. Gregor. de Republ. lib. 8. cap. 3. & 4. Ioan. Iacob. Speidel. iuridic. Politicor. litt. M. nu. 7. Pap. Arest. lib. 4. Arest. 1. Ioan. Lymn. de iur. publ. in addit. lib. 2. cap. 7. nu. 33. Giofc. Carneual. Regiopament. de Ti-

tol. vers. *Maiestas*, relatus à Francisc. Scaglon. in Comment. ad Pragm. Neapol. fol. 276. Carpzob. Practic. par. 1. quæst. 40. à num. 22.

12 Quod sentiunt Politici illud deducentes ab antiquis Romanorum temporibus, Bulleng. de Imperat. Roman. lib. 1. cap. 37. Lypf. lib. 5. antiquar. lection. cap. 8. taliter, vt Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10. dicat solius Regis personam appellari posse, *Magestad*, Gutther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 19. Bessold. dissertat. de præcedent. & session. prærogat. cap. 2. num. 2. & dissertat. de *Maiest.* in gener. cap. 1. num. 2. Ex quo vox illa *Maiestatis* in Germania nullibi, quam in Aula Imperatoris auditur. Post eum ex Arumeo, Theodor. Reinring. de Regimin. Secul. & Ecclesiast. lib. 1. clas. 3. cap. 11. per totum, Ioan. Harprect. Epigraph. institut. in princip. num. 7. glos. num.

13 Sed poterit his obijci, non propriè à Rege nostro præscriptum ad suam Summam Dignitatem designandam, vt illa colatur voce de *Magestad*. Cum etiam inferiorum Magistratuum, ac Iudicum autoritas ipsa demonstratur appellatione in l. Ius, de iust. & iur. l. Si familia, de iurisd. omn. iudic. Quia hic est contenta *Maiestas* Prætoris vindicatur, vbi Ioan. Orosc. num. 3. Æguin. Baron. dict. l. Ius, Budæus in Pandect. ad l. ult. de Senator. Schard. Lexic. verbo *Maiestas*, Ioan. Harprect. Proæm. institut. num. 7. Conrad. templ. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. n. 6.

14 Quæ obiectio non parum obstare fateor cognito, quod verbum *Maiestas*, diuersè, ac latissimè accipitur, propriè, realiter; abusiue personaliter, Koenig. de iure *Maiestat.* inque varia significata, Hugo traditus à Ioan. Lorin. Commentar. in Psalm. 71. vers. 19.

Gloria, Signa, Timor, Virtus, Persona, Potestas.

Magnum, Magnificum, Plebs, Honor, Arma, Client.

15 Propria, seu Realis ex omnium Scribentium sententia est designatiua summæ, perpetuæ, ac absolutæ Potestatis Regis, aut populi absoluti superiorem non recognoscentis, l. fn. 6. *Planè, ad leg. Iul. Maiest.* De quo Heschines.

*Tu Rex Populi, tuque Vrbs, tota est,
Non Iudicibus subditus ullis.
Regni solio factus, vt Ara,
Vnoque regens cuncta arbitrio.*

Senec. lib. 1. de dement. cap. 1. Petr. Gregor. lib. 8. de Republ. cap. 3. Bodin. eod. tract. lib. 1. cap. 8. Kekern. *Discurs. Philosoph. disput. 24. Problem. 11.* Kokier. de Republ. instit. cap. 1. num. 8. & *disquisit. Politic. cap. 4. quæst. 3.* Maud. de Monarch. par. 3. lib. 5. cap. 5. Hugo Grosc. de iure Bello. lib. 1. cap. 3. n. 20. Bessold. *disp. de Maiest. in gener. cap. 1.* Lyps. lib. 2. Politic. cap. 16. Ioan. Harpreet. *Proæm. Instit. num. 7.* Theodor. Reinring. de Regimin. sæcul. lib. 1. clas. 2. cap. 2. num. 26. & clas. 3. cap. 11. n. 4. Gutther. de offic. Domus August. lib. 2. cap. 37. Arnold. Clapm. de Arcan. rer. public. lib. 1. cap. 10. Maximil. Faust. *consil. pro Erar. clas. 8. consil. 1.* Carpzob. *dict. par. 1. quæst. 41. num. 23. 24. & sequentib.*

16 Abusiua vero, seu personalis, demonstratiua authoritatis, Ordinis, Reuerentiæ, Honoris per communicationem debita Magistratibus, quatenus sunt Ministri, ac Executores Imperij, ac Summæ illius Supremæ Maiestatis, Bald. *dict. consil. 59. volum 1.*

17 De hac enim abusiua, seu personali Maiestate ratione ordinis cõpetente, sunt intelligenda verba Pauli in *dict. l. Si familia, & l. Ius, de iust. & iur. Salua Maiestate Imperij sui*, Ioan. Corraf. num. 5. Escarder. in *Lexicon*, verbo *Maiestas Pratoris*. Si ea attentè notamus, & sensum Valerij Maximi, lib. 2. cap. 2. *Magistratus vero prisce quãtoperè suam populique Romani Maiesta-*

tem retinentes se gesserint, hoc cognosci possit, quod inter cetera obtinenda grauitatis indicia, Gutther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 19. Petr. Gregor. de Republ. lib. 8. cap. 3. n. 3. Renat. Chop. *Domus Franc. lib. 3. tit. 20. num. 4.* Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10. fol. 238. Non de vera Maiestate in sensu Potestatis, & in quo loquitur lex nostra, cum hæc haud competere possit vlli habenti subiectionem ex aliqua causa, aut principio, latè Ioan. Lymn. in *addit. de iure publ. lib. 3. cap. 2. num. 3.*

18 Sic hæc procedunt, vt Bodin. *dict. lib. 1. cap. 8.* Aufus sit dicere Imperialem Maiestatem Imperatoris Romani Germanici, verè non esse Maiestatem, cum aliqua ex parte pendeat ab Electoribus, ac statibus Imperij, quod ad sentire videtur Maximil. Faust. *Consil. pro Erar. clas. 12. consil. 15. Ordo 887.* in quem (Bodinum) latè agit Theod. Reinring. de Regim. Sæcul. lib. 1. clas. 2. cap. 2. ex num. 52. Et tradita à nobis ex num. 12. Kokier *disquisit. Polit. cap. 4. quæst. 7.*

19 Ellucidantiori principio dicta patebunt, si notamus Maiestatem verè esse Magnitudinem illam, seu Maioritatem absolutæ Potestatis, consistentem penes Romulum, ceterosque Romanos Reges à condita Vrbe, de qua Dionys. Halicarn. lib. 3. *antiquit. Roman. Imperium Ciuitatũ, quarum, vel vobis inuictis donec armis superior ero, Dominus suum futurus.* Et 20 in libertate Populi post extinctos eos, Ioan. Corraf. in *l. Ius, num. 6. de iust. & iur.* Vsque ad legem Regiam, vt exponit Vlpian. in *l. 1. ad leg. Iul. Maiestat.* Tyber. Decian. tract. *crimin. lib. 7. cap. 2. num. 3.* Bullenger. de *Imperat. Roman. lib. 1. cap. 37.* In quam coniurasse Bruti Consulis filios narrat, Liu. lib. 2. Carol. Sygon. de *antiqu. iur. Ciuil. Roman. lib. 2. cap. 29.* Et M. Manlium, Liu. lib. 6. quæ nec in Senata, nec in Magistratibus adesse poterat.

21 Præcipuè attento iure com-
petenti Maieftatico Imperio à Ro-
muleis téporibus: Præcipuum enim,
& vera Maieftas Regum in Potesta-
te erat condendarum legum, l. 2. de
Orig. iur. Virgil. lib. 6. Æneid.

*Regis Romani primus, qui legibus Urbem
funauit.*

Ex quo Romuli, Curiatas: Numi,
Sacras: Tulij militares, cæterorum-
que Regum.

22 Et vt omnia fua manu gu-
bernarentur, *diét. l. 2. Dionys. Hali-
carnas. antiquit. Roman. lib. 2.*

23 Hæc Potestas (inquam) feu
melius dicã, Maieftas extinctis Re-
24 gibus exoleta fuit, *diét. l. 2. po-
puloque referuata, nulli Magiftra-
tui, nec Senatorio, nec Consulari,
nec quod magis est Dictatorio con-
cessa, vt ex appellatione Quint. Fauij
Maximi ad populum de fententia L.
Papyrij Dictatoris, patet apud Liu.
lib. 8. Ex quo etiam omnibus prohi-
bitum, ne populi confensu agerët de
caufis ad Maieftatem pertinentibus,
adque populi libertatem, vt etiam
ex electione C. Menij Dictatoris,
constat apud Liuium, lib. 9. ob Ca-
puanas coniurationes.*

25 Hincque, nec legem ferre in
his, quæ ad Dominationem consti-
tuendam pertinebãt taliter, vt XII.
Tabularum leges (tanta cura con-
ditæ, quanta notant *diét. l. 2. Liu. lib.
2. Cicer. 1. de Orat. Cæterique Ro-
mani Scriptores*) vim nõ habuerint,
& fi à Duumviris congestæ, & pro-
ditæ: vsquequo publica populi au-
thoritate, feu vt melius dicamus Ma-
ieftate approbatæ fuerunt.

27 Ex quo patet, quod & si sum-
ma fuisset Maiorum Magiftratum
Romanorum Potestas, ac Imperium;
cum tamen illud habuissent à Popu-
lo precariũ, & circumscriptum, hæud
potuere quidquid dicant Iure-Con-
sulti, & Doctores, ab extinctis Regi-

bus, vsque ad Augustum habere Ma-
ieftatem, nec illa voce honorari.

28 Nec post Augustum, cum la-
ta lege Regia translata fit in Princi-
pem vnã cum Imperio, & Potestate,
ad quod demonstrandum, venerationemque debitam Supremo Imperio

29 ex vi translationis, Imperatores
illa voce *Maieftas*, vt propria Supre-
mi culminis vti cepere, l. 1. §. *A præ-
fectis, de leg. 3. l. Si Imperialis, C. de le-
gib. Quid enim maius, quid sanctius Im-
periali est Maieftate? l. 1. C. vt nemo pri-
uat. l. Bene à Zenone, C. de quadrie. præ-
crip. l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor.
l. Contra publicam, C. de Cohortalib. &
Principib. & cornicul. lib. 12.*

30 Sed bene fateor, quod cum
cognitum fuisset à populo, Princi-
peque, ad Maieftatem Imperij perti-
nere, vt Magiftratibus Honor, pri-
stinaque authoritas referuaretur,

*Tacit. lib. 12. ann. An authoritate Sena-
tus cederet, Plin Epist. 4. Cyriac. le Ti-
tul. de conuertend. in Monarch. Reipubl.
fol. 2. Hugo Groc. Flor. Sparf. ad tit.
de Senatorib. Kokier de Republ. lib. 2.*

31 *cap. 9. num. 1. Iuraque habita Rei-
publicæ ætate; eisque constitueretur
in exercitio Imperij Maieftas, vt di-
xit Iure-Consultus in diét. l. Ius: Sal-
ua Maieftate Imperij sui. In personis
vero authoritas, seu amplitudo,
Æguinar. Baron. diét. l. Ius, diét. l. Si
familia, Gutther. de offic. Dom. August.
lib. 1. cap. 4. & 19. Arnold. Clapmar.
de Arcan. rer. public. lib. 1. cap. 10. Re-
nat. Chopin. Dom. Franco. lib. 3. tit. 20.
num. 4. Ioan. Lymn. de iure public. in
addit. lib. 3. cap. 2. num. 3 Kokier de Re-
publ. instit. lib. 2. cap. 8. num. 2.*

A quo Senatorius Ordo *Amplifsi-
mus* dictus, l. 2. §. *verba, l. Si decipiendi,
ad Senat. Consult. Velleian. l. 1. de Colluf.
degen. l. Nutu, §. columnis, de legat. 3. l.
Si libertinam, C. de interd. m. trim. l.
Si aduersarios, C. ad Senat. Consult. Velle-
ian. Et Senatorum Decreta *Amplifsi-
mi ordinis, l. Decreto, C. ex quib. caus. in-
fam. irrogat. l. Cenodorus, C. ad Senat. Cõ-
sult.**

sult. Velleian. l. Amplissimi, C. de excusat. tutor. l. Si contra, C. Si quis ignor. rem minor.

Quibus cognitis à Rege Philippo IIII. & quod vsurpare Regio Diademati nomen Maiestatis, absurdum est, Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 10. fol. 271.* (Taliter, vt in Imperio, & si summa sit Romani Regis Dignitas, Vicariusque, ac Heres Imperij stabiliatur, adhuc Maiestatis voce ab Imperatore, non decoratur, cum sit Supremiatis insigne, Theodor. Reinring. *de Regimin. Saecul. lib. 1. clas. 3. cap. 14. num. 69.*) Pariterque animaduertens, esse etiam graue, vt cum Maiestatis ius, ab ipso ad alios deriuetur, hi fraudetur debito Honore, legitimè, distinctè se habuit, præcipiens, vt dum scripto, verbisve agitur cum Regio Throno, tunc Potestas, & Regia po-

tentia (in quo consistit Maiestas, Bellold. *dissert. de iur. Maiest. in gener. cap. 2. num. 1.* Gutther. *de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 19.*) colatur voce: *De Magestad.*

Dum vero cum his, quibus Maiestatis ius competit, vel per vnionem, vt dum scribitur Principi, aut alijs filijs. De quibus *Glos. 11. & 13.* Vel per communicationem, vt in Supremis Tribunalibus (libellis oblati) Honoretur ius Maiestatis, voce: *De Alteza,* Couarrub. *Tesoro de la lengua Castellana,* verbo *Alteza:* quæ digna est his, quibus non competit directè summa, ac absoluta Potestas ad Maiestatem Constituendam necessaria, Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 10. fol. 233. & 238.* Sed forensium Iudiciorum vsus, ac exercitium, vt eleganter distinxit Pined. *de reb. Salomon. lib. 2. cap. 7. num. 1.*

Y SIN PONER DE BAXO OTRA CORTESIA alguna, firmar la persona que escriuiere la tal carta.

SVMMARIVM.

- 1 *Subscriptio apud Nos: Firma, an sit necessaria in litteris, aut instrumentis?*
- 2 *Subscriptio hominis scribentis Epistolas antiquitus non recepta.*
- 3 *Scribentis nomen, & cui scribebatur, in inscriptione apponebatur.*
- 4 *Inscriptio Decretalium, & legum continens nomina disponentium, & executorum.*
- 5 *Epistole Authographæ erant, 6. vel Holographicæ.*
- 7 *Subscriptio in Epistolis non necessaria, ex l. Cum Tabernâ, §. Idem quæritur, de Pignorib. & Hypothec.*
- 8 *Fides publica in litteris manu propria ex aratis.*
- 9 *Littera Authographica, ac Chirographica fidem faciunt.*
- 10 *Signis, ac Annullis magna fides apud præcos.*

- 11 *Epistolaris subscriptio manu scribentis necessaria ad fidem, 12.*
- 13 *Fides publica in litteris Chirographicis Authographicis.*
- 14 *Sigilla, seu signa interna, vel externa.*
- 15 *Interna ad designandam enixiorem voluntatem.*
- 16 *Vel ad fidem tribuendam litteris scriptis manu aliena.*
- 17 *Signa, seu sigilla externa in Epistolis ad designationem secreti, ne res pateat, ni cui scribebatur.*
- 18 *Signa, ac sigilla contra malitias, & fraudes inducta.*
- 19 *Augustus Primus statuit, vt Acta publica signata darentur.*
- 20 *Augustus ad expeditionem libellorû utebatur sigillo.*
- 21 *Nero ad remouendos falsarios statuit, vt Tabula publica obsignarentur.*
- 22 *Signa, ac sigilla constituta ad cognitionem voluntatis.*

- 23 L. Fideiussor, §. 1. de Pignorib. refertur.
- 24 Diuus Paulus in Epistolis Amanuensium manu scriptis utebatur signo, litterali. Ex Diu. Hieronymo ad veram fidem illarum, 25. In scriptis manu propria Salutatione tantum, 26.
- 27 L. Ad testium, de testament. requirentis in subscriptione testamenti, testium nomina, refertur.
- 28 Subscriptionis Principis in rescripto necessaria.
- 29 Subscriptionis testium necessaria in instrumento à tertio conditum.
- 30 Subscriptionis Patrum in actis Conciliorum necessaria ad illorum cognitionem.
- 31 Subscriptionis nominalis, non accepta inter antiquos, si in inscriptione nomē Principis apponebatur.
- 32 Subscriptionis reuerentialis in Epistolis Imperatoribus scriptis sub his litteris, D. N. M. Q. E.
- 33 Subscriptionis omissa à Rhodijs scribentibus Tyberio.
- 34 Iustinianus scribendo Pontifici, subscribebat reuerentialiter.
- 35 Subscriptionis reuerentialis inducta ante scribentis nomen.
- 36 Subscriptionis reuerentialis recepta in Epistolis Regijs.
- 37 Subscriptionis reuerentialis in Epistolis translata ad priuatos.
- 38 Subscriptionis Epistolares varia secundum qualitatem scribentis.
- 39 Subscriptionis Epistolares inter charos, inter gratos, qualis ex Marziale, & Cicerone.
- 40 Subscriptionis inter amicos: Suo amigo, que sus manus besa.
- 41 Subscriptionis Epistolares Paterna.
- 42 Subscriptionis inter dissimiles: Beso los pies.
- 43 Honor evanuit, cum vulgatur.
- 44 Nomen scribentis tantum sine alia subscriptione in Epistolis Regibus scribendis.
- 45 Dignitas Regalis omnia comprehendit.
- 46 Vox designatiua subiectionis necessaria inter Dominum, & Vassallum non inuenitur.
- 47 Voces adulantium, non inducunt ad Maiestatem.
- 48 Nomina ambitiosa onerosa sunt.
- 49 Reges Augustiores vana nomina contemnunt.
- 50 Alexander opinioni seruiebat Socratis veritate.
- 51 Nero Illustrior Salinatori, eo quod crimen recusauit in Triumpho.
- 52 Subscriptionis in Epistolis Imperatoribus scriptis non apponebatur.
- 53 Subscriptionis manu propria, in contractibus non erat necessaria iure antiquo.
- 54 Subscriptionis manu propria nouo iure necessaria in testamentis, 55. Et contractibus, 56. Si auctum, ut scriptura necessario interueniat.

SVBSCRIPTIO MANU PROPRIA, AN IN
Epistolis necessaria ad fidem? Et quid in instrumentis
publicis Iure Hispano?

GLOSSA NONA.

Magnam quidem, ac involutam quaestionē elucidandam susciperemus (in qua latē animaduertent Claud. Salmaf. de mod. usur. cap. 10. & 11. & in eum Herald. de conscrib. testament.

quem etiam consutauit ipse Salmaf. ut videre licet in specim. consutat. animaduers. Herald.) si ex nostrae legis verbis: *Firnar la persona que escriu. re la tal carta; & ex l. Ad testium, §. Si quis ex testibus, l. Singulos testes, de testament.*

l. Hac

1. Hac cōsultissima, C. eod. §. Sed cum paulatim, vbi Scribētes, Institut. de testam. Nouell. 73. cap. 7. §. 1. l. 1. t. t. 6. par. 6. l. 13. §. 25. lib. 4. Recop. ageremus quærētes, an subscriptio, signū, figillūve (vt voluerūt relati Scriptores) apud Nos: Firma, in litteris, instrumētis tā publicis, quā priuatis necessaria sit?

2 Sed consultō omittimus, cum institutum nostrum tātum dirigatur circa formas Epistolares, vulgo *Cartas*, non instrumētales, ad quod in lege nostra notandum cum *Lyps. Instit. Epist. cap. 4.* in litteris, aut (inquā) Epistolis subscriptionē nominis Scribentis expressiuam, antiquis ignotā fuisse, *Lorin. Comment. in Act. Apostol. cap. 15. vers. 29.* Quod præter tantorū virorum assertionem depromitur ex *Cic Senec. Plin. cæterisque* Scriptoribus Romanis, exque Epistolis ab *Euseb. Cæsar. Niceph. Calixto, Sozomeno, Socrat. & Historia Tripartita* relatis. Vtinam ex eo, quod ad notitiā, & cognitionē in inscriptione, a primordio Mundi per omnes Gentes, & nomen Scribentis, & cui scriberentur imponebatur, vt ex litteris à *Solone, & Philosophis* scriptis notatur: *Solon Pisistrato: Solō Cresso: Chilo Periandro: Periander Proclo: Anacharsis Cresso, & alijs*, à quibus desumptum à Iure-Consultis, Imperatoribus, & Pontificibus, in Legibus, & Canonicis Constitutionibus, in inscriptione scribere, & disponentis, & executoris nomen, vt ex toto Digestorum compendio, Codicis Iustiniiani, & Theodosiani, Decretalique Historia depromitur.

5 Vel quia ad fidē Authographæ erant, *Suet. in August. cap. 71.* vbi *Be-roald. Leuin. Torrēt. Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 2. cap. 30.* vbi *Tiraq. Vel 6 Holographicæ*, vt euincitur ex *Q. Curt. de reb. Alex. li. 7. cap. 2.* Cū enim *Alexander Parmenionem* occidere curasset, illi Epistolas duas per *Polidamantem* misit, vnam manu propria *Alexandri*, alterā *Philote Patris no-*

mine scriptam; & vt illū falleret *Philote* manū imitasse, notat *Rader. explanat in Q. Curt. dict. cap. 2.* Cum ad Fidē nullum signum crederet, nullū sigillum verius esse, *Arnold. Clapm. de Arc. rer. public. lib. 3. cap. 5. Cic. lib. 2. ad Attic. Epist. 23. Nūquā ante arbitror te Epistolā meā legisse manu mea scriptā, Claud. Salmal. latē specim. confutat. in animaduers. Herara. cap. 17.*

7 Ideo Iure-Consultus in *l. Cum Tabernā, §. Idem quasi, de pign. & Hypoth. ibi: Vel Tabula signata non sint*, vbi *Gothofred.* In Epistola nec signum necessariū voluit, nec subscriptionē, cū ex Gentium more insita sit in litteris, illa prima Mūdi simplicitas, quæ pauculis lineis contenta, vnā fidem tutissimū humani Generis pignus credens, *Holographicā*, seu *Authographam* tantum quærebat Epistolam, *Cicer. orat. 21. in Catil. legimus erat scriptū sua manu, Strab. li. 15. Nec testibus indigent, nec sigillis; sed verbis, aut litteris simpliciter credūt absque signatura, & annulo, Plin. lib. 32. cap. 1. Nullosque annulos maior pars Gentium, hominūque etiam, qui sub Imperio nostro degunt hodie habeant, non signet Oriens, aut Ægyptus, etiam nunc litteris contētæ solis, Konan. lib. 9. Comment. cap. 2. n. 3.* vt præter citatos *Cicer. Senecam, & Plinium*, patet ex Epistola scripta à Congregatione Persarum ad *Iosua*, relata ab *Euseb. Nierēb. de Orig. Sacr. Script. lib. 1. cap. 16.* Regis *Salomonis* ad *Vaphrum* Regē *Ægypti*: *Vaphri* ad *Salomonē*, & alijs relatis ab *Euf. Cæsar. lib. 9. præparat. Euang. cap. ult. Pined. de reb. Salom. lib. 5. cap. 1. Alexā dri ad Exules Grætiæ, Diod. Sycul. Biblioth. lib. 18.* Ipsius ad *Olimpiadem* matrē, *Aul. Gel. not. Attic. lib. 17. c. 4.* *Claud. Salmal. specim. confutat. in anim. Herald. cap. 19. ad fin. Vide ad l. 42. à n. 48. & ad l. 44. tit. 25. infra.*

9 Ex hoc profluit regula communis, tradita in *l. Scripturas, C. Qui potiores in pign. habeant.* fidem conferens *Authographicis*, ac *Chirographi-*

phicis litteris, & si absque sigillo, aut signo, l. *Publica*, §. *Titius deposit. Respōdi ex Epistola*, de qua quaeritur obligationem quidē nullam natam videri, seu probationem depositarum rerū, l. *Si ut certo*, §. *Quinimo mandat. l. Seruum filij* 44. §. *eum qui*, de leg. 1. l. *Qui tabulas*, de furt. Modest. in l. *Fideiussor* 26. §. 1. de pign. l. 119. tit. 18. par. 3. Aul. Gel. not. *Attic. lib.* 14. cap. 2. *Is tamen cum suis multis patronis clamitabat probare apud me debere pecuniam datam cōsuetis modis expensatione, mensa rationibus, Chirographi exhibitione, Tabularū obsignatione, Brifon, de formul. lib. 6. Theod. Hoep. de iur. sigillor. cap. 10. num. 21. Couarr. pract. c. 22. per tot. Cujac. l. inter Chartulas 5. C. de conueniend. Fisci debitorib. lib. 10. & Nouell. 73. de instrum. Inmane est Chirographū, quod nullis testibus, nullisve subscriptionibus confectum est, quodque nulla litterarum comparatione cōfirmatur: nō est omnino innane, quod litterarum comparatione confirmatur.*

10 Sed dices, vnde hoc, & quā notat Lypf. de subscriptionū ignorātia apud priscos, si ex Senec. lib. 3. de Benef. ca. 15. habemus: *Annulis nostris, plus quam animis creditur* & Et prater dict. l. *Ad testium*, adductam nu. 1. Gutther. de offic. Dom. August. dict. cap. 35. Salmaf. de mod. usur. dict. cap. 10. & 11. Nouar. elect. Sac. lib. 3. cap. 9. Theod. Hoeping. de iur. sigillor. cap. 1. & 10.

11 In signis, sigillis, aut subscriptionibus fides constituta est publica, ac priuata, taliter, vt litteræ, Epistolæ ne signatæ, aut subscriptæ fidē haud mereātur, Cicer. orat. 21. in Cati in. *Statilius cognouit manum, & signū solum. Ecce po. ca. Tunc ostendit Tabellas Lentulo, & quasiuit cognosceret ne signum, annuit. Et iterum: Vehementissimē perturbatus Lentulus tamen signum, & manum suam cognouit.* Et de Rhodiorum litteris, absque subscriptione traditis Tyberio dicat in Sueton. cap. 32. Philip. Beroald. *Subscriptio, qua nomen mittentis litteras signari solet.* Deque Alexand. & aliorum Gut-

ther. de offic. Dom. August. lib. .cap. 35. *Diplomata, Libellos, Epistolas Sphinge signare dicitur, mos Alexandri nouissimē sua, ceteri Principes subnotabant, id est, verba quaedam sua manu subscribebant, Claud. Salmaf. specim. confutat. in animaduers. Herald. dict. cap. 19.*

12 A quo receptum ad fidem rerum, vt subscriptio nominis expressiua in fine litterarum manu propria exaretur, vt patet ex edicto Resuinthi Regis, relato in Conc. Tol. VIII. per hæc verba: *Flavius Resuinthus Rex, hanc fidei, & bonæ voluntatis meæ deliberationem manu mea subscripsi. Et in Concil. Toletan. XII. in alio Eruij: Item subscriptio prædicti Principis manu sua exarata. Inque lege ab ipso Rege relata in ipso Concil. XII. In nomine Domini Flavius Eruius Rex, hoc legis nostra Edictum in confirmationem huius Concilij promulgatum subscripsi. Et in alia Concil. Toletan. XIII. in qua, & si in Inscriptione nomē Regis adesset, infine adest subscriptio: Rex Eruius.*

13 In cuius obiectionis repulsam notādum est, inter Gentes à prima Mundi ætate fuisse fidem absolute cōcessam Chirographicis, Authographicis, seu Holographicis litteris, vt ex Q. Curt. retulimus n. 6. & testatur Perer. in Gen. c. 41. v. 36. n. 17.

14 Sigilla vero, seu figura dupliciter sunt recepta, vel interna in ipsa litterarū serie; vel externa ad cognitionē illius, à quo scripta sunt, vt de litteris filiorum Marci Bruti euincitur, Dion. Halic. lib. 5. *Simul atque dies illuxit, cū ascenso Tribunali Epistolas cōiuratorū perlustraret, vbi filiorū litteras primū ex vtriusque sigillo, deinde post avulsa signacula etiam in manu agnouit. Quod inductum in interna signatione, seu subscriptione, ad designandā enixiorē voluntatem, cōsensum, seu approbationē signatæ rei, Liu. lib. 7. Decad. 4. Polixenidas sua manu scripsit, se ea quæ pollicitus esset facturū, signoque suo impressas Tabellas misit, eo vero pignore, veluti authoris ratum sibi prodito rē ratū,* Perer. dict. vers. 36. 16 Vel

16 Vel ad fidē tribuēdam litteris, seu mandatis aliena dispositione, & manu, sed tamē nomine Principis cōstitutis, vt de annulo tradito Iosepho à Pharaone, Genes. cap. 41. vers. 42. Perer. Guillielm. Hamn. De litteris Iezabelis scriptis de morte Naboth, 3. Reg. cap. 21. De annulo Marcelli Consulis ab Annibale posito, Liu. Ioan. Corra. l. 2. §. & vt obiter, de orig. iur. De Sphinge Alexandri, Gutther. relatus nu. 11. Claud. Salmaf. specim. consutat. in animaduers. Herald. cap. 17.

17 Externa sigilla, seu signa accipiuntur ad designandum secretum rerū signatarū, vtque intacta sint omnia sub sigillo contenta, ne ab alio dignoscantur, ni cui remittuntur, vt dixim. Glos. & notant Thesaur. quæstionū Forens. quæst. 100. Nouarin. elect. Sacr. lib. 3. cap. 9. & ex Polidor. Virg. & alijs post Perer. in Genes. c. 41. vers. 36. num. 19. Theod. Hoeping. de iur. sigillor. cap. 1. §. 3. ex num. 27.

18 Non vero, vt fides absolutē penderet à signo, subscriptione, aut sigillo. Nam & si in secunda Romanorum ætate ad authoritatem, & fidē etiam publicā, atque vitandas hominū fraudes, quas antiquata simplicitate, prima induxerat malitia, signa, 19 atque sigilla laudata sint, ac recepta, constituente Augusto, vt omnia acta publica signata darētur, l. 2. §. & vt obiter, de orig. iur. vbi Corra. Carranc. de part. cap. 2. §. 1. num. 242. 20 ad sui exemplar: Cum ad expeditionem Libellorum, & Epistolarum illo sigillo vteretur, de quo Sueton. in eū, cap. 50. vbi Cassaub. Leuin. Torrent. Philip. Beroald. & notauimus n. 11. Hoeping. de iur. sigil. cap. 2. n. 92. Gutth. de offic. Dom. Aug. lib. 1. cap. 35. 21 & Nerone, vt in eo Suet. cap. 17. ad remouendos falsarios: Ne Tabulle, nisi pertusse, ac terlino perforamine traiecto obsignarētur. Ex quo desumpta, l. Ad Testium, de testam. l. Hac consultissima, G. eod. l. 1. tit. 1. par. 6. Franc. Hotoman. lib. 1. obseruat. cap. 20. Cujac.

lib. 4. obseruat. cap. 120. Robert. lib. 2. receptar. sententiar. cap. 21.

22 Ex eo autem Authographi, Chirographi fides haud euauit: immò cum sigillum, signū, subscriptio, sigillareque, signare, & subscribere quærerētur ad cognitionem voluntatis, nec quid aliud desideretur ex eis, vt per tot patet responsa Iuris-Consultorum, Imperatorum edicta, cōdita in sigillorum laudem; de quo Hoep. de iur. sigil. Salmaf. de mod. usur. cap. 10. & 11. Nouar. elect. Sacr. dict. cap. 9. Thes. dict. quæst. 100. Brisson. de form. lib. 6. fol. 512. Kirn. de offic. magn. 23 Cancel. Authographum præstare signo; Chirographum sigillo fateor, vt expressē Iuris-Consultus in l. Fideiussor, §. 1. de pign. & Hypothec. Pater Seio emancipato filio, facile persuasit, vt quia mutuam quantitatem acciperet à Septimio creditore Chirographū præscriberet sua manu filius eius, quod ipse impeditus esset scribere, sub cōmemoratione Domus ad filium pertinentis pignori dandis: quærebatur, an Seius inter cætera bona, etiam hanc domum iure optimo possidere possit, cum patris se hereditati abstinerit, nec metueri ex hoc solo, quod mandante patre manu sua præscripsit instrumentum Chirographi, cum nec consensum suum accommodauerat patri, aut signo suo, aut alia Scriptura. Modestinus respondet, cum sua manu pignori domum suam futuram Seuis scripserat, consensum ei obligationi disse manifestum est.

24 Præcipuè in litteris, vulgo, Chartas, vt præter dicta ab Hoeping. Nouar. & alijs, euincitur ex D. Pauli Epistolis. Inscriptis enim amanuensium ministerio, vt fuit ad Romanos, vtebatur signo, non annullari, sed litterali manu propria exarato, de quo Epist. 2. ad Thesalon. cap. 3. Salutatio mea manu Pauli, quod est signū in omni Epistola gratia Domini Nostri Iesu Christi cum 25 omnibus vobis. Amen. Quod factum notat D. Hieron. vt refert Loria. in Act. Apostol. cap. 15. vers. 13. vt Chirographo submoueret suspicionem. In

26 vero scriptis Holographicæ signo non utebatur, vel subscriptione, sed salutatione ordinaria, vt ex *Epistola ad Theosal. cap. 6. Gratia tecum, 2. cap. 4. Gratia vobiscum.*

27 Nechis etiã, & notatis à Lypf. obfata videntur, *diçt. l. Ad testium, de testam. ibi: Si quis ex testibus nomẽ suum non adscripserit, l. Singulos, eod. tit. vbi subscriptionem Iuris-Consulti expressiuã nominis scribẽtis requirũt. Et l. 3. C. de diuers. rescript. In qua etiã*

28 manu propria subscribi mandata rescripta ab Imperatore notatur. Nam vere dicendum est cum Lypfio, subscriptionem receptam apud Nos, apud Priscos ignotã fuisse; sufficereque ad fidem, vt instrumentũ, vel Epistola Autographa esset, vt expressè Iuris-Cõsultus in *diçt. l. fideius. §. 1. de pign. & Hypothec. relata n. 23.*

29 Cum & si in *diçt. l. Ad testium,* nominis subscriptio in testamentis necessaria sit. Et in *diçt. l. 3. C. de diuers. rescript.* mentio de subscriptione fiat: attamen non ex eo dicendũ subscriptionem receptam olim fuisse, qualem apud Nos: *Firma.* Subscriptio enim à Iure-Consultis præscripta in *diçt. l. Ad testium,* eo præcepta, quia testamentum à Tertio condebatur, & de persona testium aliter, ni illius expresso nomine cõstabat: quod euincitur ex 30 antiquo more instrumentorum, Actorumve; Præcipuè Conciliorũ: In Generali enim, aut Prouinciali; cum absolutè res agerentur nomine Ecclesiæ, nec de Patribus ad id congregatis notitiã aliter haberi posset, ad illorum cognitionem subscriptio imponebatur, vt ex omnibus Cõcilijs patet; præcipuè Hispanis, collectis à Loais. *Collect. Cõcil. Hispan.* Dum vero instrumenta edita nomine Principis, vel Epistola alicuius proponebatur, 31 subscriptio non interueniebat, quia nomẽ ex inscriptione dignoscebatur, vt videre licet ex Epistolis Montani Palentini Episcopi relatis in *Conc. Tolet. II. Recifuint. Tolet. VIII.*

Edicto Eruiigij Regis, *Cõc. Tol. XIII. Placito Iudæorum, relatis à Loais. in not. ad Concil. Tolet. IX. fol. 475.* Sed cũ distinctione; nã si manu propria exarabatur nomen in inscriptione, ad fidem manus scribentis erat; si vero manu aliena, sicuti in testamẽto, necessaria erat subscriptio nominis testiuã propria manu exarata, sic in Libello, Epistola, aut Rescripto, vt de subscriptione Imperatoria disposuit, *diçt. l. 3. C. de diu. rescr.* Illo signo, quo utebatur, vel alio simili litteraliter appositõ manu ipsius Imperatoris, quo vsus fuit D. Paul. in præallegata *Epist. n. 24.* Et patet in *Nouell. Theod. lib. 1. tit. 20. de redd. iur. armar. & tit. 25. de Prætor. solid. Et manu Diuina proponatur amãtissimo nostro Populo Romano. Et 24. de Episcop. Ordin. Et manu Diuina, Diuinitas te seruet per multos annos, Parens Charissime. Et lib. 2. tit. 3. de homicid. casual. seu voluntar. fact.*

32 Quibus prælibatis, inhærentes verbis legis nostræ: *Sin poner debaxo otra cosa. firmar,* notandum est cũ Lypf. *diçt. c. 4.* Quod & si subscriptio nec vsitata inter Priscos, nec recepta fuerit, receptũ tamẽ fuisse in Honorẽ obsequiũ, & reuerentiã Maiestatis; vt vbi Nos subscriptionẽ: *Firma,* exararentur hæ litteræ D. N. M. Q. E. quæ continebant: *Deuotus Numine, Maiestateque Eius. Turtur. de Nobil. Gẽtil. lib. 2. cap. 9.* (sicuti & in imaginibus, statuis, Marmoribus, Sepulchris feruatũ denotant relata ab Ambr. de *Moral. Hist. Gen. lib. 9. cap. 49. fol. 329. & lib. 10. cap. 1. fol. 332. & ca. 34.*) vel aliud votum, vt de Epist. Plin. ad *Trajan. lib. 10. Epist. 1. patet, & notat Brisson. de formul. Roman. lib. 8.*

33 Quod Honorificum, seu reuerentiale obsequium credo fuisse illud omissum à Rhodijs in Epistola mussa Tyber. de qua Suet. *cap. 32.* ad quod subscribendum eos euocauit, vt euincitur ex Dion. *lib. 57. Histor. Denique tanta utebatur clementia, vt cum aliquãdo Rhodiorum. Magistratus*

data ad eum Epistola, non subscripserunt illud consuetum, quod vota ipsi fecerunt, celeriter eos excitos, quasi male multatos, cum id, quod deerat adiecissent, inanes dimisserit. Et animaduertit Casaubon, animaduers. in Sueton. lib. 3. in Tyber. dict. cap. 32. Brisson. de formul. Romanor. lib. 8. non subscriptionem expressiuam nominis scribentis Epistolam, ut voluit Philip. Beroald. traditus glos. 6. quia verè illa in vsu non erat.

34 Quam subscriptionem (inquam) invenimus post Tyberium, & Imperatores alios, receptam à Iustiano in Epist. ad Ioan. Pontificem, in l. Inter claras, G. de summ. Trinitat. & Fid. Cathol. vbi subscriptio: Deitas te conferuet per multos annos, Sancte, atque Religiosissime Pater, Brisson. de formul. lib. 3.

35 Sed cum illa formula reuerentialis subscriptionis (mutato scribendi ordine) mutata non fuerit: immo & si nomen scribentis, quod priscis non inferuiebat subscriptioni, nouiter inferuire cepit: reuerentialis subscriptio inter Epistolam, & Chirographum in vsu permanfit, ut videre licet ex Epistola ad Regem Francorum, relata à Greg. Turon. Histor. Francor. lib. 9. cap. 41. Peculiaris vester Aetherius: Cliens vester Hesechius: Cultor vester Urbicus: Venerator vester Veneranus: Familiaris vester Felix: Humilis, atque Amator Felix: Humilis, atque obediens vester Bethobamanus.

36 Quem morem receptum ab omnibus, ad Nos, etiam pertransisse euincitur ex Epistola Philippi I. ad Catholicum Regem, Zurit. tom. 6. Annal. lib. 2. cap. 24. & lib. 7. cap. 5. De V. A. mas humilde, y obediante hijo, que sus manos besa. Magni Ducis Gundisalui Corduensis ad ipsum lib. 7. cap. 6. De V. A. mas humilde seruo, que sus pies besa. Antonij Leiuæ ad Carolum V. Imperatorem, Sandou. Histor. Caroli V. lib. 17. cap. 18. De V. Mag. humilde vassallo, y seruidor, que sus Imperiales pies besa.

37 Sed cū, etsi (ut decens erat) hoc reuerentiale, ac Honorificum obsequium Regale priuatiue sit: aliquorum tamen ambitione, Steph. Guac. de Ciuil. conuersat. lib. 1. fol. 110. aliorum amore, Ioan. Bulcher. dict. tract. de conscrib. Epist. de Salut. aut miseria, cum ut Plin. in Panegy. Alij Domini, alij serui videbantur; commune, 38 effectum fuerit, ut inter corpus Epistolæ, & Chirographum, seu Firma, aliquid amoris, bencuolentiæ, aut gratitudinis exararetur, Ioan. Bulcher. de conscrib. Epistol. de Salut. fol. 235. & 239. Lorin. comment. in Act. Apostol. cap. 15. vers. 29. & patet ex Epistolis Petrarchæ, ex Epist. 2. familiarib. Fr. Anton. de Gueuara, ac relatis à Fr. Luca de Montoya, Chron. de el Orden de los Minimios, in fine. Quod de sua ætate meminit Marcial, lib. 14. Epigram. 11.

Seu leuiter noto, seu charo missa sodali
Omnes ista solet Charta vocare, suos.

39 Vbi latè ex Plin. & Cicer. Rader. dict. lib. 14. Epigra. 8. in quibus etiam post Epistolæ conclusionem, postque Vale, aliquid apponebatur designatiuum amoris.

Ne tibi sem mea lux aque cã seruida cura

Proper. Eleg. 15.

Nunc ad te mea lux veniat, tibi litore
Nauis seruata.

Marcial, lib. 1. Epigram. 69.

Scriberet externa Patri cum luce Salutē
Neuia lux, inquit, Neuia lumen, Aue.

Aut gratitudinis, ut de inscriptionibus, Cicer. Epistolar. lib. 8. Epist. 21. C. Ful. Tyroni, suo Dulcissimo, & lib. 14. Epist. 14. Tullius Terentia sua. & Pater Tullia duabus animis suis. Et Cicer. Matri Optima, & Suauissima Sorori,

lib. 15. familiar. Epistol. Epist. 2. Tu veltim, vt consueuisti nos absentes diligas, & defendas. Et lib. 14. Epist. 15. Vos mea suauissima, & Optatissima Terentia, si nos amatis, curate, vt valeatis, Sydon. lib. 8. Epist. 14. D. Ambros. lib. 2. Epist. 14. Vale Soror. Et lib. 3. Epist. 21. Vale, frater, & nos dilige.

40 Apud Nos enim more cōmuni subscribitur inter æquales: *Su amigo mas aficionado, que sus manos besa.* De quo plura Erasm. de ration. conscrib. Epistol. cap. Noua Salutandi forma, Theodor. Beierlinch. Theatr. vit. human. litt. E. verbo Epistola, versic. Interdum, cum adiecto, mi Amice. Ortum ex illo, quod Salutatio per osculationem manus recepta ad conciliationem animorum, designationem charitatis, ac beneuolentiæ, vt latè Glos. 6. Plin. lib. 28. cap. 2. Tertulian. Apolog. cap. 16. Gasp. Sanch. 3. Reg. cap. 19. vers. 18. num. 59.

41 Inter Parentes, Erasm. dict. tract. cap. Cognatorum, & Affinium Epistola: *Su mas humilde hijo.* Vel quid aliud ad id acceptum, Plaut. Bachid, Act. 4. Scen. 4.

..... *Salutem tuo Patri verbis tuis.*

Lypf. Instit. Epistol. cap. 4. *Mi Amice, mi Suauissime.*

42 Inter Dissimiles, cum Amicitiae locus non sit, & habeant suã verba miseri, Plin. in Panegy. *Beso los pies,* addito: *Seruidor, ò Criado,* Erasm. de ration. conscrib. Epistol. cap. De Salut. Ita se se parili venustate deiciunt, atque extenuant Seruidos à pedibus, utilissima mancipia eius, cui scribunt appellantes, Restaur. Castald. de Imperat. Roman. quest. 63. num. 12. Gueu. Epistol. famil. par. 2. letra al Obispo de Palencia: *El estilo de la Corte es dezirse vnos à otros: Beso las manos de V. m. Otros dicen: Beso los pies à V. S. Otros dicen: Yo soy seruo, y esclauo perpetuo de vuestra casa.*

43 Quod cognoscentes Reges

nostri, ex Tacit. lib. 4. Annal. edoctis euanuisse scilicet reuerentiales Honores cū vulgarètur, & Gueu. Episcopi mentem: *Mas dezir: Besos las manos, besos los pies, ni se deue dezir, ni menos consentir.* Iustè in lege nostra constituerunt, vt in Epistolis ipsis scribendis nihil apponatur in subscriptione; sed nudum scribentis nomen. Tam ex eo quod subditi in suum

44 ne; sed nudum scribentis nomen. Tam ex eo quod subditi in suum

45 Principem nulla egeant formula designatiua subiectionis; sed sufficiat ipsa Dignitatis, & status prerogatiua, ita vt ea expressa, exhibiti omnes

46 debiti Honores ceseatur, Steph. Guacin. de Ciuil. conuers. lib. 1. Quam quod in tota Aulicæ ambitionis doctrina, nulla est vox significatiua necessarij Politici obsequij inter Dominum, & vassallum.

47 Nec vere ad Regum Maiestatem inducunt appositæ in Epistolis ambitiosæ, ac ceremoniosæ adulantium voces, Ossor. de glor. lib. 1. *Quid denique miserius, quam in ornamentis insania populi concessis, aliquod præsidium constituere?* Illarum abdicatio

48 vt nostra lex præscribit, quia onerosæ, Lamprid. in Seuer. *Hac enim nomina insignia onerosa sunt; illis illustrior, Cicer. lib. 1. Epist. 12. ad Planc. Quæ habent speciem gloriæ collecta ex inanissimis splendoris insignibus contenta breuia, fugatia, & caduca existima.* Plin. in Panegyric. *Nam cum nihil ad fastigium superest, hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat seruus magnitudinis.* Vt de Alexandro Seuero notauit Lamprid. *Multo clarior visus est alienis nominibus non receptis, quam si recepisset.*

49 Augustiores dico censendos Reges, dum legali modestia ducti contempta vanitatis reuerentia humana ornamenta non requirunt, Ossor. dict. lib. 1. in litteris; sed veritatem, & nomen Scribentis, vt de Soso crate notauit Ossor. act. lib. 1. Illum Illustriorem Alexandro, dicens, eo quod iste opinioni seruebat, Ho-

nones aucupans hominum: ille dominabatur omnia contemnens, ad rectam rationem vitæ consilia referens Cicero. *Epist. l. 2. Verum decus in virtute posita sit.* Vt de Claudio Neroni currum recusanti in triumpho Asinubalis, & si in eo veheretur Lutus Salinator, notat Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 4. Sine curru ergo triumphauit, ut eo clarior quod illius victoria tantummodo laudatur huiusmodi ratio.*

52 Ex quo antiqui Scriptores cum agnoscerent Maiestatem, & gloriam pendere ex se ipsa, non à vano loquo adulantium dictorio. Et si in familiaribus Epistolis formulas istas imponeret: *Tuus; tuus totus; totus municipio.* Et alias Ioan. Bulcher. *fol. 340. Rader. in Marcial. dict. lib. 14. Epigr. 8. Laurenc. Beierlinch. theat. vit. human. litt. E. verbo Epistola.* Dum tamen Plin. *Trajanolb. 10. Symmach. Theodos. lib. 10. Epist. 15. D. Ambrosius Magno Theodosio scribebant, ob maiorem in eo reuerentiam, nec Vale apponebant, quia apposito nomine Scribentis, Valedictio natiua, ex Iure Maiestatico, ut dixim. Glos. 6. comprehensa habebatur.*

53 Illa equidem, quæ de subscriptione Epistolari, diximus, in instrumentis; iure nostro, publicis limitantur, cum in eis iam iam absolute partis subscriptio, vulgò *Firma*, & ad fidem, & ad vim, & obligationem, & actionis ortum, & productionem necessaria, & pro forma habetur, & aliter facta pro nullis habentur, ut de testamentis, *l. 1. & 2. vbi latè Gregor. Lop. tit. 1. par. 6. l. 3. Taur. vbi scribentes omnes, l. 1. & 2. tit. 4. lib. 5. Recopil. vbi Matienç. glos. 1. num. 7. & 8. & glos. 2. Auend. cap. Prator, par. 2. cap. 16. ex num. 2. De quo latè Capic. Latr. consult. 141. per 55 totam. De contractibus. Et si iure Parutarum, instrumenta absque partis subscriptione facta vim habuissent, *l. 113. tit. 18. par. 3. Gregor. Lop. dict. l. 2. tit. 1. par. 6. sufficeret-**

que testium adfidentia, & Notariorum fides; nouè constitutum est, ut in omnibus *Firma*, seu subscriptio contrahentium ad euitandas fraudes, subdolasque negotiantium fraudes necessario imponatur, *l. 13. tit. 25. lib. 4. Recopil. vbi Azeued. præcipue ex num. 41. Auend. dict. cap. 16. num. 2. Ioan. Oros. ad leg. Tabular. ex num. 55. de edend.*

56 Quod intelligendum secundum dispositionem, *l. Contractus, C. de fide instrum. Laudatam in l. 6. tit. 5. par. 5. quam exponit ex Bald. & Salicet. Gregor Lop. sub illa recepta distinctione, si actum est, ut aliter contractus non valeat, ni interueniente scriptura, Bart. dict. l. Contractus, Azeued. l. 2. tit. 16. lib. 1. Recopil. Gutier. Prast. lib. 5. quest. 94. num. 90. & de Ganell. quest. 17.*

S V M M A R I V M.

- 1 **O** Rdo litteræ in Honorarijs attenditur.
- 2 Primogenitus Regis prius scriptus in lege.
- 3 Vxor Regis decoranda iisdem Honoribus, quibus Rex.
- 4 Primogenitus Regis prius Honorandus, quam Regina.
- 5 Rex duplices qualitates habet, naturalem, & Regiam.
- 6 Regia qualitas excellentior est, quam naturalis.
- 7 Regis munus est agere pro bono communi.
- 8 Ac prospicere pro Regia Dignitate, omissa propria utilitate, 9. suorum, 10. & amore maritali, 11.
- 12 Pater potest occidere filium, pro bono communi.
- 13 Maiestatis conseruatio pertinet ad Regis officium, 15. & 17.
- 14 Ad salutem Populi.
- 16 Honor debitus Regibus, non est de suo Patrimonio, & 34.
- 18 Alexander Magnus offensus à Dario, ex quo Honorem ei debitum omisit.

- 19 L. 1. de Postuland. ponderatur.
 20 Honor Dignitati, Maieftatique debitus, præferendus reuerentiæ paternali.
 21 Primogenitus Regis Vicarius Dei futurus, 22. ex quo ei debentur Honores, & 29.
 23 Rex nõ potest in Honorabilibus præferre uxorem filio.
 24 Filius in Honorabilibus præfertur.
 25 Rex Pater est Reipublicæ.
 26 Honor debitus uxori.
 27 Honor debitus filijs, descendit à Iure naturali.
 28 Filius in concursu necessitatis, præferendus uxori.
 30 Iacob adorauit Ioseph filium Iuua, ratione Dignitatis, & Potestatis. Et quo modo? 31.
 33 Honores prius exhibendi bis, in quibus versatur publica utilitas.
 35 Honores Regni, ex legibus Gothorum, tantum competunt ex Regia stirpe descendentibus.
 37 Filij Regum in Honorabilibus præferuntur uxori Regis, & 38. Excellentioribus Constitutionibus, 39. & legibus Gothicis.
 40 Gothi, electione conferebant Regnũ.
 41 Honores, ex lege Regia competentes Regibus, incommunicabiles sunt uxoribus;

PRIMOGENITVS REGIS. IN OBSE-
 quialibus præfertur Reginae.

GLOSSA DEZIMA:

SAnè, cum didicissimus ex Iuris-Consultorum respõsis, ac Doctorum placito: Quod ordo litteræ maximam vim habet in rebus Honorarijs, l. Quoties, de usufruct. l. Cum pater, §. penult. l. Si quis seruum, §. Si inter duos, de legat. 2. l. 1. de Albo scriben. glos. in Clement. 1. de Baptism. Bald. Authent. Hoc amplius, num. 22. C. de fideicom. & l. cum quidam, num. 3. C. de verbor. signif. Gerard. locis legalib. loc. ab ordine litter. mandan. Albenf. conf. 556. volum. 2. Gamma decis. 1. num. 4. Franch. decis. 138. num. 1. Ioan. Franc. Ponte conf. 14. num. 58. Caud. decis. 4 Tyber. Decian. resp. 49. num. 26. volum. 2. & respons. 19. n. volum. 3. Menoch. conf. 902. Valdes, de Dignit. Reg. cap. 2. Pacian. de probationib. lib. 2. cap. 25. num. 8. Mascard. concl. 1234. Bessold. de præced. session. cap. 3. num. 3. Modest. Pistor. conf. 51. Ioan. Lymn. de iur. publ. lib. 4. cap. 9. num. 47.

2 Cũque nostræ legis verba prænotarem, ibi: *Que la misma forma se*

tenga, y guarde con los Principes, &c. Et versiculi sequentis: *Que con las Reynas de estos nuestrs Reynos se tenga la misma orden, y estilo, que con los Reyes,* videremque in ordine litteræ, prælatum fuisse Principem uxori Reginae, in dubium veni: quo iure, quaque ratione præfinita hæc prælationis prærogatiua Primogenito, contra antiquam formã à Concil. Tolet. XIII. 3 Can. 4. & Concil. XVII. Can. 7. statutam, obseruatamque tit. 6. par. 2. prius constituentem de Honore Reginae exhibendo ratione vnitatis, societatis, ac connexionis maritalis. De quo latè post adducta glos. l. 1. & 2. tit. 7. l. 1. tit. 14. par. 2. *Con todas las otras cosas deuen honrar, è guardar à la Reyna, como al Rey,* eleganter D. Ioan. Solorzan. de Parricid. lib. 2. cap. 13. *En innixã, quod charitas, ac maritalis amor sic omni iure præcipuus est, vt etiam paternalem obligationem vincat, præferaturque omnibus in omnia,* Genes. cap. 2. Matth. cap. 19. Perer. in Genes. lib. 4. cap. 2. vers. 24. num. 219.

4. Sed cum diu ageremus in hac re (& si fallaci iudicio) credidimus iuste à Nostro Rege, prius de Honore exhibendo Principi cautum, quam de reuerentia Reginae debita, ad idque Supremis, Politicis rationibus, ac Iuridicis motum fuisse, Summoque Maieftatis Arcano.

5. Et, vt hoc innotescat; Primo notandum est, quod in Rege duplex qualitas inuenitur, naturalis, & accidentalis, vt post Caietan. & Bellarmin. adducti, de leg. Politic. lib. 2. cap. 7. num. 49. & 56. deducitur l. 1. de Postul. cap. Si quis ab Episcopo, ubi gl'f. verbo Cōuitij, 2. quæst. 7. Oldrald. conf. 7. Menoch. conf. 303. num. 6. Petr. Gregor. de Republ. lib. 8. cap. 3. Restaut. Castald. de Imperat. quæst. 40. num. 3. Ioan. Lymn. de iure public. lib. 2. cap. 10. n. 6. Diximus Examen de la Verdad, tract. 1.

§. Naturalis, scilicet, ex qua mortalis homo, Sapien. cap. 7. Accidentaliter vero, ratione Dignitatis, ac Potestatis à Deo, & Populo concessæ ad bonum commune, Sapien. cap. 9. Vt disponat Orbem terrarum in æquitate, & iustitia, l. 5. tit. 1. par. 2. Diximus de leg. Politic. lib. 1. cap. 7. a num. 1.

6. Secundo, quod & si accidentaliter censeatur Regia qualitas, adhuc tamen ob excellentiam, sic præstantior est Cōcil. Toletan. III. in princip. in Collect. fol. 214. Nam sicut in rebus humanis gloriosius eminent Potestas Regia, Ostor. de Reg. instit. lib. 1. Diximus Nuacion Real, cap. 3. Exemplo picturæ, l. 9. §. 2. de rer. diuis. §. Si quis in aliena instit. eod. tit. Vt ad se trahere debeat omnes Regis actiones etiam naturales.

7. Ex quo ab omnibus receptum, vt prima Regis cura sit agere pro communi bono, l. 9. tit. 1. par. 2. Sic Recharedus in princip. Concil. Toletan. III. in Collect. Loays. fol. 199. Dominus Deus Omnipotens pro utilitatibus populorum Regni nos culmen subire tribuerit. Flavius Cintila in Concil. Toletan. V. vt Loayl. fol. 381. Cum

boni Principis cura omnino nitatur vigilantia prouidere Patriæ, Gentisque suæ 8. conmodo de pro Regia Dignitate profpicere. Exortat ad Princip. alias via Regia, apud Loais Collect. Concil. fol. 34. Superest, vt hæc ipsa Regalia, qua percipisti bona à Domino munera sollicitè salua custodias, & operibus pariter moribusque defendas, Valer. Maxim. lib. 5. cap. 6. Cicer. li. 3. officior. Hieron. Ostor. de Reg. instit. lib. 4. Hoc autem in vniuersum quod ius Diuinum, & humanum, & vniuersa natura postulat constantissimè retinendum est, vt semper commune bonum priuatis commodis præferatur.

9. Postposita naturali qualitate etiã propriæ conseruationis, vt de Epaminonda Thebanorum Rege, quem dicere solitum, notat Iustinus: Se Patriæ gloriam, non propriam quæsisse, quod secuti fuere Decius, Liu. lib. 8. & P. Decius Liu. lib. 10. qui in bello Latino, & Gallico pro Patriæ, ac Dignitatis Honore se deuouerunt, Cumulat exempla, Solorz. de Parricid. lib. 2. cap. 6. ex litt. N.

10. Postposito etiã filiorum suorum amore vt Lucius Brutus, Valer. lib. 5. c. 8. Tit. Liu. lib. 2. Luc. Flor. lib. 2. c. 9. Diu. August. de Ciuit. Dei, cap. 16. lib. 3. Manlius Liu. lib. 8. Sanguine filiorum Romanam Maieftatem firmantes. Diximus Examen de la Verdad, tract. 1. §. 11.

11. Ac etiam maritali chaaitate, & amore, vt de Adriano Cæsare, refert Petr. Crinit. lib. 2. de honest. discipl. cap. 4. Non pertinere ad Principum Dignitatem, atque fortunam amori amplius, quam virtuti concedere. De quo passim Scribentes Philip. Camerar. oper. successu. par. 2. cap. 45. Ioseph. Steph. de vnic. Relig. cap. 1. Menchac. Illustr. lib. 2. cap. 1. num. 10. Solorz. de Parricid. lib. 2. cap. 4. Doctif. Petr. March. concord. Sacord. lib. 2. cap. 10. num. 1. Mendoc. Viridar. lib. 5. Problem. 57.

12. Ex ea origine orta fuit dispositio, l. 8. tit. 17. par. 4. statuens: Siendo el padre cercaao en algun Castillo, que tuuiesse de Señor, si fuesse tan custado

de fame, que no ouiesse al que comer, puede comer al fijo, sin mal estança, ante que diesse el Castillo, sin mandado de su Señor, vbi Gregor. Lop. verbo Puede comer al fijo.

13 Quæ omnia ei inniuntur principio, quod cum inter alia, quæ ad cõmune bonum Reipublicæ pertinent, Principatum teneat decor Maieftatis (omissis, quæ latè scripsit Stephan. Gratian. *disput. Forens. cap. 284. Mar. Giurb. conf. 38. num. 23.*) Cum sit res, quæ tantum cæteris præstat, quantum Honor omnibus humanis rebus excellit, D. Thom. 2. 2. *quæst. 73. art. 3. De ea (Maieftate scilicet) sic curandū, tanquam in ea consistat populi salus, Bessold. de præced. sess. cap. 3. num. 8. Quod cognitum à Hieron. Osfor. sic suo loquitur Principi, dict. lib. 4. Primum quidem muneris amplitudo, vt enim nullā est in vita amplius, & magnificentius, ita nullum est maiori, cura studio, sollicitudine procurandum.*

14 Ex hoc principio, à quo ortus honor superioribus debitus, D. Petr. *Epist. 1. cap. 2. Regem Honorificatæ, D. Paul. ad Timot. cap. 1. D. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 3. March. concord. 15 Sacerd. dict. cap. 10. num. 4. Scriptores magnopere commendāt Regibus, vt summe agant, circa conseruationem Honorum debitorum Maieftati, Concil. Toletan. VI. *Can. 13. vtque impollutè seruentur, latè ex D. Thom. & alijs Vald. de Dignitat. Reg. in Proem. ex num. 1. cum sequentib. Petr. Gregor. lib. 8. de Republ. cap. 3. cum nec tantum ipsius Regis causa concessi, sed ad decorem Regni, ac Reipublicæ, cuius principaliter auctoritas versatur in ipsa Regiæ Maieftatis reuerentia, Adam Contz. Politic. lib. 7. cap. 4. Bessold. dissert. de Maieft. in gener. cap. 1.**

16 Qui eod. cap. 1. nu. 7. tenet, iura Dignitatis, & Honores Regios, sub Regum Potestate non esse: ideo rectè, ac legitimè agere, qui suis Dignitatibus competentes seruare

incolumes omni modo student, Tyber. Decian. *conf. 7. num. 2. lib. 3. Menoch. conf. 51. num. 1. & conf. 126. n. 1. & conf. 902. num. 1. Gracian. & Giurba, adducti num. 13.*

18 Quæ omnia iuridicè ab Scriptoribus laudata singulariter comprobantur exemplo Magni Alexandri; misit enim ad eum Epistolam Darius, omisso Honore debito Maieftati. Quid enim ab eo factum? Audi ex Quint. Curt. *lib. 4. ibi: Littera à Dario reddentur, quibus vt superbe scriptis vehementer offensus est, præcipere eum mouit, quod Darius sibi Regis Titulum, nec eundem Alexandri nomini adscripserat. Quod explanans Rader. cap. 1. Et hoc omnium Regum, & Principum ingenium est, vt attentissimè legant Titulos sibi debitos, vel impertitos exautorari se putant, cum iustum sibi Titulum non adscriptum vident: nec minus pro Titulis, quam ipsis Regnis bella suscipiunt.*

19 Quod à Romanis Magistratibus cognitū; tutum scilicet, ac impollutū esse debere Dignitatis Honorè Supremum, nullāque ob causam labefactandum, ad illius decorem, vtque conseruaretur prætoriam Dignitas, in qua Reipublicæ Maieftas sita est, *l. Si familia, de iurisdict. omn. iudic.* Ne minueretur aditu omnibus ad illam concesso, Titulum proposuerunt de Postulando, formula cõstituta, his, qui postulare poterant, cæteris exclusis, quod factum fuisse, notat *l. 1. de Postul. Suaeque Dignitatis tuenda, ac decoris sui causa.* In qua notandum prælatam fuisse decori proprio personali Prætoriam Dignitatis prærogatiuam; quod legitimè constitutum fuit, quia in Dignitate versabatur Reipublicæ Honor primum locum tenens absolutè, vt dicto Quinti Fabij Maximi comprobatur, qui iussus à filio, Consulatum agente (etiam vigente paternali obsequio) vt descenderet ab equo, quo vehabatur, illum laudauit tamquam retinentem Honorè Imperij, &

& Reipublicæ sibi commissum, Aul. Gel. not. Atticar. lib. 2. cap. 1. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2. Ioan. Oros. ad l. Si familia, num. 9. Steph. Gracian. dissect. Forens. dict. cap. 284. Giurb. dict. cons. 38. num. 23. Perer. in Genes. cap. 47. vers. ult. num. 27.

21 Hinc profluit nostræ legis dispositio. Nam cum Primogenitus Regis futurus sit Regni successor, & Vicarius Dei, l. 5. tit. 1. par. 2. Et hæc 22 qualitas attendenda sit etiam à Patre Rege, ad hoc vt ei conferantur reuerentiæ ac Honores, l. 1. §. Sed & si, l. Extraneo, de ventr. in possess. mittend. l. 1. §. 2. tit. 15. par. 2. Onde por todas estas palabras se da a entender, que el hijo mayor ha poder sobre los otros sus hermanos, assi como Padre, è Señor, è que ellos en aquel lugar le deuen tener. Cum in eo versetur, & Honor Patriæ, Reipublicæ, & Regni, Concil. Toletan. VIII. Can. 1. Genti Gothorum, vel Patriæ, aut Principi. Legitimè, primitus postposita vxore, de Honoribus exhibendis filio Primogenito, ac Regni successori constituit, D. Thom. 2. 2. quest. 26. art. 11.

23 Non enim sine præiudicio Reipublicæ, Regniqve, vxori prælatione collata, valeret in Honorabilibus Rex distrahere iura pertinentia communi bono, vt eleganter Ioan. Harpret. Paraphras. Proæm. institut. in script. num. 65. Cum pacto accepisset Maiestatem, vt illibatam transferret in successorem. Decretum Concil. Toletan. VIII. Regem enim iura faciunt, non persona, quia nec constat sui mediocritate, sed sublimitatis Honore, quæ ergo Honori debentur, Honori describant, & quæ Reges accumulunt, Regno relinquunt, vt quia eos gloria Regni decorat, ipsi quoque gloriam Regni non extenuent, sed exornent, Oros. dict. lib. 4. Ea siquidem lege, ac conditione fuit in tam excelsu gradu locatus, vt sanguinem etiam suum si res ita posceret, Patriæ quæ illum tantis Honoribus auxit, non grauat & largiretur. Diximus Examen de la Verdad, Tract. 2. §. 4.

24 Nec etiam tantum hoc politicis innittitur rationibus, sed iuuatur Iuridicis principijs. Ad quod primo notandum est, quod cum postposita maritali societate, amoreque in rebus ad Honorem, ac decorem spectantibus, iure communi attento prælatio detur filijs, l. vnic. §. Cum Patronus, de offic. Præf. Urb. vel cõuitium se ab eo passum, liberosque suos, vel vxorẽ.

25 Pariter dicendum; debuisse Regem, quem patrem esse Reipublicæ certum est, Lucan. Vrbi Pater, Ioann. Ign. l. Necessarius, §. Non alias, par. 3. num. 23. Ad Senat. Consult. Syllanian. Luc. de Pen. l. Quicumque 7. num. 8. C. de omni agro desert. lib. 11. March. concord. Sacerd. & Imper. lib. 2. cap. 10. n. 2. D. Franc. Amaya obseru. lib. 1. cap. 1. num. 5. Mauder. de Monarch. par. 3. lib. 2. de Monarch. Secul. cap. 6. à quo ortu, vt Princeps Pater Patriæ diceretur. (De quo Titulo vide Plin. lib. 7. cap. 30. Sueton. in Iul. Cesar, cap. 78. & 85. vbi Cassaubon. & Philip. Beroald. Adá Contz. Politic. lib. 7. cap. 5. Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 22. num. 65. Bulleng. de Imper. Romanor. lib. 1. cap. 22. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 40.) principiori, aut primæuo loco statuere de Honore filij Primogeniti successoris Regni, quam de reuerentia vxoris, D. Thom. 2. 2. quest. 26. art. 11.

26 Secundo, ex quo collatio Honoris competentis vxori ex Dignitate viri ab ordine dilectionis, ac coniunctionis prouenit, l. Vxorem 41. in 27 princip. de legat. 3. At vero præstatio est reuerentia debita filio Primogenito ab effectu obligationis naturalis, quæ potior est, & attendenda: idè anteponenda, vt post D. Thom. 2. 2. quest. 26. art. 11. Lara in l. Si quis à liberis, §. ex his, num. 74. de liber. agnoscend. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 94. num. 9. & quest. 95. num. 2. eleganter Fortun. Garcia, l. Veluti, nu. 36. de iust. & iur.

28 Hinc recepta conclusio post D. Thom. quod in casu necessitatis persona filij præferenda sit vxori, Valenc. 2. 2. disp. 3. quest. 4. punct. 5. concl. 10. Azor Institut. Moral. par. 2. lib. 2. cap. 2. quest. 17. & 18. Sanch. de Matrim. lib. 9. disp. 4. num. 26. Homobon. de statib. par. 2. cap. 21. num. 3.

29 Tertio, ex dict. l. 5. tit. 1. par. 2. vbi Rex Vicarius Dei dicitur. Et cum Primogenitus Regis Rex sit, vt latè Glos. 111. num. 4. in Honoribus, & cæteris rebus præferendus est. Nec tantum vxori, sed omnibus; vt latè ex D. Thom. Fortun. Garcia, dict. l. Velati, num. 36. & 37. suspenfa charitate, vnioneque maritali, ac etiam aliquando paternali reuerentia.

30 Comprobatur præter ea, cū ijs, quæ de filio Fauij Maximi diximus num. 20. ex alio superiori, ac Diuino principio, Genes. enim, cap. 37. refertur somnium Ioseph in hæc verba: *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & Stellas undecim adorare me, quod cum Patri suo fratribus retulisset: increpauit eum Pater, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti, num ego, & mater tua, & fratres tui adorauimus te super terram.* Ioseph enim illud referens vaticinavit futuram Supremam Potestatem, qua decorandus à Pharaone, & ex qua omnes ei reuerentiam exhibere deberent, & adorationem, inclusis patre, & matre sub nomine Solis, & Lunæ. Pariter vero increpans Ioseph aliorum filiorum causa, exposuit ei paternalem, & maternalem reuerentiam, ex qua videbatur, nec posse a parentibus adorari, sed tamen prælato Honore, ac Maiestate Dignitatis. Pater Iacob filij Potestatem adorauit, Genes. cap. 47. *Et adorauit Israel contra summitatem virga eius.*

31 Et quamvis Sacri Scribentes latè agant circa hanc adorationem Iacob, dict. cap. 47. verba notantes secundum Latinam translationem Paraphrasim Chaldaicam, Hæbraicam

Scripturam, & Græcam traditionem: attamen D. Chrysof. homil. 66. in Genes. & Theodor. in tract. quest. 108. Lyra dict. cap. 47. notarunt, adorationem à Iacob, factam fuisse, & fieri debere non filio Ioseph, sed Dignitati, ac Primatiæ ei competenti tanquam Rectori, & Principi Ægypti. De qua latè Pereir. in Genes. cap. 37. vers. 9. & 10. nu. 49. & 51. & cap. 41. à num. 27.

32 Quarto. Quamvis in vxore inueniatur ius Societatis maritalis, coniunctionis, ac indiuiduitatis, ex quo in ipso gradu, quo marito conferuntur, ei sunt seruandi Honores: Eadè vnitas, ac societas maritalis in Primogenito, tanquam Regni successore inuenitur, quo ad præstationem operum obsequialium, ac reuerentialium (cum obsequia Maiestatæ debita dotalia iura sint Reipublicæ) Rex enim Politice maritus Regni est, Lucan.

Vrbique maritus.

Luc. de Pen. l. Quicumque 7. num. 8. C. de omni agro desert. lib. 11. Ioan. Ign. §. Non alias, par. 4. in l. Necessarios, ad Senat. Consult. Syllanian. Ioan. Harpret. Procem. instit. in princip. num. 66. Et cū 33 in filio Primogenito, in quo Reipublica, ac Regnū residet adsit qualitas, vxoria potētior, tam causa utilitatis publicæ, l. Vtilitas, C. de Princip. lib. 12. Mager. aduocat. armat. cap. 13. num. 29. quam ex quo Dignitas ei competens perpetua est Realis, nec peritura morte, l. Quod Principi, & l. sequent. de legat. 2. Ioan. Lymn. de iure public. lib. 2. cap. 12. in addit. Sicuti illa est, quæ in vxore Regis inuenitur, Ioan. Lymn. de iur. publ. dict. iib. 2. cap. 14. num. 10. rectè præfertur tanquā habens potius, & antiquior ius; quod attenditur ad prælationem in obsequialibus, l. Contra Pupillum, §. Qui, & maius, de re iudic. l. Queritur, de stat. homin. l. Libertus, §. Cum si, ad Muni-

capal. cap. Si duobus, cap. Cum parati, de appellat. Mager. dict. cap. 12. nu. 244. De quo vide ipsum Mager. dict. cap. 12. a num. 226. & cap. 13. a num. 274.

34 Et ut vno dicamus, hanc legem latam, ac constitutam fuisse fa-
teor, secundum antiquas Gothicas, ac Hispanicas leges. Honores enim Regiæ Dignitatis debiti, cum non sint proprii Regis, sed de Patrimonio Regni, inalienabiles censentur, *l. Celsus, in princip. l. Sed emptione, §. 1. de contrahend. empt. §. 1. instit. eod. tit. l. Cum seruus 39. §. 1. de legat. 1.* ac in 35 transmissibiles, ni in hos, quibus voluntate plebis permissum est. Gothi enim principales Honores sanguini Gothicæ tantum contulerunt, Concil. Toletan. V. Canon. 4. & Concil. Toletan. VI. Canon. 17. Sic exor-
tant ad Princip. tradita à Loayf. *Collect. Concil. Toletan. fol. 34. Deus Omnipotens, & Clarissime Rex quando voluit, & ubi voluit, de Regali Nobilique genere te Nobiliter procreauit.*

36 Vxores verò Regum ratio-
ne maritalis societatis, ac vnionis, & si voluere, decorari, Regijs Honoribus, quibus Reges, qualiter, & Communi Iure cautum, & legibus 37 nostris statutum. Adhuc tamen id concessum videtur saluis Regalis Gothicæ Dignitatis Iuribus, id est, prælato Honore filiorum Regis; sic in *Canon. 2. Concil. Toletan. V.* agitur de custodia Salutis Regum, & defensione prolis, & in eo mentio de vxore non fit, nec in Concil. Toletan. VII. Canon. 15. & si de incolu-
mitate, & adhibenda dilectione Regiæ proli, Concil. Toletan. XVI. Canon. 8.

38 Sed iam iam in Concil. Toletan. XIII. inuenimus, *Canon. 4.* actum de Regia prole inclusa vxore Regis, & in eo prælatio datur filijs, ibi: *Ut nullus ad futurum posteri-
tati eius, vel gloriosa coniugis sua Liubigothi Regina. Et expressius infra: Si quis autem hominum cuiuslibet*

*sit ordinis, aut Honoris huic nostre sen-
tentia, non acquirens filios, filiasve
gloriæ suæ una cum Serenissima coniuge
sua Liubigothi Regina.*

39 Secundum horum Canonum
Constitutionem lata fuit ab Egica Rege, *l. 16. in Prolog. de el. Fuero-Luzgo*, vbi disponitur: *A los hijos de el Rey, nin a su muger.* Nihil ergo mirum, quod his attentis Canonicis anti-
quis Constitutionibus Toletanis, & legibus Gothicis, in quibus attenda sola Regiæ Dignitatis, & sanguinis 40 qualitate (cum Gothi electio-
ne, non successione Regnum con-
ferrent, ut notum est, & patet Toletan. Concil. V. Canon. 3. & Concil. V. Canon. 6. & Canon. 15. De quo Villadiego, post Molin. *in l. 2. num. 5. de el. Fuero-Luzgo*) filius præfertur etiam in casu legis nostræ primum locum statuente lege de reuerentia, ac Dignitate Principis Primogenito, & Successori Regni, præ Regina; cum ad id Naturalia, & Diuina, Gothica, Ciuiliaque Iura adsint. Ex quo seruatum credo in Imperio Romano Germanico, ex Aurea Bulla Theodor. Reinling. *de Regimin. Secular. lib. 1. clas. 4. cap. 3. num. 31.* Ut in actibus ad Curiam Imperij spectantibus Rex Bohemiæ ratione electo-
ralis Dignitatis præcedat Impera-
tricem.

41 Nec obstant adducta, *num. 3.* Constituentia, ut iisdem Honoribus decoretur vxor Regis, quibus Rex. Num hæc procedunt incom-
municabilibus, & vbi operatur ius maritalis societatis; non vero in cõ-
petentibus Regi, & Successoribus Regni ex lege Regia: Hi enim incõ-
municabiles sunt vxori, ut post Barthol. & ordinar. *in l. Princeps, de legib. Ioan. Corraf. num. 12. & 13. Ioan. Orosc. num. 31. Anton. Fabr. coniectur. ad ipsam legem, Ossuald. lib. 8. commun. cap. 28. litt. H. Tyber. Decian. tractat. crimin. lib. 7. cap. 5. num. 1. Amaya lib. 1. Obseruat. cap. 1. num.*

104. Ioan. Lymn. *de iure publ. lib. 2. cap. 14. num. 104. & notit. Regn. Franc. lib. 2. cap. 19. litt. D. Renat. Chopin. Doman. Franc. lib. 3. tit. 3. num. 5.*

Quod euidentius comprobatur, ex ipsa *l. Princeps*, ubi quamuis Augusta eisdem decoretur Honoribus,

quibus Rex, hoc enim, vt ex verbis ipsius legis, non a iure prouenit, sed Priuilegio. De quo Bartul. & traditi *num. antecedent. Henriq. Salmut. in notis ad Pancirol. tit. 45. de Habit. Imper. num. 3. Renat. Chopin. dict. tit. 5. num. 5. Decian. dict. cap. 5. num. 1.*

QUE LA MISMA FORMA SE TENGA, Y guarde con los Principes Herederos, y Sucessores de estos nuestrs Reynos, mudando solamente lo de V. Magestad en Alteza, y lo de Rey en Principe.

SVMMARIVM.

1 **P**rimogenito competit Imperium.

2 *Iure Diuino.*

3 *L. 1. tit. 15. par. 2. refertur.*

4 *Primogenitus, uiuente patre, Rex dicitur.*

5 *Primogenito Regis nostri competunt Maiestatis iura, ex quo nascitur.*

6 *Leges loquentes de Rege, comprehensiuè loquuntur de Primogenito.*

7 *Primogenito exhibenda obsequia Regia, sed distinctè à Rege.*

8 *Principes in genere dicuntur habentes Supremam Potestatem, vel qui munerari, aut officio praesunt, 9. & 10.*

11 *Principes in specie dicuntur Primogeniti Regum.*

12 *Primogenitus Regis nostri Princeps dicitur, 25.*

13 *Et a quo tempore.*

14 *Filij Regum nostrorum absolutè dicebantur Infantes.*

15 *Salazar de Mendoza reijcitur, quatenus tenet Primogenitam Regis dictum Principem gratia Regis Anglorum.*

16 *Principes dicti Primogeniti exemplo Romanorum, 24. & 27.*

17 *Casares dicti futuros successores Imperij.*

18 *Casares verè qui dicebantur, & 19.*

21 *Octavianus Imperium accepit sub nomine Principis, vsquequo Augustus dictus à Senatu.*

22 *Augusti nomen datum Octauiano à Senatu.*

23 *Princeps dicebatur futurus successor Imperij, 20. & 26.*

28 *Princeps, patre uiuente iurisdictionem, nec Potestatem habet, 31.*

29 *Rex, & Princeps distinctè appellandi.*

30 *Maiestatis vox significatiua Imperij, ac Potestatis.*

32 *Princeps decoratur Titulo de Alteza.*

33 *Reges excelsi dicti.*

34 *Alteza Titulus competens Principi, & quare, 36.*

35 *Altitudo translatiue sumpta significat Honorem, Dignitatem, ac Magnitudinem.*

DE HONORE EXHIBENDO PRIMOGENITO
 Regis vulgo, *Principe*. Deque huius muneris Nomine,
 & Origine: ac de appellatione ei præscripta
 de *Alteza*.

GLOSSA DEZIMAPRIMA.

PRæmissis, quæ adduximus glos-
 sa superiori, transeamus ad illa
 nostræ legis verba: *Que la mis-
 ma forma se tenga, y guarde con los Prin-
 cipes, herederos, y sucesores de estos Nues-
 tros Reynos, mudandose solamente lo de
 Magestad en Alteza, y lo de Rey, en Prin-
 cipe*. Summo enim Supremoque Lu-
 ri innittuntur, deductaque fuerunt ista,
 ex principijs naturalibus, l. ult. de Bo-
 nis damnat. l. 2. tit. 15. par. 2. La primera
 naturalmente, Simanc. de primog. lib. 1.
 cap. 4. Tiraq. de primog. in præfat. n. 36.
 Molin. de primog. lib. 1. cap. 2. num. 4.
 2. Diuinisque, Primogenito confe-
 rentibus suprematatem Imperium, &
 Dominatum, Genes. cap. 27. Et seruiant
 tibi Populi, & adorent te Tribus: esto Do-
 minus fratrum tuorum, & incuruentur
 ante te filij matris tue. Et cap. 49. Ma-
 ior Imperio, Guillielm. Hamner. in Ge-
 nes. fol. 217. Molin. dict. cap. 2. num. 6.
 Tiraq. de primog. in præfat. à num. 30.
 Bodin. de Republ. lib. 5. cap. 2. & lib. 6.
 cap. 5. Theod. Reinling. de regim. Sa-
 cul. lib. 1. clas. 4. cap. 1. num. 39. Molin.
 de primog. lib. 1. cap. 2. D. Ioseph Vela,
 controuers. Hispal. dissert. 4. num. 55. Pe-
 rer. in Genes. cap. 27. num. 77. & cap. 49.
 num. 14. & 15. Philip. Kenischilt. latè
 fideicom. famil. Nobil. cap. 3. num. 24. &
 cap. 6. num. 275. cum seqq. Henric. Ar-
 nis. Politic. cap. 9.

3 Ac positiuis, præcipue Hispani-
 cis, vbi omnia à iure naturali insi-
 ta, Diuino præscripta, inuenies si le-
 geris attente recolaturque, l. 1. tit. 15.
 par. 2. *Ca segun los Sabios antiguos mos-
 traron, el paare, è el fijo, assi como son vna*

persona, pues que de èl es engendrado, è
 recibe su forma, è este naturalmente ayu-
 da, è es fuerzo en su vida, è despues de su
 muerte su remembrança, porqu: finca en
 su lugar: Onde por todas estas razones lo
 deuen honrar, è guardar, assi como à èl de
 muerte, è de ferida, è de todas las otras
 cosas de que les pudiesse venir deshonna, ò
 daño, ò mal de aquellos, que de suso dixi-
 mos, de que el Rey mismo deue ser guar-
 dado, è mayormente aquel, que deue ser
 Rey: E esto por dos razones. La vna, por
 el padre, que es Señor. La otra, por el Se-
 ñorio de el Reyno, para que Dios le esco-
 giò, quando quiso q̄ naciesse primeramen-
 te que los otros sus hermanos, è por ende
 en todas cosas le deuen guardar à este,
 assi como a su padre.

4 Ex hoc rectè cautum in nostra
 lege, quod iisdem decoretur Hono-
 ribus Primogenitus, successorque
 Regni, quibus & pater, l. 1. tit. 3. lib. 1.
 for. Ex vnitatem, ac identitatem. In Reg-
 num enim successurus: Rex etiam,
 viuente patre censetur, cap. Hermen-
 negildus, vbi glos. 24. quest. 1. præcipue
 in obsequialibus, in quibus non quasi
 Dominus, sed pro vero Domino ha-
 betur, l. In suis, de liber. & posthum. vbi
 Scribentes dict. l. 1. & 2. tit. 15. par. 2.
 Que el fijo mayor ha poder sobre los otros
 sus hermanos, assi como padre, è Señor, D.
 Thom. lib. 3. de regim. Princip. cap. 19.
 Alphons. Guer. Thes. Christian. Relig.
 cap. 54. Frac. Balb. Monarch. Reg. par.
 1. quest. 2. n. 13. 14. & 17. latè Valenç.
 cons. 199. n. 47. & 90. Tyber. Decian.
 lib. 3. respons. 19. n. 229. Tiraq. de Pri-
 mogen. quest. 33. nu. 6. Ant. Gom. var.

cap. 1. num. 5. vbi addit. Ayllon, n. 15.
 & 16. Azcu. l. 1. num. 2. tit. 3. lib. 2. Re-
 copil. Auend. l. 40. Taur. glos. 1. num. 32.
 Maffrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 4. n. 8.
 Vela controuer. Hisp. dist. 4. num. 46.
 Villadieg. l. 16. for. num. 1.

5 Quæ taliter recepta fuere, vt
 rectè dictum credam à Molin. lib. 3.
 de Primog. cap. 6. num. 19. Valenç. dict.
 conf. 99. nu. 51. Quod dum publicum
 homogiũ in Curijs generalibus præ-
 statur Primogenito Regis nostri, ni-
 hil de nouo accipit quo ad obsequia-
 lia Maieſtatis iura, cum ei absolute
 competat, ex quo Primogenitus est.
 In Valentino Regno idem testatur
 Concollega meus do Trina, ac virtute
 summa præditus D. Laurent. Mat-
 theu de Regimin. Regni, Valenç. cap. 2.
 §. 3. num. 6. & sequentib.

6 Hinc leges loquêtes de Rege,
 cõprehensiuè de Primogenito Regis
 intelligendæ, vt delatis in crimine
 lessæ Maieſtatis, tenent l. 1. tit. 15.
 par. 2. & ibi Greg. Lop. l. 1. tit. 18. lib.
 8. Recopil. vbi Azeued. Narbon. l. 20.
 tit. 1. lib. 4. Recopil. glos. 7. num. 113.

7 Cognito ergo, insitum à iure
 naturæ, præceptũ à Diuino, & posi-
 tiuo fuisse, vt Primogenitus Regali
 Honore, eaque decoretur reueretia,
 qua pater, rectè cautum distinctione
 adhibita: *Mudãdo solamete lo de Mageſ-
 tad, en Altoza: y lo de Rey, en Principes.*

8 Et quamuis dicant, distinctione
 nõ legaliter expositã, cũ ex Scripto-
 rum assensu, genericè loquẽdo Prin-
 cipes dicantur omnes aliquam Supre-
 mam Potestatem habentes, Esther,
 cap. 16. Psal. 2. & 75. Dan. cap. 11. glos.
 Clement. 1. de Baptisim. Angel. ac Scribẽ-
 tes Procem. ir. stit. verbo Romanus Prin-
 cepts, Ioan. Corraf. l. Princeps, de legib.
 Ioseph. Steph. de Bello Sacr. li. 1. cap. 2.
 n. 17. Petr. Greg. lib. 6. de Republ. ca. 4.
 Menchac. controu. illustr. lib. 1. cap. 1.
 Bellug. specul. Princip. rubr. 6. Theod.
 Hoeping. de iur. insign. cap. 2. num. 78.
 Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 4. num. 37.
 Tob. Paurmeist. li. 2. cap. 9. Stephan.

Gracian. discept. 590. num. 16. Andr.
 Koninc. de Saxon. non prouoc. iure, cap.
 4. ex n. 8. & de orig. territ. cap. 1. n. 323.
 Conrad. templ. iudic. lib. 1. cap. 3. a n. 1.
 Petr. Greg. de Republ. li. 6. per tot. Ioan.
 Bodin. de Republ. lib. 2. cap. 3. Theod.
 Reinſing. de Regim. Sacul. lib. 1. clas. 1.
 cap. 2. a num. 4. Ioan. Iacob. Speidel.
 notab. iuridic. Histor. Politic. litt. F. n. 49.
 Lorin. Psal. 2. vers. 12. Pined. de reb.
 Salomon. lib. 3. cap. 9. per tot. & lib. 5.
 cap. 13. a n. 2. Ioan. Lymn. de iure publ.
 lib. 4. cap. 2. n. 11. Perer. in Gen. cap. 23.
 vers. 6. n. 23. Ioan. Harpreſt. Epigrap.
 instit. in princ. n. 11. Arnold. Clapmar.
 de Arcan. rer. public. lib. 6. cap. 6. Anton.
 August. Dialog. 7. Ioan. Lymn. de iure
 public. add. ad lib. 4. cap. 2.

9 Cui adſenſit l. 11. tit. 1. par. 2.
 vbi Greg. Lop. verbo Nome general,
 Bobad. lib. 3. Politic. cap. 2. num. 2.
 & 3.

10 Vel qui alicui officio, aut
 munere præſunt, l. 1. & toto tit. C. de
 Princip. agent. in reb. lib. 12. vbi DD.
 Cujac. Alciat. Rebuf. Luc. de Pen.
 Anton. Perez, Gutther. de offic. Dom.
 August. lib. 2. cap. 20. Pancir. not. vtrius-
 que Imper. cap. 9. De quo, ac de accep-
 tione huius nominis latè Frac. Alier.
 Hierarch. Eccles. lib. 1. sect. 2. cap. 1. &
 lib. 4. cap. 2. art. 3. Ioan. Iacob. Speid.
 notab. iurid. Histor. Polit. litt. F. num. 49.
 Bessold. in Thesaur. lit. F. n. 73. Ex quo
 inter nostrates Principes dicebantur
 viri Nobiles, ac Illustres Primatum
 agentes in Republica, Sandou. Histor.
 de los cinco Reyes, en Don Alonso el VI.
 fol. 45. Gonçalo Nuñez Principe: Ro-
 drigo Gonçalez Principe: Aluaro Diaz
 Principe: Lope Sanchez Principe: Die-
 go Sanchez Principe: Bermudo Rodri-
 guez Principe: Pedro Aluarez Prin-
 cipe.

11 Attamen iam iam in specie,
 sumpto nomine, l. 11. vbi Gregor.
 Lopez, tit. 1. par. 2. Antonomasti-
 cèque receptum est, ad designan-
 dam authoritatẽ Dignitatemque fi-
 lio Primogenito Regis competentẽ,

& ex quo principium, seu Imperium (quod idē esse notant post Tertulian. de Coron. milit. lib. 15. cap. 12. Prima in principijs, vbi Cerd. nu. 222. Lypf. in aut. ad Tacit. lib. 1. num. 5.) habet, primumque locum successione, *Glos. in cap. Fundamenta*, verbo *Princeps, de elect.* Ioan. de Immol. rubr. nu. 16. de verbor. obligit. Angel. Proxm. inst. verbo *Imperatoriā*, num. 2. Ut Princeps dicatur, Tiraq. de *Primogen. in præfat. num. 35.* Ioan. Corras. dict. 1. *Princeps*, num. 2. de legib. Frechia, de feud. tit. *Quis dicatur Princeps*, Marc. Anton. Surgens. Neapol. illustr. cap. 36. num. 48. Camil. de Larat. de feud. par. 1. vers. *Sed vnde dicatur*, num. 14. & par 5. dilucid. 15. num. 6. Mastrill. de *Magistrat. lib. 4. cap. 3. num. 17.* Tasson, Pragmat. de antefat. vers. 14. obseru. 1. num. 5. Petr. Gregor. lib. 18. *Syntagn. cap. 2. num. 20.* latē Valenç. conf. 99. Lancellot. Conrad. templ. iudic. lib. 1. cap. 2. de Princ. num. 3. Narbon. ad hanc legem, *Glos. 4.* Ripol. de *Regalib. cap. 3. num. 13.* Azor *Instit. Moral. lib. 11. cap. 7.* Theod. Reinfiing de *Regimin. secul. lib. 1. clas. 4. cap. 8.* Giurb. de feud. §. 2. *Glos. 13. ex num. 11.* Dadin. de *Ducib. & Comitib. Gall. lib. 13. cap. 5.* Renat. Chopin. ad *leges Andr. lib. 1. tit. 6.* Philip. Kimpfchilt. de *fideicom. familiar. cap. 1. num. 117.* Ioan. Lymn. de *iure public. lib. 2. cap. 15. num. 3. lib. 4. cap. 2. nu. 10.* Theodor. Hoeping. de *iure insign. cap. 22. num. 79.*

12 Præcipuè inter nos Hispanos, Anton. Nebrisenf. *Hstor. Regum Catholic. Decad. 1. lib. 2. cap. 2.* Anton. August. *antiquit. Dialog. 7.* Scharder. *Lexicon*, verbo *Princeps*, Bobadill. lib. 2. *Politic. cap. 17. num. 218.* Azor, dict. cap. 7. *Redim. de Mæstat. Princip. verbo & Princeps Romanus*, num. 6. Molin. de *Primogen. lib. 3. cap. 6. num. 1.* Hoeping. de *iure insign. cap. 6. par. 2. num. 360. & par. 3. num. 444.* ex Petr. Gregor. lib. 18. *Syntagn. cap. 2. nu. 20.* Ioan. Lymn. dict. cap. 15. num. 3. lib. 4. cap. 2. num. 12. Montoi. *Hstor. de San*

Francisco de Paula, lib. 1. §. 2. Narbon. de *etat. ad actus human. requis. ann. 7. quæst. 1. a nu. 43.* Ioan. Iacob. Dracon. de *iure Patricior. lib. 3. cap. 2. num. 6.*

13 Seruatum à tempore Regis Ioan. I. qui Henrichum filium Primogenitum Principem nuncupauit Zurita, *Annal. par. 2. lib. 10. cap. 47.* Garibay *Histor. lib. 15. cap. 25.* Salazar de *Mendoça Origen de las Dignidades de Castilla, lib. 3. cap. 23.* Moreno de Vargas, *Discurso de la Nobleza, Discurs. 13. num. 8.* Mastrill. de *Magistratib. lib. 1. cap. 5. num. 27. & dict. cap. 3. num. 17.* Eleganter Doctissimus, & Nobilissimus Dom. Francisc. de Vergara, *Supremi Senatus meritissimus in Histor. de el Colegio Viejo de San Bartolomé, vida de Don Diego de Anaya, cap. 3.* Narbon. dict. quæst. 1. num. 45.

14 Cum antea Infantes dicerentur Regum filij indistinctē, l. 1. tit. 7. lib. 8. *ordinam. l. 1. tit. 18. lib. 8. Recopil.* Salaz. de *Mendoç. dict. cap. 23.* latē Theodor. Hoeping. de *iure insign. cap. 4. num. 444.* Ioan. Iacob. Dracon. de *iure Patric. lib. 3. cap. 2. num. 6.* De quo in *Glos. 13.* & patet ex antiquis legibus latis ante Ioannis Regis Imperium, vbi absolutē omnes Regis filij Infantes dicuntur, l. 10. tit. 2. lib. 2. *Recopil.* in posterioribus vero Primogenitus *Principe, l. 7. eod. tit. & lib.*

15 Sed quamuis Salazar de Mendoça, dict. cap. 23. asserat, hunc Titulum Primogenitis Regum Hispanorum, ortum à tempore Regis Ioannis I. ad exemplum Regis Angliæ: *Hizose esto à imitacion de lo que passaua en Inglaterra, donde el Primogenito de el Rey es llamado Principe*, Azor dict. cap. 7. Theodor. Hoeping, dict. cap. 6. nu. 7. 60. & 444. Ioan. Iacob. Dracon. de *iure Patric. lib. 3. cap. 2. num. 6.*

16 Adhuc cum Molin. de *Primogen. lib. 3. dict. cap. 6. num. 21.* dicendū credo, *Principis* Titulum Primogenito Regis nostri tributum, non Anglorum, sed Romanorum exemplo, antiquoque vsu Hispanorum. Nec

ex eo, quod sicuti hi Cæsares appellabant successores futuros Imperij, primosque ab Augusto, Ioseph. *antiquit. lib. 8. cap. 7.* Tacit. 1. *Annal.* Sueton. in *Octau. cap. 7.* latè Cagnol. *Proœm. Digestor. num. 57.* Carol. Sygon. *de Occident. Imper. li. 1. fol. 20.* Tob. Paurmeist. *lib. 2. de iurisdic. cap. 4.* Ioan. Lym. *de iure public. lib. 2. cap. 1.* Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 6. par. 2. §. 13. num. 361. & cap. 22. num. 59.* Adam Contz. *Politic. lib. 7. cap. 15.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 6. cap. 10. & lib. 18. Syntagm. cap. 2. nu. 10.* Theodor. Reinring. *de Regimin. Sacular. lib. 1. clas. 3. cap. 14. ex nu. 2.* Valenç. *conf. 199.* Ioan. Harprec. *Epigraph. Proœm. institut. num. 24.* Iacob. Gretser. *lib. 2. fol. 183.* Nos Primogenitos Regis Principes dicimus.

18 Quia & si Molina suum asfertur à Romanis exemplis deducatur, non tamen Cæsares semper nominabantur, qui futuri Imperij ius habebant, vel adoptione, aliove Titulo; sed etiã illo Titulo etiam Honorabantur, aliquando omnes filij Imperatorum absolute, Carol. Sygon. *Imper. fol. 75. & 77.* Vel qui Collegæ, ac Socij Augusti, æqualiter Imperij habenas regebāt, Tacit. *Annal. 1. Filius Collega Imperij causa Tribunitia Potestatis admittitur,* Paul. Oros. *lib. 7. cap. 25. de quo Rosin. antiquit. Romanor. lib. 7. cap. 13.* Bullenger. *de Imper. Romanor. lib. 1. cap. 9.* Adam Contz. *lib. 7. cap. 15.* Alex. ab Alex. *die r. gen. lib. 1. cap. 2.* Ioan. Harprect. *Proœm. Institut. inscript. nu. 25.* Hoeping. *de iure insign. cap. 22. nu. 57. & 59. cum sequentib.* Vel qui ad regendam aliquam Prouinciam eligebatur spe successione post Imperatoris mortem, vt ex Cujac. Alberic. Gentil. & alijs Theodor. Reinring. *dict. cap. 14. num. 4.* Valenç. *conf. 199. numer. 60.* Tiraquel. *de Primogen. quest. 17. opin. 4. num. 26. ex Socrate, & Sozomen. Histor. tripartit. lib. 5. cap. 5. 12. & 47.*

20 Quare credimus nõ reiecto; sed laudato Molina, Primogenitos Regum nostrorum Principes dictos, quia prima Imperij Romani periodo Princeps dicebatur futurus successor Imperij.

21 Ad quod adducimur, ex eo, quod cum Romana Respublica sua magnitudine elaborasset, fessaque Ciuilibus bellis in Octauij Imperiũ cecidisset, illud accepit sub nomine Principis, vt Tacit. *lib. 1. Annal. Non in nomine Principis sub Imperium accepit.* Et postea: *Non Regno tamen, nec Dictatura, sed Principis nomine constitutam Republicam,* Lypf. *com. ad lib. 1. Annal. Tacit. num. 5. & ad Panegy. Plin. num. 1.* Ioan. Lymn. *de iur. publ. lib. 1. cap. 1. num. 43.* Bulleng. *de Imper. Roman. lib. 1. cap. 7.* Adrian. Turneb. *lib. 6. aduersar. cap. 8.* Renat. Chopin. *ad leges Andr. lib. 1. tit. 6.* Ouid. *lib. 2. Fastor.*

Tu Domini nomen, Principis ille tenet;

Quod sublime erat, designatiuum superioritatis, & quo suos decorarunt, abiecto Regis Titulo, Athenienses post Codri mortem, Iustin. *lib. 11.* Euseb. Cæsar. *in Chron.* Ioan. Meurs. *Attic. lib. 3. cap. 15.*

22 Vtque quo, vt ipse Tacit. *lib. 1. & diximus Glos. 5. num. 31.* Consules, Patres, eques in seruitutẽ ruere, inque illius verba iurauere, tunc loco Principis accepit Augusti Titulum à Senatu impositũ, Ouid. *lib. 1. Fastor.*

Sanctã vocant Augusta Patres.

Et Aurel. Prudent. *lib. 2.*

Caput Augustum Diademate cingit.

Glos. verbo *Semper Augustus,* in *Proœm. institut.* vbi Eguinar. Baron. Claud. Claciuncul. & Scribentes Bessold. *Thezaur. litt. M. num. 30.* Ioan. Harprect. *Epigraph. Proœm. instit. num. 54.* Ioan. Lymn. *de iure public. lib. 2. cap. 1.*

num. 32. Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 22. num. 79. de quo infra.*

23 Sed ne natale nomen, quo acceperat Imperium, obliuione tabesceret illud (Principis) designauit in omen futuri Imperij, Dionys. *lib. 54. Lyps. con. lib. 1. Annal. Tacit. num. 22. vbi Renanus: taliter vt Princeps appellaretur qui futurus fuerat Augustus, seu Imperator, vt de Nerone, & alijs refert Rosin. antiquit. Roman. lib. 7. cap. 13. insinuat Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 6. par. 2. num. 361. Petr. Gregor. lib. 18. Syntagm. cap. 2. num. 20.*

24 A quo principio, seu Romani Imperij exemplo desumptum credimus, vt Primogeniti Regum Principes dicantur, Renat. Chopin. *ad leg. 25 Andr. lib. 1. tit. 6. præcipue Hispaniarum, Redin. de Maiestate Principum, verbo & Princeps Romanus. Et adducti num. 34.*

26 Nec obest si obijcias, Lyps. *lib. 1. Elector. cap. 1. dicentem Principis Titulum non fuisse præscriptum futuris Imperatoribus. Et Anton. Augustin. antiquit. Dialog. 7. asserentem Titulum Principum iuuentutis concessum successuris in Imperio, de quo Rosin. & Tacit. 1. Annal. Sueton. in Caligul. cap. 15. non fuisse illius qualitatis, ac præhæminentia, qua funguntur Primogeniti Regum nostrorum. Nam salua pace tantorum virorum, distinguendum est, tẽpore enim Augusti, Neronis, primorumque Imperatorum, à quibus fortasse Reges nostri hunc Titulum acceperunt, ad decorandos Primogenitos, illo Titulo Principis Honorabantur futuri Imperatores, vt Rosin. notat. Sequenti vero æuo hæc nominatio oblita fuit, dictique futuri successores Imperij Casares, vt ipse Anton. Augustin. fatetur.*

27 Ex his legitimè ad denotandam Primogeniti Regis nostri natiuam sublimitatem, cautum à lege

fuit, vt Principis nominatione decoretur, Ioan. Lymn. *add. de iure public. lib. 4. cap. 2.*

28 Sed & si hic Titulus Honorificus sit, ac designatiuus futuræ Maieftatis, vt ex Sueton. & alijs notant Lyps. & Cerd. adducti num. 21. cum in actu Imperium non habeat patre viuente, Narbon. in hac *l. gloss. 4. num. 7. latè Valenc. conf. 199. num. 40. & 48. Corfet. de Potest. Reg. par. 3. num. 25. & par. 5. quest. 84. num. 41. Mastrill. de Magistratib. lib. 1. cap. 5. num. 7. & 8.*

29 Etiam legitimè constitutum dico, vt in appellatione distinctè se habeat Regia Maieftas Patris, qua nihil gloriosius, Concil. Toletan. III. num. 214. ibi: *Nam sicut in rebus humanis gloriosius eminet Potestas Regia. Et Primogenita filij authoritas: Mutando solamente lo de su Magestad, en Alteza, Narbon. dict. gloss. 4. num. 7.*

30 Maieftatis enim vox absolute significatiua est iurisdictionis, Potestatis, ac Imperij in actu, ac exercitio, vt latè gloss. 8. l. Si Imperialis, C. de legib. l. Contra publicam, C. de re milit. lib. 12. Nisi hoc Augusta Maieftas publicæ utilitatis gratia fieri iusserit. Taliter vt nulla alia valeat voce exprimi, Salust. in Bello Iugurtin. *Itaque postremo Maieftas vestra. Et alibi: Per Maieftatem Imperij, & per Maieftatem Populi Romani. Ad quod vide Iuris-Consultorum responsa in l. Penult. de iust. & iur. l. Si familia 9. vbi DD. de iurisd. omn. iud. l. Si Imperialis, C. de legib. Quid enim maius, quid sanctius Imperiali est Maieftate? l. Si duobus. 3. §. Sed quia nostra Maieftas, C. commun. de legat. l. Si vnus, C. de donat. inter vir. & vxor. l. Neminem, C. de re milit. lib. 12. l. Si quis ex greg. C. de Cohortalib. dict. lib. 12. Decretum Gundemari Regis inter Concil. Toletan. ibi: Maieftas nostra, Reinling. de Potestat. Secular. & Ecclesiast. lib. 1. clas. 3. cap. 11. & Prætor. Adhuc supra gloss. 2. ex num. 55. Bessold. Thefor. præct. litt. M. num. 7. Gutther. de*

offic. Dom. August. lib. 1. cap. 1. Azeued. l. 1. ex num. 35. tit. 18. lib. 8. Recop. Pancirol. var. lib. 1. cap. 2. vers. De se.

31 Sed cum hæc Maiestas in filio Primogenito, viuento patre, in actu inveniri non possit, sed in habitu, & potentia, ex iure Primogenituræ, & ex ea tantum oriatur ius ad summam Dignitatem, supremum Honorem, excelsam, ac eminentem Dominationem, *dict. l. 1. tit. 15. par. 2.*

32 Non tamen ad veram Maiestatem, summo Arcano ad denotandam Dignitatis profunditatem, & eminentiam, Titulus ei designatur *de Alteza*; & si minor nostris in ætatibus, *al de Magestad, Regalis quidem, ut diximus Glos. 8. & Magnus, Supremis Principibus, & etiã Imperatori creditus, l. fin. C. de Consulib. lib. 12. Imperatorum autem celsitudinem, ut testatur Ioan. Iacob Speidel. not. ab. iurid. Hist. Politic. Litt. T. num. 12.*

33 Et quamvis Octavian. Beltram. *Almenac perpet. tract. 2. fol. 374.* dicat, hunc Titulum *de Alteza*, Regibus nostris competere; Primogenito vero de *Excellentia*, cui adsensit Andr. Bosch. *Epitom. del stitios de Catalunya, lib. 5. cap. 35.*

34 Adhuc Redin. *de Maiestat. Princip. verbo & Princeps Romanus, num. 6.* testatur, Titulum *Excelesi*, apud nos *Alteza*, exhibendum Principi Hispaniarum, eique præscriptum more communi ad designandam sublimitatem, Regiamque qualitatem, ac naturam osibus in hærentem sanguineque, cum summum sit eximium, & sublimem, *l. vlt. C. de numer. & Actuar. lib. 12. Authent. ut iudic. sine quo suffrag. §. Scriptum, & Auth. ut Ord. Præf. in fin. Petr. March. Concord. Sacerdot. & Imper. lib. 4. cap. 1. num. 4.* Designationumque Supremæ Dignitati, *§. Filius, instit. quib. moa. ius Patr. Potestat. soluit. Clement. 1. de iure iurand. Adam Contz. Politic. lib. 7. cap. 5. Guid. Pãcir. not. vtriusque Imper. cap. 2. & var. lectio. lib. 1. cap. 2. vers. De se. igitur,*

Lymn. de iure publ. lib. 2. cap. 6. num. 2. & addit. lib. 4. cap. 6. num. 52. Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 22. num. 72. Præcipuè à Gothis, ut ex Concil. Tolet. XVII. in princip. Nostra interesse Celsitudo præcepit: compræhensibilior Supremitatis, quam Excellentis, tam in se, quam in Aulica acceptione, ac Communi Hispana, Roman. Republ. de el Mundo, lib. 4. cap. 28. Vjamos en Castilla llamar à los Reyes Altos, y por esso quando los hablauan otro tiempo, los llamauan Alteza.

Altitudo enim, ex qua *Alteza* deducitur, Andr. Bosch. *dict. ca. 35 Roman. Republ. de el Mundo, lib. 4. cap. 28. Gioseph. Comment. rationamento de Titol. vers. Alteza, relato à Franc. Scagl. in Comment. ad Constit. Neapol. fol. 276.* Translatiue sumpta voce accipitur pro Gloria, Honore, Magnificentia, Dignitate, Virgil. *Æneid.*

Sic pater ille Deū faciat, sic Altus Apolo.

Eminentia. Idem Virgil.

Præfertur Diuos solio sic in fit ab Alto.

Camil. Borrel. *in addit. ad Bellug. specul. Princip. Rubr. 6. lit. B.* Sic Salust. ut Sullæ Nobilitatem, virtutem extolleret, illa usus fuit, *de Bello Iugurthin. Altitudo ingenij incredibilis, Adrian. Turneb. aduersar. lib. 3. cap. 15. Roman. Republ. de el Mundo, lib. 4. cap. 28.*

Quare & Scriptores, ut maris profunditatem, ac magnitudinem denotarent illud dixere Altum Virgil. *Æneid. 1.*

In altum bella dabant lati.
Salust. *Bello Iugurthin. Et è piscatoria Scapha in altum nauigat.*

Quod obseruatum etiam est Sacris in litteris, Psalm. 68. *Veni in altitudinem maris, Diu. Luc. cap. 5. Duc in altum, vbi Lyra, Diuus Ambros. lib. 3. de virginib. Pererius lib. 1. in Genes. cap.*

cap. 1. vers. 9. num. 107. exponens Psalmi litteram: *Per altitudinem significari illius profunditatem*, latè Lorin. *comment. in Psalm. 63. vers. 1.*

36 Quam acceptionē, seu reuerentiale Epitectum Regibus adscriptum fecit, omni Castellanorum Regum ætate (vsque ad Imperium Caroli, à quo cum Germanico more filio futuro Imperatori, Imperator Pater non adscribat Maiestatem, sed alium Titulum sublimitatem, & Altitudinem designantem, Theod. Reinring.

de Regimin. Sacular. lib. 1. claus. 3. cap. 14. num. 69.) vt filio Primogenito Regis vulgò Principe (ad discrimen statuendum inter Paternitatem, & filiationem) non Maiestas adscriberetur, sed *Altitudo*, vulgò *Alteza*, Roman. *dict. cap. 28. Hasta el tiempo de el Emperador Carlos, siempre llamauan à los Reyes de Castilla, y todos los que tenian en España Reynos, Altos, y Altezas, como parece de los libros de las leyes, y en las Historias.*

QUE CON LAS REYNAS DE ESTOS
nuestros Reynos se guarde, y tenga la misma orden, y estilo, que con los Reyes.

SVMMARIVM.

- 1 **R**egina decoranda sunt eodem Honore, quo Reges, num. 4. & 8.
- 2 Lex I. C. de in ius vocando refertur.
- 3 Vxor, & vir inseparabiles sunt.
- 5 Vxores Regum, apud Egyptios maiori decorabantur Honore, quam Reges.
- 6 Vxoris Honor redundat in gloriam viri.
- 7 Titulus Honorum Reginarum, apud Egyptios Cleopatra erat.
- 9 Franci in Diplomatis apponebant annos Reginarum.
- 10 Regina Domina dicta.
- 11 Et Augusta, à Sanctis Patribus, 12. ab Imperatoribus, 13.
- 14 Reges ad Maiestatis gloriam vtuntur Regalibus Vestibus.
- 15 Athalus Rex Primus inuenit deauratas vestes.
- 16 Reginis concessum vti vestibus auratis.
- 17 Psalm. 44. verba referuntur.
- 18 Regina, apud Hispanos, & Gallos vtuntur Regijs vestibus.
- 19 Modestia ornamentorum in Rege laudabilis.
- 20 Elisabetha Regina Catholica, ornamentis, ac vestibus modestis utebatur.
- 21 Regina conferendus Honor Regius,

- reiecto Procopio.
- 22 Reginis datus Honorabilis locus ad manus dextras Regis.
- 23 Reginis exhibendus Supremus Honor, tam in obserualibus, quam in Patrimonialibus.
- 24 Crimen lesa Maiestatis, an committatur in Reginam.
- 25 Quod non tenet Ioan. Lymn. 25. Contra Farinac. 31.
- 26 L. 1. tit. 15. par. 2. refertur, constituens, vt in crimen Maiestatis incidat, qui mollitur contra personam Regine.
- 27 Crimen lesa Maiestatis in Reginam committitur, sed non Perduellionis.
- 28 Crimen lesa Maiestatis, vt non extinguatur morte, necesse est committatur directe in personam Regis, vel in damnum Reipublica, & 31.
- 29 L. fin. ad legem Iuliam Maiestatis refertur.
- 32 Leges loquentes de crimine lesa Maiest. lata sunt Maiestatis causa, non personæ.
- 33 Maiestas non adest in persona Regina.
- 34 Crimen lesa Maiestatis propriè; perduellionis scilicet, non committitur in Reginam.
- 35 Maledicentes Principes non committunt crimen lesa Maiestatis,

36. Ni maledicentia tendat in prau-
diciū Maieſtatis.

37. Leges loquentes de crimine laſe Ma-
ieſtatis, non loquuntur de vxoribus

Regum.

38. Leges Hispana loquentes de crimi-
ne laſe Maieſtatis, quare de Regina
loquantur?

DE SUPREMIS, ET MAIESTATICIS IV-
ribus natiua vnitae maritali Reginis compe-
tentibus.

GLOSSA DEZIMASECVNDA.

Latè enim egimus *Gloſſ. 4.*
de Reuerentia, Obſequio,
ac Honore Regibus exhi-
bendo. Ex ipſo principio, naturali
ratione, & bonis moribus ortum ha-
buit noſtræ Conſtitutionis præcep-
tum: *Que con las Reynas de eſtos nueſtros*
Reynos ſe guarde, y tenga la miſma or-
den, y eſtilo, que con los Reyes. Innixum
antiquarum legum Hispanarum fun-
damentis, *l. 16. de el Fuero-Luzgo,* vbi
Villadiego, l. 1. tit. 14. par. 2. E en to-
das las cosas deuen honrar, è guardar à la
Reyna, como al Rey, l. 1. tit. 15. ead. par.
2. Imperatorumque Conſtitu-
tionibus *ex l. 1. C. de in ius vocando,* vbi
poſt *Gloſ. Bald. & Scribentes,* *Cu-*
jac. lib. 10. obſeru. cap. 10. & adducti ab
Auguſtino Barboſ. dict. l. 1.
3. Inſeparabiles enim ſunt quo
ad Honores, & munera vir. & vxor.
l. 1. rerum amotar. l. Aduerſus, C. de cri-
mine expilatæ hereditat. l. Quamuis, C.
de furtis, l. 1. de raptu nuptiar. Molina,
de iuſtit. & iure, diſput. 12. Menoch. lib.
4. præſumpt. 157. num. 22. Valençuela,
conſ. 144. num. 41. & 42.
4. Ob id iſdem Honoribus, Pri-
uilegijs, Titulis, ac nominationibus
decorandæ Regina, quibus Rex ip-
ſe, Alban. ad Barthol. *l. Fœminæ, num.*
2. de Senatorib. Gregor. Lopez, dict. l.
1. tit. 15. par. 2. verb. De todas las otras
cosas. Sed quia de hoc alibi latius, *Glo.*
48. vide Iacob. Gretſer. lib. 3. Comment.
cap. 12. in Codin. c. 17. n. 30. fol. 271.

Oſuald. lib. 23. Comment. cap. 2. litt. I.
Ioan. Lymn. notit. Regni Francia, lib. 2.
cap. 19. litt. E. & C. Bellarmin. de offic.
Princip. lib. 2. cap. 17. Quo ad vxores
in communi.

5. Quo ad Reginarum personas
notandum eſt, apud Ægyptios, ſic
receptos fuiſſe, ſic laudatos Regina-
rum Honores, ac Obſequia reue-
rentialia, vt nec tantum veneraren-
tur his quibus venerabantur Reges,
ſed Superioribus, *Diodor. Sicul.*
lib. 1. cap. 2. His de cauſis plus Honoris,
ac Dignitatis Reginis, quam Regi impè-
ditur, Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 1.
6. cap. 28. Cum redundaret ob vim
vnionis in maiorem mariti Honorè,
Lorin. Comment. in Pſalm. 98. verſ. 4.
Ex quo inductum, vt ſicuti Reges
Titulū priuatiuum Honoris habue-
runt ſub voce Pharaonis, *Gloſ. 4. n. 10.*
pariter, & Titulus Reginarum fuiſſet
Nicaulen. Ioseph. antiquit. lib. 8. cap. 2.
ſeu Cleopatra, *Euseb. Nieremb. de ori-*
gine Sacra Script. lib. 6. cap. 20. Lorin.
Actor. Apoſtol. cap. 10. verſ. 10. Sicuti
Reginarum Æthiopæ Candaces, Eu-
ſeb. Cæſarienſ. Hiſtor. lib. 2. cap. 1. Ni-
cephor. lib. 2. cap. 6. Lorin. Actor. Apo-
ſtol. cap. 7. verſ. 10. & cap. 8. verſ. 27.

8. Hinc cautum, vt reuerentia
exhibita Imperatoribus pariter ex-
hiberetur vxoribus, *Novell. 8. cap. 1.*
Oſuald. dict. cap. 2. litt. 1. Procop. Hi-
ſtor. Arcan. Antiquitus etiam, qui Cæſa-
rem alloquerentur Imperatorem compel-

larunt coniugemque Imperatricem. Præcipue apud Francos, qui in diplomatibus apponebant annos Regni pariter Regum, ac Reginarum, Ioan. Lymn. notit. Regni Franc. lib. 2. cap. 19. lit. CC.

Sic etiam sicuti Domini Titulo decorabantur Reges, vt diximus Glos. 3. vxores Domina dicebantur, Quint. Curt. lib. 3. cap. 22. Reginas, Dominasque, vbi Rader. animaduers. Virgil. lib. 6. Aneid.

Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Et Marcial.

Non aliena videt, sed amat Proserpina raptos.

Ille tibi Dominam conciliauit amor.

Sydon. Apollin. lib. 4. Epist. 7.

Orta tamen Domina lucidiora fouent.

Quare Domitiani vxor Domina dicta, Sueton. in eum, cap. 23. vbi Berold. & Lain. Torrent. Amalafriada, Casiod. lib. 9. Epist. 1. Aliæque de quibus Cælius Rodigin. lib. 24. cap. 17. Pontan. ad Virgil. lib. 11. Aneid. vers. 397. Adrian. Turneb. lib. 21. aduersar. cap. 6. Bullenger. de Imper. Roman. lib. 1. cap. 36. Lelius Briscol. bonar. successuar. lib. 3. cap. 4. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 114. Rom. antiquit. Roman. lib. 3. cap. 25.

10 Seruatum à Theodosio, Epist. 30. in Act. Chalcedon. Concil. par. 1. Dominam dicente Placidiam. Et Epist. 31. Eudoxiam vxorem Valentini Imperatoris.

11 Et vt Augusti Titulo Imperatores, Augustæ etiã illorum vxores, Tacit. lib. 1. Annal. Nomenque Augusta. Et postea: Et quoties Augusta in theatrum introisset, Lyp. Comment. ad Tacit. lib. 1. num. 54. l. Princeps, de legib. Augusta, ac regat. 2. l. Fiscus, in fin. ut

iure Fisci, l. Quoties, vbi Senator, vel clarissimi, l. Cum heredes, C. qui testamenta facere poss. l. Bene à Genone, C. de quarr. prescript. Auchent. de nuptijs, §. Non tantum, Ant. Fabr. cōiectur. ad dict. l. Princeps, Salmaf. in not. ad Sparf. fol. 142. lit. C.

Iom.

Et Iunone Regina

Pro salute

M. Aurelij Antonini

Fil. Augusti,

Et Iulie Augustæ.

De quo Renat. Chopin. Doman. Fræs. lib. 3. cap. 5. Ioan. Lymn. de iure publico, lib. 2. cap. 14. Franc. Marc. decis. 423. nu. 2. par. 2. Alex. Turamin. dict. l. Princeps, num. 16. Lorin. Comment. in Act. Apostolor. cap. 25. vers. 21.

12 Quod receptum ab antiquis Ecclesiæ Patribus, patet in Epistolis relatis, par. 1. Concil. Chalcedon. vbi sicuti Epist. 3. & alijs. Theodosius Augustus dicitur, æquali Titulo decoratur Pulcheria vxor Theodosij, Epist. 11. Leo Episcopus Pulcheriæ Augustæ. Et cap. 3. eiusdem Concilij, Epist. 7. Et Epist. 10. Theodosius Pijssimus. Et Epist. 12. Pijssima Pulcheria Augustæ, Epist. 17. & 24. Et in relation. Chalcedon. Sydon. Act. 3. Pijssima, & Christum diligenti Dilectissima Regina, & Augustæ custodi Catholica, & Orthodoxa fidei filia Pulcheria.

13 Et ab Imperatoribus Adriano, Constantino, Iustino, Iustiniano, & alijs Augustæ appellatæ sunt, Euphemia, Elena, Flauia, Theodora, Sophia, Zonar. tom. 3. Annal. de Iustino, Curopalota: Vxorem Sophiam Augustali Corona ornauit, Bulleng. de Imper. Roman. lib. 1. cap. 17. Nicol. Aleman, not. Histor. in Arcan. Procop. Ioan. Corraf. l. Princeps, num. 11. de legibus, Carol. Sygon. lib. 3. ac Occident. Imper. fol. 63. & 75. Olsuald. lib. 22. Comment. cap. 2. lit. l. Ioan. Lymn. de iure publico, lib. 2. cap. 14.

14 Quæ Honoraria, ac Reuerē-

tialia Iura sic (vt diximus) Communia fuere Reginis, vt cum Reges ad Maieftatis gloriam vtuntur Regali vestimento auro, & purpura contexto, Corrip. lib. 2.

*Cesareos humeros ardenti murice textit.
Circumfusa Clamis, rutiloque Honorata metallo.*

Claudianus, Panegyric. Italicon 2.

Quin, & Sydonias Clamides, & Cingula bullis

Aspera, gemmataeque Togas, viridesque Smaragdos.

Loricis, galeasque renitentes bicynthis,

Et vario lapidum distinctas igne Coronas.

L. 1. & tot. tit. C. de vestib. Holoabor. lib.

11. Ioseph. antiquit. lib. 19. cap. 17. late

Henric. Salmuth. in not. ad Pancirol.

tit. 45. de habit. Imper. Bullenger. de

Imper. lib. 2. cap. 4. Didac. Perez ad

tital. C. de vestib. Holoabor. vbi. & Scri-

bentes Pined. de rebus, Salomon, lib. 6.

cap. 5. Alex. ab Alex. diem. genial. lib. 5.

cap. 18. Ioan. Lymn. notit. Regn. Franc.

lib. 2. cap. 14. & cap. 19. Freder. V ven-

delin. Politicor. lib. 2. cap. 7. Azened.

l. 1. tit. 12. lib. 7. Recopil. Maximilian.

Fauft. consil. pro Erario, cons. 1173.

Adam Contz. Polit. lib. 8. cap. 14. §. 6.

Franc. Cypeo notit. iur. Belgic. §. de

15 Colleg. artific. Ab Athali Regis te-

poribus, qui primus ad decorem Re-

gium has inuenisse vestes, refert

Plin. lib. 8. cap. 48. & lib. 33. cap. 3.

Marcial, lib. 8. Epigram. 28.

*Non Athamanteo potius meminerim auro
Aolium dones si mihi Phryge decus.*

16 Sic, & concessum Reginis, vt de Cleopatra, Lucan. lib. 10.

*Candida Sydonio perlucet pectora filo,
Quod ni lotis acas cōpressū pectine seruit*

Siluit, & extenso laxauit flamina velo.

De Agrippina, Tacit. lib. 12. Annal.

Agrippina, clamide aurata praesedere,

Plin. lib. 33. cap. 3. acceptum a Semi-

ramide Babyloniorum Regina, quae

prima Regio ornatu vestes versico-

lores inuenit, Marcial, lib. 8. dict. Epi-

gram. 28.

Non ego pratulerim Babylonica pi-

eta superbe

Texta Semiramia, quae variantur acu.

Syluio, lib. 14.

----- Fuluo certaret vt auro

Vestis spirantes referens sub tegmine

vultus,

Quae radio calat Babylon. -----

Salmuth. dict. tit. 45. Pined. dict. cap.

5. Rader. in Marcial dict. Epigram. 28.

Baifio, dict. cap. 7. Lorin. Comment. in

Psal. 44. vers. 10. Bullenger. dict.

cap. 4.

17 Quare Regius Psaltes Regi-

nae Maieftatem, his verbis demon-

strauit, Psalm. 44. *Astitit Regina à*

dextris tuis investitu deaurato, circum-

data varietate. De quo Glos. 16. ex

num. 18.

18 A quo apud nos cautum, l. 1.

tit. 12. lib. 7. Recopil. vt Regia familia

priuatit vestimentis auro contextis

uteretur. De Regali vestium ornatu,

apud Gallos, Ioan. Lymn. nor. Regn.

Franc. dict. lib. 2. cap. 14. litt. N. & cap.

19. litt. AA.

19 Sed quamvis vsus ornamen-

torum sic laudatus fit, Reginaeque

deceat ad Maieftatem, adhuc aliqui

Principes illū nec necessarium abso-

lutē esse censuerunt, immo ex illorū

modestia illustriorem gloriā quae fieri,

vt decens, ac necessarium ex Ari-

stot. credit Keker. Disc. Philosoph. disp.

28. Problem. 14. Et obtigisse notatur

Elisabethae Reginae Catholicae, quae

maiori reuerentia, ac Honore digna

tuit,

fuit, eo quod connata est Imperium in virtute habere, non in vestium decore. Quod cognoscens Alexander Severus veri Imperatoris Inclyti, & Magni nomē quæsiuit, quamuis Romanis luxum abstulit, vt in eo Lamprid. *Protiosasque vestes ab Heliogabalo inuentas auratas in Ministrorum apparatus Regium auri, & Serici: Vestes Sericas ipse raras habuit, holosericas nūquam induit.* Et postea: *Matronas autem Regias contentas esse debere vno reticulo, atque in auribus, & bacato monili, & Corona, cum qua Sacrificium facerent, & vnico pallio auro sparso, & cyclade, quæ sex uncis auri plus non haberet,* Freder. V védel. *Politico. cap. 7. lib. 2. thesaur. 3.* Illa, 20 sicut & ille, abiectis holosericis, ac Babylonicis ornamentis, vsa fuit his tantum, quibus decoretur Maiestas non speciosè, ac delectabiliter; sed reuerenter, ac modestè, vt ex ipsius Epistola ad Archiepiscopū Granatensem, Bermudez de Pedraza, *Histor. de Granada, 4. par. cap. 17. Los trages nuevos, ni los buuo en mi, ni en mis Damas, ni añ vestidos nuevos, a esde que estamos en Aragon: Y aquello mismo me auian vistolos Franceses, solo vn vestido bize de seda contres marcos de oro, el mas llano q̄ pude: esta fue toda mi fiesta,* Nauarrete, *Discurso Politic. Discurs. 7.*

21 Ex superius dictis euincitur reiiciendum esse Procopium, *Histor. Arcan.* versute in Iustinianū, & Theodoram asserentem, Honores Imperatrici libatos à fomite, ac libidine ambitionis Genitos fuisse, non ortos à recta ratione, Maiestatisque decore, cū tam ex Ægyptiorum Legibus, Institutis, Gētiumque Moribus, quā ex Aulico Constantinopolitanorum Imperatorum vsu, nec tantum Regifici Honores, Maiestatica obsequia Regibus, ac Imperatoribus debeantur, sed Reginis, ac Imperatricibus. Audianus in eo ex Ægyptiatis 22 co more relato, *num. 5.* Quod in Israelitico Regimine in decorem Regiarum decantabit Regius Psal-

tes, Psalm. 44. *Adstitit Regina à dextris tuis.* Et laudabit Salomon, post susceptum Regni Thronum, vt ex Sacra edocemur *Historia, 3. Reg. cap. 2. Venit ergo Bersabè ad Regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia. Et surrexit Rex in occursum eius, adorabitque eam; & sedit super Thronum suum. Positasque est Thronus Matris Regis, quæ sedet ad dexteram eius.* Et attentè notentur, quæ ex Constantinopolitane Aulæ vsu prænotauit Codin. *de offic. Constantinopol. cap. 17. num. 15. & 29. cap. 22. num. 5.* Ailerens ab Imperatoribus à que toto Imperio, Imperatrices iisdem Honorum infulis ornatas fuisse, & investitu, Throno omnique Reifico ornatu, ac reuerentia, sicuti, & ipsorum Imperatorum personæ.

23 Quo prælibato etiam prænotandum, quod ex ipsis principijs adductis ex *num. 1.* ac præcepto Diui Petri, *Epist. 1. cap. 3.* Cōstitutum fuit legibus Gothicis, *l. 16. de el Fuero-Iuzgo,* vt Reginis Regius Honor, ac reuerentia exhiberetur, omniaque Regi debita, tam obsequialia, quam Patrimonialia Iura, ac reuerentialia à subditis, *Ossuald. lib. 23. Comment. cap. 2. litt. I.* Inviolata seruentur, in eisque nullum damnum patiantur: *Que ninguno de aqui adelante non demande fazer mal a los fijos de el Rey, nen à su moger.* Concil. Toletan. XVII. *Canon. 7.* Sicuti, & Constitutum extiterat in Concil. Toletan. V. *Canon. 5.*

24 A quo inter Hispanos à Gothico Regimine receptum in Honorem Reginarum, vt in eas Comitentes, teneantur crimine læsæ Maiestatis, *l. 17. Fori.*

25 Et quamuis discolor sit in hac re meus, Ioan. Lymn. *de iure publico. lib. 2. cap. 14. num. 25.* Asserens iure communi attento in legibus loquentibus de crimine læsæ Maiestatis, non comprehensas Reginas. Et Farinae. *quæst. 112. inspect. 1. num. 43. vers. Septimus est casus,* Thom. del Ben.

de immunitate Eccles. tom. 2. cap. 16. dubitat. 23. sect. 4. A tenentis inclusas esse sub illarum legum Constitutione.

26 Dicendum credimus Hispano Iure attentio, l. 1. tit. 15. par. 2. committi crimen læsæ Maiestatis, si in Regina personam agatur: *Otro tal dezimos, si el hermano mayor, ò alguno de los otros fijos de el Rey fizieffen alguna de estas cosas sobredichas contra la Reyna su madre.* Et postea: *Fueras ende si ella ouiesse fecho tai yerro, que el Rey mismo, o ellos lo ouiesse de caloniari. Ca sobre tal razon como esta, qualquier, que el Rey ayudasse, faziendolo por su mandado, non auria culpa, nin caeria en la pena de suso dicha. E quien en otra manera marasse à sabiendas, ò firiesse, ò pristesse alguno de los otros fijos de el Rey, faria traicion, è deue morir por ello.*

27 Adhuc reiecto Lymneo, sequendum Farinac. (assentior) quatenus tenet in Regnam committi crimen læsæ Maiestatis, l. 1. tit. 14. par. 2. Sed non absolutè, vt testatur ex Marsilio, Bursato, & alijs: immò adhibita distinctione deducta ex ip-
28 sarum legum Maiestatis penetrabilibus, scilicet, quod qui in Regnam criminatur, sit reus Maiestatis, sed non reus Perduellionis. Nam, vt notum est, Iudicium criminis Maiestatis læsæ etiam commissi in primo capite, distinctè se habet, & in exercitio actionis criminalis, & in pænarum impositione.

29 Ad hoc enim, vt actio morte committentis non extinguatur, transeatque ad filios illius, natta, ex l. 1. 2. 3. & 4. ad legem Iuliam Maiestatis. Necessè est vt crimen tendat in damnum Regiæ Maiestatis Reipubl. vel personale ipsius Regis, l. 1. tit. 13. par. 2. l. 1. tit. 2. par. 7. vbi Gregor. l. 1. tit. 2. lib. 1. Fori, vbi Montal. l. 1. tit. 18. lib. 8. Recopil. vbi Azcued. Gutierrez. de delict. quest. 74. num. 1. & 2. Gigas, de crimine læsæ Maiestatis, in Rubric. post Hernam, Aegid.

Bosq. tractat. crimin. lib. 7. cap. 1. & 2. Cancer. quest. crimin. cap. 2. in princip. ante num. 1. Petr. Gregor. lib. 3. Syntagmat. cap. 1. 2. & 3. post Gigantem, & alios Farinac. quest. 112. inspect. 1. à num. 8. Azcued. l. 1. tit. 18. lib. 8. Recopil. ex Alciat. Iaffon, & alijs Iul. Clar. lib. 5. §. Læsæ Maiestatis, à num. 1. vbi Addit. Theodor. Reinling. de Regim. Secular. lib. 1. clas. 3. cap. 14. num. 40. Molin. de iustit. & iure, disput. 6. num. 58. Valençuel. conf. 162. ex num. 101. Menoch. conf. 99. num. 1. & conf. 1072. num. 10. Rosin. antiquitat. lib. 8. cap. 23. Carol. Sygon. de antiquit. iur. Roman. lib. 8. cap. 29. Marius Giurb. conf. 59. num. 69. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 20. à num. 1. Capic. Latro conf. 6. à num. 96. Ponte conf. 90. num. 18. D. Ioan de Larea allegat. 64. & 65. Peguera in prax. cap. 19. Ripol. de Regalib. cap. 28. à num. 37. Paschal. de virib. Patriæ Potestat. par. 4. cap. 5. num. 13. Ioan. Choppin. lib. 2. Obseruat. 124. num. 1. Martin Mager. aduocat. armat. cap. 8. num. 19. & 21.

30 Et non quomodocumque, sed attenda dispositione, l. sen. versic. Planè, ad leg. Iul. Maiestat. Planè, nam quisquis legis Iulie Maiestatis reus est, in eadem conditione est; sed qui perduellionis reus est hostili animo aduersus Rempublicam, vel Principem animatus. Cæterum si quis ex alia causa legis Iulie Maiestatis reus sit, morte crimine liberatur, l. 2. & 3. tit. 2. par. 7.

31 Quam communem, & receptam Romanorum legum institutionem, sicuti fuere Toletana Concilia statuentia acriter contra temerarios, qui fidei Sacramenti, ac publici boni obliti moluntur in detrimentum Regni, ac Regis, Concil. Toletan. III. Canon. 75. & Concil. V. Canon. 2. Concil. VI. Canon. 18. Concil. VII. Canon. 1. Ex quibus desumptæ, l. 7. 8. & 9. in Prologo de el Fuero-Iuzgo, dict. l. 1. tit. 13. par. 2.

32 Ob id omnes Constitutiones

nes loquentes de crimine læsæ Maieftatis, vt ex ipsis patet, lætæ sunt Maieftatis causa, l. *Famosi*, § *Hoc tamē*, ad leg. *Iul. Maieftat.* Non personæ naturaliter sumptæ, Concil. Toletan. addu. *Sum. Glos.* 10. num. 23. & l. 4. de el. *Fuero-Iuzgo: Ca por los Derechos es fecho el Rey, è non por so persona, non el non està tan firme por so. persona, como està por la bonra de el Reyno.* Adfentiūt Bosc. Decian. & adducti supra.

33 Et cum hæc Maieftas in vxore Regis inueniri non possit, Alex. Turamin. de legibus, dict. l. *Princeps*, num. 16. Nec communicabilis sit, etiam per matrimoniale fœdus, Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10. Ioan. Lymneo, notit. Regni Franc. lib. 2. cap. 19. litt. DD. vt diximus Glos. 10. dicendū 34 est in Reginam non committi crimen Perduellionis, Tyber. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 5. à num. 1. Molin. de iustit. & iure, disput. 658. Valencuel. dict. conf. 162. num. 101. & seqq. ad hoc vt actio nō extingatur morte, & vt pœnæ ad posteros extendantur.

35 Nec contra Iura Maieftatis est hæc distinctio, nec contra Societatem maritalem, cum inueniatur etiam in ipso Principe, maledicentes enim Imperatori, aut Regi, & si in eum committant crimen læsæ Maieftatis, vt ex l. *unic. C. Si quis Imperatori maledixerit*, notant Scribentes, cap. *Paratus* 23. quest. 1. l. *fin. tit. 2. par. 7.* De quo post Gigant. Crauet. & alios, Ioan. Gutierr. de delict. quest. 64. Azeued. l. 3. tit. 4. lib. 8. Recopil. Menoch. de arbitrar. casu 337. num. 14. Tyber. Decian. lib. 7. tractat. crimin. cap. 50. 36 Procedit si maledicentia directa sit in Honorem Maieftatis, vt de Se-

mei maledicente Dauidem, 2. Reg. cap. 16. Pined. de reb. Salomon, lib. 16. cap. 14. ac detrimentum Regiæ qualitatis, l. 4. tit. 13. par. 2. l. 3. tit. 8. lib. 8. Ordinament. l. 3. tit. 4. vbi Azeued. l. 11. tit. 26. lib. 8. Recopilat. Gutierr. dict. tractat. de delictis, quest. 64. à num. 7. Tyber. Decian. dict. cap. 50. num. 2. & 36. Afflict. decis. 265. num. 62. Qui receptum axioma comprobant exemplo filij Apij Claudij ex Liuiio, & Suetonio, Agrippæ ex Tacito, & Diuo Antonio, damnati de crimine læsæ Maieftatis, eo quod in Reipublicæ, & Maieftatis præiudicium verba mitterent, non in personalem tantum qualitatem Principis, l. 1. & 2. tit. 2. lib. 1. Fori, vbi latè Montal. l. 1. tit. 7. lib. 8. Ordinam. vbi Didac. Perez.

37 In quorum comprobatione prænotabamus, quod attentis legibus de crimine læsæ Maieftatis loquentibus, vt l. 1. & tot. tit. ad legem *Iul. Maieftat.* nulla mentio est de Augusta, nec de Regina, in l. 1. tit. 2. par. 7. eo, quod in vxore, Regia qualitas non inuenitur, nec Iura Maieftatis, ex quo criminofus habendus Perduellionis reus; quod necessariū est, vt diximus.

38 Iure vero Regni, seu Hispano Nostro in Honorem Reginarum seruato antiquo Gothico, in l. 1. tit. 7. lib. 8. Ordinam. & l. 1. tit. 18. lib. 8. Recopilat. statutum inuenitur, quod incidat in crimen læsæ Maieftatis, in Reginas Comitentes, cum ad id Maieftatica virtus Maritalis societatis, operetur, & Matrimonialis fœderis qualitas, Hispanorumque amor, ac fides in suos Reges inducam vim.

QUE A LOS INFANTES, E INFANTAS DE estos Reynos, se les llame *Alteza*; y en lo alto se les escriba en las cartas, y otros qualesquier papeles, añadiendo el Título de *Serenissimo* à la palabra *Señor*.

SUMMARIUM.

- 1 Filij Honor parentis, & gloria.
- 2 Reges agere debent circa conseruationem Honoris.
- 3 Alexander Honorauit Regio Honore filios Darij.
- 4 Dauid Honorauit Regie nepotem Saulis.
- 5 Filios Regis maledicens tenetur pœna laesa Maieſtatis.
- 6 Indultum conceditur natiuitate filiorum Regis.
- 7 Filij Regum, dum Ciuitates introeunt, recipiuntur ſolemni pompa; & quomodo exequatur? 8.
- 9 Perſæ Xerxem ſolemni plauſu primi receperunt.
- 10 Athenienſes cum Duces urbem inhibant, eos recipiebant ſolemni plauſu.
- 11 Alexandri ingreſſio in Babyloniam, qualiter executâ.
- 12 Triumphator apud Romanos recipiebatur exeunte obuiam populo, 13. Vestibus albis ornato, 14. Strato itinere floribus, 15. Lucernis incenſis, appoſitis in fenestris, 16. Patentibus Templis, 17. Odoribus incenſis, 18. Acclamationibus.
- 19 Triumphator ad Capitolium ducebatur Ioui immolaturus.
- 20 Imperator dum ingrediebatur Ciuitatem, recipiebatur ſolemni pompa; ut executum cum Nerone, & Veſpaſiano.
- 21 Filij Triumphatoris in curru, cum patribus uehebantur.
- 22 Filij Regum uti valent oſericis.
- 23 Pompa Regia permiſſa in funeribus filiorum Regis.
- 24 Funerâlis pompa diuerſè executâ ſecundum Dignitatem perſonarum.
- 25 Lugubres veſtes, quales permiſſa in funere Regio.
- 26 Tumulus tantum permiſſus in funere Regio.
- 27 Funerum leges, & Doctores remiſſi.
- 28 Honor verbalis exhibendus filijs Regum, & 30.
- 29 Filijs Regum ſecundogenitis Patriſonia, & officia conferenda.
- 31 Infantes dicuntur filij Regum apud nos in Titulum Honoris, tam maſculi, quam fœminæ, 33.
- 32 Infantes dicebantur filij Regum, Gothorum atate.
- 34 Filie Regum Honore Regio veneranda ſunt.
- 35 Filij Regum Gallorum dicuntur Fils de France.
- 36 Filie Regum Gallorum dicebantur Regina, 38. Filie de France, 39. Mudames.
- 37 Filia Pharaonis Regis Aegyptiorum Regina appellata.
- 40 Infante Regum nomen, 41. Titulus Honoris.
- 42 Filij Regum in Titulum Honoris diſti. Filij Dei, 44.
- 43 Reges Dij appellati.
- 44 Imperatores Romani nomina Imperatoria ſuis filijs imponebant.
- 45 Dies Luſtralis apud Romanos dicebatur, qua nomen imponebatur, 46. Apud Græcos Amphidromialis.
- 47 Nomina Imperatoria imponebantur die adoptionis ad Imperium, 48. vel delata hæreditatis.
- 49 Vel ad id designata a Principe.
- 50 Tituli Honorum filijs Imperatorum conceſſi erant, 51. Principū iuuetutis, 52. Nobiliſſimorum puerorum.
- 53 Filij Imperatorū appellabantur Nobiliſſimi, 54. & Deſpectæ.

- 55 Tituli Honorum concedebantur filijs Imperatorum successoris in Imperium.
- 56 Filij ut legitimi haberentur necessa-
erat, quod post natiuitatem, a patri-
bus leuarentur, & sinu souerentur.
- 57 Filij ni a patribus se si perentur, non
censabantur legitimi.
- 58 Filij suscepti, legitimi parentum ha-
redes.
- 59 Suscipiens filiam, & si ab eo non ge-
nitum, illum habeat heredem heredi-
tatis, & familiae.
- 60 Moyses per susceptionem, & appre-
hensionem, filius, & heres Pharaonis
factus.
- 61 Suscipere a Sacro fonte, quid?
- 62 Cognatio spiritualis inducitur ex sus-
ceptione infantis in Baptismo.
- 63 Regina, ut parerent, in throno pur-
purato imponebantur.
- 64 Purpura, insignia Maiestatis. Filij
Imperatorum dicti: Nati in purpu-
ra, 65.
- 67 Constantinus domum purpuream Por-
phyram dictam edificauit, ubi Impera-
trices partus aderent, 69.
- 68 Porphyris lapis purpurei coloris.
- 70 Filij Imperatorum Porphyro ge-
niti dicti.
- 71 Nomina Imperatoria in Imperio, seu
Regno electiuo filijs Imperatorum ob-
petant voluntate parentum, 72. In
successiua, lege natiuitatis.
- 73 Infantes, seu filij secundogeniti Re-
gum sunt munimenta, Imperij, & Reg-
ni firmamenta.
- 74 Alteza dicitur Infantibus filijs se-
cundogenitis Regum Hispanorum, 75.
& Gallorum.
- 76 Obsequia parentibus debita, debentur,
& filijs.
- 77 Filijs debentur obsequia, & si hare-
des parentum non sint.
- 78 Reuerentia filijs debita est Iure con-
tinuatiuo.
- 79 Filijs Regum tribuendus Honor Iure
Canonico, Hispano, & Constitutioni-
bus Conciliorum Toletanorum.
- 80 Tam uerbis, quam scripto.
- 81 Titulus de Señor, priuatiuus, est
Regum.
- 82 Filij Regum ecommunicatiue dicun-
tur Señores.
- 83 Infantes scripto appellatur: Sere-
nissimi.
- 84 Serenissimi Titulus Regius est.

DE TITULO HONORIS: DE INFANTE

filij Regum Secundogenitis competente: Deque reueren-
tia, ac verbali Honorifica appellatione eis conferenda.

Vbi, & de nominibus Imperatorum filijs Prin-
cipum concessis, tam Romanorum,
Græcorum, quam Gal-
lorum.

GLOSSA DEZIMATERTIA.

CVM filiorum Honor in
gloriam uertatur paren-
tum, Seneca de benef. lib. 5.
cap. 19. Kekerman. Politio. disput. 18.
Prohem. 29. Et id præcipue in Regi-
bus procedat, cum nihil eis necessa-
rius, Frederic. V. vendelin. Polit. lib. 2.

2 cap. 8. nec gloriosius, quam insignia
Maiestatis in filijs cōspicere, Iustin.
lib. 10. loquens de Artaxerxe: Sincer-
iusque gaudium ex procreatione capti-
uum, si insignia Maiestatis sua uiuus in
filio conspexisset. Quod Samuel demō-
strauit populo Israelitico, dicens. 1.

Reg. cap. 12. *Porrò filij mei vobiscum sunt.* Eos exponens, vt ad sui decorè reuerentia legitima decorarentur, *Mendoç. lib. 1. Reg. diet. cap. 12. vers. 2. num. 4. Pined. de rebus Salomon. lib. 2. cap. 10. num. 4.*

3 Et edocent factum Alexandri, *Quint. Curt. lib. 3. cap. 23. & 24.* Regis, qui post victum Darium, nec incolumes modo filium illius, & filias habuit, sed etiam Honorauit eas apparatu Regiæ pristinæ fortunæ.

4 Dauidisque laudatum, *2 Reg. cap. 9.* Miphibosethem Saulis nepotem, non tantum ad facultates paternas restituentis, sed sic illum glorificantis, vt in mensa Regis comederet, Honor Regij fastigij, *1. Reg. cap. Luithprand. Chronic. lib. 6. cap. 13. Grethser. lib. 3. Comment. cap. 2. in Codin. cap. 8. num. 35. fol. 232. Ac haberetur quasi vnus de filijs Regis.*

Iustè ansam præbuit nostris Regibus, vt quamplurimas leges ferrent statuentes Regum proli, Suprema, Regaliaque iura, qualiter cautum inuenimus in *l. 3. tit. 1. lib. 8. Ordinan. 5* cauente, quod pæna Maiestatis lata contra maledicentes Regibus puniretur, qui filios Regum maledixerit: *O Infantes nostros filios. l. 3. tit. 4. l. 11. tit. 26. lib. 8. Recopil. vbi videndus Azeued. Ioan. Gutier. de delictis, quaestio. 64.* Distinctione tamen tradita à nobis, *Glos. 13. num. 39.* secundum mentem, *l. 1. C. Si quis Imperatori maledixerit.*

6 Ac quod in illorum ortu delictorum indulgentia, ac abolitio concedatur. *Diximus Tractat. de Contrauand. cap. 31. num. 26.*

7 Et vt Ciuitates ingredientibus, solemnibus, ac publico Honoretur plausu; cumque ad Ecclesiam eant, à Capitularibus processionaliter recipiantur (sed Cruce intra valuas Ecclesiæ relicta, quam humili reuerentia venerentur, *l. 2. tit. 1. lib. 2. Ordinan. l. 7. tit. 1. lib. 2. Recopil. Solor-*

zan. de gubernat. Indiar. lib. 4. cap. 9. num. 69. & Politic. Indiar. lib. 5. cap. 12. Bobad. lib. 2. Politic. cap. 16. num. 213.)

8 Sed cum de hac ceremoniamentio fit in legibus nostris, & nihil à Doctoribus circa Originem, & vsus adnotetur; nõ inutile erit agere, vnde illum habuerit, tam ex parte popularis solemnibus receptionis, quàm ex eo, quod quam primum Ciuitatem ingrediantur, ad Ecclesiam ducantur, intraque valuas Crucem Sanctam venerentur, antiquato more illo, quo Clerici extra Ecclesiam cum Cruce obuiam ibant, vt insinuant dictæ leges.

9 Ad quod sciendum est, Persas fuisse primos, qui solèni plausu Xerxem receperunt, cum Helesponthum ponte vnxit, & traiecit, *Herodot. lib. 7. Omnis generis odoris in pontibus congerentes, ac myrtho iter consternentes.*

10 A quo Athenienses, quando Duces urbem ingrediebantur, rebus feliciter gestis, Magistratus, & Populus lógo ordine obuiam ibant, illosque recipiebant, non tantum solemnibus seculari pompa, sed Deorum imagines producendo, vt cum Alcibiade ab exilio reuerso factum refert *Plutarch. in Alcibiad. Alex. ab Alexand. diem. genial. lib. 6. cap. 6.*

11 Hinc orta receptio Alexandri Babylonem ingredientis, *Quint. Curt. lib. 5. cap. 3.* Plures obuiam egressi sunt, inter quos *Bagophanes arcis, & Regiæ pecuniæ custos, ne studio à Maceo vinceretur; totum iter floribus, coronisque constrauerat, argenteis altaribus utroque latere dispositos, quæ non thure modo, sed omnibus odoribus cumulauerat.*

12 Quæ (receptio scilicet) à Persis, & Græcis, ad Romanos translata induxit, triumphales pompas huc in modum concelebratas. Decreto enim triumpho, destinataque die, Senatus cum equestri ordine, alijsque obuiam ibat triumphatori extra portam Ciuitatis, ibi spectabat *populus, condidis ornatus*

vestibus; prodibat Triumphator, qui
strato floribus itinere, Ouid. lib. 4.
trist. Eleg. 2.

Hoc super incurru Caesar victore veberis
Purpureas populirite peroratus
Quoque ibis manibus circumplaudere
tuorum
Undique! Sarto flore tegente vias.

15 Arboribus, fenestris Ianuis,
vijs, lucernisque ornatis, Marcial,
lib. 10. Epigram. 6.

Quando erit ille dies, quo campus, & ar-
bor, & omnis
Lucebit, Latia culta fenestra nuru.

16 Patentibusque in plausu Deo-
rum templis: Thuribus ante Ianua
17 positis: Thure, & odoribus incen-
sis, Diuus Nazianc. Orat. 21. de laud.
Diuu Athnnae. Nam quid publicos plausus
commemorem, & unguentorum profusio-
nem, & totam urbem lumine corruscan-
tem, publica, & priuata conuiuia, ca-
teraque, per quae urbes letitiae, atque hi-
18 laritatis argumenta edunt. Prae-
cedente pompa, acclamationibusque,
Ouidio, dict. eleg. 2.

----- Io que

Miles Io magna voce triumphi canet.
Corrip. lib. 2.

----- Sic vulgus amore
Undique conueniens letarum more volucrum.
Tu vincas Iustitiane, canunt.

19 Anton. August. antiquit. Dia-
log. 1. Bulleng. de Imper. Roman. lib. 2.
cap. 35. Nicol. Serar. de processione. ad
Capitolium ducebatur, vbi lauream
ante Iouis genua deponebat, Plin.
lib. 15. cap. 30. Dion. lib. 55. Valtrin.
de re milit. lib. 7. cap. 10. Rosin. antiqu.
lib. 10. cap. 29. Stat. lib. 4. Sylu. 1.
Et non dum gremio Iouis indica laurus.

Et gratulatoria Sacra celebrabat
tauro immolato, Virgil. 1. Aeneid.

Et statuam ante aras aurato fronte Iu-
uencium cadentem.

Ouid.

Blandis inductae cornibus aurum.
Condiderant ista iuuea ceruice Iuuenae.

Vt de triumphis L. Furiij Camillij,
T. Flaminij, L. Pauli Aemilij, notat
Liuus, Augusti refert Dion. lib. 57.
Neronis Sueton. cap. 25. Incedenti pas-
sim victima Caesae, sparsa per vias identi-
dem croco, in gestaque aures, ac lemnissei,
& vellaria. Idem in Galua, cap. 18.
Plin. in Panegy. vbi Lypsius, Bul-
lenger. de Imper. Roman. lib. 3. cap. 21.
Rader. explinat. ad Quint. Curt. lib. 5.
cap. 3. & in Comment. ad Marcial. lib. 10.
Epigram. 6. Henriq. Salmut. in not. ad
Panciol. tit. 57. de triumph. Alex. ab
Alex. dier. genial. lib. 6. cap. 6. Rosin.
antiquit. Roman. lib. 10. cap. 29. Carol.
Sygon. de antiquit. iur. Prouin. lib. 2.
cap. 10. Ioan. Baltrin. de iure Bello, lib.
7. cap. 8.

20 In quo etiam notandum, quod
illa pompa non tantum fiebat, dum
Imperator ingrediebatur urbem triu-
pho per Senatum decreto; sed quo-
ties aduentu ingrederetur urbem, vt
de ingressu Neronis post mortem
Agripinae, Tacit. lib. 14. Annal. Simul
progredi exposcunt, & promptiora quam
promisserant inueniunt, obuias tribus: fe-
sto cultu Senatum: coniugem ad liberorum
agnina per sexum, & etatem disposita.
Structos qua incederet spectaculorum gra-
dus, quo modo triumphi visuntur. Vespasi-
ani venientis a Iudea, Ioseph. de Bello
Iudaic. lib. 7. cap. 22. Vbi vero eum ap-
propinquare indicaretur, quamque man-
sue singulos suscepisset, qui praecesserant
nunciatum est, omnis iam reliqua multitu-
do per vias cum coniugibus, & liberis pra-
estolabantur: & quo transiens aduenisset
videndi eius voluntatem, vultusque leni-

tatem omnium generum vocibus prosequerentur, benemeritum, & salutis datorem, solumque dignum Romanorum Principem appellantes. Tot a vero Ciuitas, veluti templum erat fertis, atque odoribus plena. Cum vero vix per circumstantem multitudinem in Palatium venire potuisset, ipse quidem penatibus Dijs aduentus sui gratulatoria sacra celebrauit. Vertit autem se ad epulas turbae, perque tribus, & cognationes, & vicinias cōvivia exercentes Deo libabant, & ab eo precabantur ipsum Vespasianum, quam plurimum temporis in Romano Imperio perseuerare, & filium eius, & qui ex his nascerentur seruari inexpugnabilem Principatū. Traiani Caesaris à Germania, Marcial, lib. 10. Epigram. 6. de quo vide Caroli V. Imperatoris ingressum relatum à Sandou. *Histor. Caroli V. lib. 22. §. 5.* Caroli III. apud Lubecam, Frederici III. in Venetiam: Caroli V. apud Senam, Arumn. *de comic. cap. 5. num. 75.*

21 Ex quibus ad rem nostram noto, quod hic honor, plausus, nec priuatius, ac personalis erat Imperatorum, sed communis illorum filijs, vt de Q. Max. & Publij Scipion. in triumpho Macedonico, L. Pauli Æmilij Patri, refert Liuius lib. 45. Quos prætexitatos curru vebi cum patre, sibi ipsos similes prædestinātes triumphos opportuerat. Et de triumpho Germanici loquens, Tacit. lib. 2. *Annal.* Augēbat intuentias visus, eximia ipsius species, carrusque quinque liberis onustus, vbi Lyps. num. 114. de quo Zonaras, lib. 2. Quo non ipse solus vehebatur, sed si liberos, aut cognatos aliquos habebat etiā illorum Virgines, & pueros ascissebat; natu vero grandiores equis iugalibus imponebat. Si autem plures erant equis singularibus vebti prosequerentur; reliquorum vero Ciuium nemo vehebatur, sed laureati omnes pedibus ingrediebantur. Sic de Tyberio in triumpho Actiaco Augusti, Sueton. in Tyber. cap. 6. Actiaco triumpho currum Augustus compositatus est, Carol. Sygon. *de antiq. iur.*

Prou. lib. 2. cap. 10. Rosin. *dict. cap. 29.* Ioan. Baltrin. *dict. lib. 7. cap. 9.* Ioan. Lymn. *de iure public. lib. 2. cap. 5. ex num. 1.*

Hæc inter Prophanos executi, inter Catholicos originē Piæ deuotionis visitādi Ecclesias, in primo Ciuitatum ingressu induxerūt, audiamus ex Gondif. Villadie. *tract. de leg. par. 1. quest. 6. num. 3.* Cumque Ciuitates, vel oppida ingreditur conueniens est, vt antequam ad hospitium declinet, Ecclesiam visitet, sicut, & Christus fecit cum Hierosolymam cum Processione in die ramis palmarum ingressus est, vt habetur *Matth. 21.* Chrysostomus, inquit, hoc erat proprium boni filij, vt ad domum curreret patris, & illi honoret redderet, & tu imitator Christi factus, cum ingressus fueris aliquam Ciuitatem primo ad Ecclesiam curras.

22 Est etiam eis præscriptum in l. 1. tit. 12. lib. 7. *Recopil.* quod vt iaceant vestibibus olorescicis, ac auratis, Regio tantum ornatui permissis, l. 5. tit. 5. par. 2. de quo *Glos. 12. n. 14.*

23 Pariterque in l. 7. tit. 1. lib. 1. *Ordinam. l. 1. tit. 5. lib. 5. Recopil.* vt in eorum funeribus ac ex equijs vtatur funerali pompa, Regalibusque ceremonijs, Didac. Perez *dict. l. 7. Azeu. l. fin. dict. tit. 5. Matieç. l. 2. glos. 2. dict. 24 tit. 5.* Quas, & si diuersimode acceptas testatur Syluius Italic. lib. 13. *Bello Punic.*

Discrimen seruat populus, variatque iacentum

Exequias tumuli, & Cinerum sententia discors.

Conrad. Brun. *de caremon. lib. 4. cap. 4.* proque diuersitate status, Dignitatis, & ordinis, l. *Et si, §. equum,* vbi Gothofred. *de Religios. & sumptib. funer. Loais. in not. ad Concil. Valent. fol. 111.*

25 A nostris vero in Regio funere acceptæ, & filijs Regum concessæ sunt, ex ipsius legibus, vt omnes nigris laneis vestibibus induantur,

An-

Andr. Alciat. *Emblem.* 117.

Index Mestitia est pullus color utimur omnes

Hoc habitu tumulis dum damus inferias.

Et ut ex legibus dictis, l. De quibus, l. Genero, de his qui notant Infan. ubi Gothofred. l. Item apud Labeonem, §. generaliter, de iniurijs, l. Decreto 15 C. ex quib. causis infamia irrogetur, Ioan. Lymn. de iure publ. lib. 2. cap. 12. nu. 9. & not. Regn. Franc. lib. 2. cap. 20. Vtebaturque in obitu Imperatorum, ut de die mortis Theodosij Imperatoris, Theophilact. Symochat. *Histor. Mauritian.* lib. 1. cap. 2.

26 In Ecclesia tumulus in numero candelarum numero splendescens imponatur, imaginibus, armis, ac epitaphijs decoratus; ut ex apposito in funere Serenissimi Infantis Ferdinandi, Toletani Primatis à sua Ecclesia Toletana structo patet, simili illi decantato à Virgil. *Aeneid.* 6.

Nec minus interea Miffenum in litore Teucris

Flebant, & cineri ingrato Suprema ferebant.

Principio pingue tædis, & robore secto Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris

Intexum, latera, & ferale ante cypressos

Constituunt, decorantque super fulgentibus armis.

27 Quas cæremonias verè Regias esse, nec alijs competere, si adnotare voluissem, quam pluraque cumularè; sed ne prolixior videar in hac materia funerū, & luctus, post leges traditas, num. 25. & in eas scribentes, l. 1. Si quis impediatur, cum suis §. §. & tot. tit. ff. de Religios. & sumptib. funer. ubi Gothofr. Corraff. l. In tantum 6. §. Sacerdota, & §. Religiosa, de rer. diuis. Petr. Faber lib. 2. Semestr. cap. 2. & lib. 3. cap. 13. Konan. lib. 1. Comment. cap. 1. post

Turneb. Cujac. Bulter. Brisson. Forcatul. Rebard. Osiwald. lib. 4. *Commēt. cap. 1. litt. G. & lib. 23. cap. 2. lit. X.* Rosin. *antiquit. Roman.* lib. 5. cap. 39. ubi Demster. in *Paralyptom.* Alex. ab Alex. *dier. gen.* lib. 3. cap. 7. Bulleng. de *Imper. Romanor.* lib. 3. cap. 19. Georg. Scomborn. *Politie.* lib. 4. cap. 5. Mend. in *virid.* lib. 8. *Saturnal.* cas. 8. cap. 1. Franc. Maria Samuel de *sepult. Eccles. tract.* 1. *controu.* 3. *conclus.* 7. ex num. 14. Rader. in *Marc.* lib. 2. *Epigr.* 52. & lib. 3. *Epigram.* 9. Quint. Curt. lib. 5. cap. 10 & lib. 10. cap. 14. Lyps. ad Tacit. lib. 4. *Annal.* num. 43 & lib. 1. *elector.* cap. 6. Theod. Hoeping. de *iure insign.* cap. 2. num. 34. Ioan. Lymn. *notit. Regn. Frac.* lib. 2. cap. 17. Perer. in *Genes.* cap. 23. *vers.* 3. nu. 9. & *sequentib.* Pined. de *reb. Salomon.* lib. 8. cap. 3. ex nu. 7. Ioan. Saunar. in *not. ad Sydon.* lib. 2. *Epist.* 8. & lib. 7. *Epist.* 17. Gutther. de *veter. iure Pontific.* lib. 2. cap. 19. Kexerm. de *funerib.* Philip. Camerar. *oper. succes. par.* 1. cap. 3. Franc. Cyp. *iure Pontif.* lib. 3. *tit. de sepult.* Ioan. Honorvan. Alex. *susm. in Decret.* l. 3. *tit.* 28. de *sep.* Ioan. Lym. de *iur. publ.* lib. 2. cap. 12. ex num. 9.

28 Ideo iuste, ac secundum Maiestatici iuris principia tradita ex nu. 1. cautum censeo in lege nostra de Honore verbali exhibendo filijs secundogenitis Regum.

29 Sed doctrina nostra, ut melius dignoscatur, nota, quod agendū non est de Patrimonio relinquendo, officijs, ac muneribus cōcedendis filijs Regum secundogenitis. De quo notanda Ionatæ Regis dispositio, 2. *Reg.* cap. 21. V vendelin. *dist.* cap. 8. Arnit. *Polit.* cap. 9. Renat. Chopin. *Domon. Franc.* lib. 2. *tit.* 4. Ioan. Lymn. de 30 *not. Regn. Franc.* lib. 2. cap. 21. Sed de obsequiali, reuerētiali, verbalique Honore eis exhibendo, de quo Iuris-Consulti in l. 1. & 5. de *objeq. à liber.* ubi Doctores.

31 Apud nos enim ab Imperio Pelagij, à quo non iam Diadema electione, sed iucessione confertur, filijs Re-

Regum: in Titulum Honoris (vt decens, & necessarium erat) concessum fuit, vt *Infantes* appellarentur (& si nec desint dicentes Gothorum æuo filij Regum. *Infantes* dictos Roman. 32 & Salazar de Mendoça infra adducēdi, vt appellatos fuisse Theodofredū, & Pelagium filium, & nepotē Chindasuinthi Regis, meminit Ambros. de Moral. *Chron. gen. lib. 12. cap. 64. & 65.* Marian. *Histor. Hispan. lib. 7. cap. 1.* l. 1. tit. 7. par. 2. vbi Greg. Lop. l. 2. tit. 1. lib. 1. ordinam. l. 7. tit. 1. lib. 1. Recop. Anton. Nebrif. *Histor. Regū Cathol. lib. 2. Decad. 1. cap. 2.* Bobad. lib. 2. *Politic. cap. 16. num. 166.* Argote de Molin. *Noblezā de España, lib. 2. c. 62.* Zurit. 1. par. lib. 2. cap. 64. Moreno de Vargas, *Noblezā de España, Disc. 13. num. 9.* Salaz. de Mendoç. *Origen de las Dignidades, lib. 1. cap. 7.* Roman *Repub. de el Mūdo, lib. 4. cap. 16.* Ioan. Gutier. lib. 3. *practic. quæst. 17. nu. 339.* Cued. par. 2. *decis. 107.* Iaf. *Obseru. iurisdic. vers. 1. num. 20.* Narbon. *de ætat. ad omnes æt. human. requisit. ann. 7. quæst. 1. ex n. 43. cum sequentib.* Theod. Hoep. *de iur. e insign. cap. 6. num. 444.* Arnold. Clapmar. *de Arcan. rer. public. lib. 3. cap. 10.* Speidel. *Histor. iurid. Politic. litt. T. num. 10.* Ioan. Iacob. Dracon. *de iure Patric. lib. 3. cap. 2. num. 6.*

33 Siue masculina proles sit, siue fæmenina, Ambros. de Moral. *Chron. gener. lib. 13. cap. 29.* *Sepulchrum Regis Beremundi, & vxoris Domine Ofendæ, & Infantisæ Domine Christinae, Roman dic. lib. 4. cap. 16.*

Cum æquali Honore, ac nominibus Imperialibus, & fœminæ venerari debeant; vt de filia Pharaonis, Exod. cap. 2. vbi Abul. Cornel. à La-34 pid. Perer. *disp. 6.* Procri, Creusa, Orinthia filiabus Ærethæi Atheniē- sium Regis, Meurs. *de Regib. Atheniēs. lib. 1. cap. 12. & 13.* Darij, Q. Curt. lib. 3. cap. 23. & 24. Aristidis Atheniensis, Caij, Fabricij, Gn. Scipionis Romanorum, Alex. ab Alex. *dier. gen. lib. 4.* Demster ad Rosin. *antiq. Paralip.*

pom. ad lib. 7. cap. 31. Nepotibus August. Suet. *in eund. cap. 64.* De nomine, ac Honore exhibito Mathidiæ, Neruæ filia, Ambros. de Moral. *Chronol. general de España, lib. 9. cap. 29.* *Esta estatua es de Matidia, bija de Nerua, y hermana de el Emperador Nerua Trajano,* Vvolphang. Laz. *Roman. Reipubl. li. 9. cap. 2.* Theod. Hoep. *de iure insign. cap. 22. num. 130.* De sobole fœminæ Constantini, Sygon. *de Imper. Occident. lib. 3. fol. 75.* Lorin. *Commēt. ar. in Act. Apostol. cap. 25. vers. 21.*

35 Quæ consuetudo apud omnes recepta, apud Gallos induxit, quod sicuti *Infantes*, appellantur filij Regum nostrorum secundogeniti, apud eos *Fils de France*, dicantur masculi, Ioan. Lymn. *notit. Regn. Franc. 36 lib. 2. cap. 21. litt. DD.* Fœminæ vero, & si olim decorarentur Titulo *Reginarum*, Ioan. Lymn. *dic. cap. 21.* Bessold. *dissert. 2. de iure ordin. Ciuium, 37 nu. 6.* (quod ex antiquissima origine deduci potuit; cognito, quod Thermutisa Pharaonis filia, de qua Exod. cap. 2. Regina denominatur à Ioseph. *antiq. lib. 2. cap. 2.* Et si Ægyptiacum Regnum hæreditarium non 38 esset, vt in *dic. cap. 2.* Exod. notat Abulens.) postea *Filiarum de France.* 39 Nunc *Mesdames*, Titulo Honoratur, vt ex antiquis Scriptionibus, Io. Lymn. *deducit notit. Regn. Franc. lib. 2. cap. 21. litt. FFF. HHH & III.* Et patet ex Epist. Caroli V. Imperatoris, Sandou. *Histor. lib. 3. §. 4.*

40 Sed quamuis cum Gregor. Lop. *dic. l. 1. tit. 7. par. 2.* verbo *Infantes* dicere poteramus illam vocem *Infantes*, nomē Regium esse filijs Regum ad designationem Supremi culminis præscriptum. Adhuc audeo fateri non nomen esse, sed Titulum Honoris quæsitum natiuitate, Ioan. Lymn. *de iur. publ. Addit. lib. 4. cap. 2. n. 8.* ac demonstratiuum Iuris inhærentis in his, ac quatenus sunt Regni munimenta, legitime Constituta ad gloriam Maiestatis.

42 In cuius comprobationem notandum est, quod prima periodo Mundi proles Regia in Titulū Honoris *Filij Dei* dicebatur (cum Reges quatenus Suprema Potestate gaudebant *Dij* aliquando appellantur, 43 Exod. cap. 7. *Ecce constituo te Deum Pharaonis*, vbi Perer. *disput. 1. & cap. 22. vers. 8.* Lorin. *Comment. Psalm. 46. vers. 10.* & *Psalm. 81. vers. 1.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 6. cap. 5.* ex Tertul. & alijs Bullenger. *de Imper. Roman. lib. 1. cap. 10.* Crescol. *lib. 1. Mystagog. cap. 2. sect. 1. & 2.*) vt ex *Genes. cap. 6. vers. 2.* *Videntes filij Dei.* Notant Symmach. Pagnin. Cornel. à Lapide, dicentes Sacram paginam in illis verbis loqui de filijs Regum, Principum, ac Potentum, Perer. *in Genes. dict. cap. 6. vers. 2. num. 13.* Lorin. *Commentar. in Psalm. 81.* Sicuti, & filij Reginarum Æthiopiæ: *Filij Solis*, Lorin. *in Act. Apostol. cap. 8. vers. 27.* verbo *Candaces.*

44 Quod (omissis aliorum Regnorum exemplis) à Romanis Imperatoribus cognitum, & si Imperium non hæreditariè, aut successiue, sed electione conferretur, proli Imperiali naturali, vel adoptiue ad gloriã & Honorem Maiestatis, Imperatoria nomina tanquam necessaria im- 45 posuerunt, quæ (cum, vt diximus, Imperium electiuum esset) non quærebatur, lustrali ortus, die nominalis dicta à Romanis, Sueton. *in Neron. cap. 6.* Tertulian. *de Idolatr. cap. 6.* vbi Cerd. *num. 262.* Plutharc. *questionum Roman. 102.* Rosin. *antiquit. lib. 2. cap. 19.* Tiraquel. *l. Si vnquam*, verbo *Susciperit liberos*, *num. 168.* Narbon. *de etate ad actum human. req. ann. 1. quest. 9.* Fulu. Pacian. *de probationib. lib. 2. cap. 5. a num. 1. & 7.* Petr. Gregor. *lib. 36. Syntagm. cap. 4. num. 1.* Theod. Hoeping. *de iur. insign. cap. 21. ex num. 120.* Amphidromialis à Grecis, Bullenger. *de Imper. Romanor. lib. 3. cap. 47.* Cassaubon. *in Athen. lib. 2. cap. 24.* Adrian. Turneb. *lib. 7. aduer-*

sarior. cap. 21. Ioseph. Vicecomit. *de antiq. Baptist. rit. lib. 2. cap. 14.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 2. cap. 25.* Hoeping. *dict. cap. 21. num. 226.* Sed vel adoptionis (die inquam) ad Imperium, *l. Nullus, C. de spectacul. in Cod. Theodos.* Quibus, vel in lucem adiecti, vel Imperij sumus sceptrā sortiti, vt de Traiano Plin. *in Panegyric. Simul filius, simul Cesar*, vbi Lypf. *num. 77.* Ioan. Meurs Mantissa, *cap. 16.* Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 21. n. 175.* 48 Delatæ hæreditatis, vt de Octauius, Paul. Oros. *lib. 6. cap. 18.* Octavianus, qui testamēto Iulij Cesaris avunculi, & hæreditatem, & nomen assumpsit. 49 *rat.* Aut ad id designata Imperatorum dispositione, *l. Omnes, C. de ferijs: Vel ortus Imperij protulerunt.* De quo diximus *traët. de Contrauando, cap. 31. num. 26.* vt patet apud Tacit. *de nominib. Neronis, & Drusij, lib. 1. Annal. Imperatoris nominibus auxit,* Sparcian. *in Alio vero: Imperatorum filij Cesarum nomine consecrati sunt,* Redin. *de Maiestat. Princip. in princip. num. 42.* De filijs Constantini, Carol. Sygon. *de Occident. Imper. lib. 3.* Petr. Mexia *vita Constantin. cap. 3.* Anton. Augustin. *Dialog. 7.* Gutther. *de offic. Domus August. lib. 1. cap. 42.* Petr. Gregor. *lib. 10. Syntagmat. cap. 6. num. 17.* Theodor. Reinfig. *de Regimin. Sacular. lib. 1. clas. 3. cap. 14. ex num. 5.*

50 Nomina vero (seu potius Tituli Honoris) filijs naturalibus, aut adoptiuis concessa ab Imperatoribus diuersa fuerunt, & explicito Principum. Principio enim Romani Imperij erat: *Principum iuuentatis*, vt Tacit. *lib. 1. lib. 1. Annal.* & ibi Lypf. *num. 22.* Anton. August. *Dialog. 7.* Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 5.* De quo 52 *Glos. 111. Nobilissimorum puerorum,* Cujac. *l. fin. C. de Priuileg. eorum, qui in Sac. Palat. lib. 12.* Ossuald. *lib. 17. Comment. cap. 24. litt. M.* Narbon. *de etate human. requisit. ann. 7. quest. 1. num. 46.* Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 6. num. 361.* Ioan. Iacob. Speidel. *Hi-*

Hor. iuridic. Politic. litt. I, num. 10. Ho-
rat. lib. 2. Od. 18.

----- *Regumque pueris.*

Et lib. 4. Od. 4.

----- *Quid Augusti paternus.*
In Pueros animus Neronis.

Ouid. lib. 2. de Ponto, Eleg. 8.

Parce, Puer, seculi decus admirabile nostris

Ex Alberic. Gentil. Ioan. Iacob.
Dracon. de iur. Patric. lib. 3. cap. 2. n. 6.

53 *Seu Nobilissimorum tantum,*
l. fin. C. de lustrali, Collation. in Cod. Theo-
dof. Gutther de offic. Dom. August. lib. 1.
cap. 4. Iacob. Gretser. in Codin. lib. 3.
cap. 4. §. 5. Zonar. tom. 3. Annal. in Ni-
cephor. Botoriat. Alexium Nobilissimi
Titulo ornatum, à quo acceptum, vt
Nobilis vox inter Honorificales Ti-
tulos habeatur, Ioseph. Comment. Re-
gionament. de Tituli, vers. Nobile, rela-
tus à Franc. Scaglione. in com. ad Pro-
cem. Neapol. fol. 269. Tributum Vale-
riano Iuniori, Seuerino, & Maximino
Cæsaribus, vt ex inscript. l. 1. C.
de ferijs, Pancirol. de 14. Region. vrbis
54. Constantinopol. Reg. 1. Sub Impe-
rio Græcorum, Despotarum, Volateran.
lib. 29. fol. 347. Iacob. Gretser. Com-
ment. in cap. 1. Codin. lib. 2. cap. 2. num.
20. & lib. 3. cap. 13. Theophil. Simo-
cat. in explicat. dignitat. verbo Despotæ
Sebastocratorum, seu Augustisperatorum.
Ex institutione Alexij Commeni, vt
Zonar. Annal. tom. 3. in Alex. Com-
ment. Andronicus August. Imperat. Esau-
sius, & Briennius Cæsaris appellati. Sub
Romano Germanico: Archiducum,
Camil. Borrel. de præstant. Reg. Catho-
lic. cap. 46. num. 142. Ioan. Lymn. de
iure public. lib. 2. cap. 15. num. 3. Sixtin.
de Regalib. lib. 1. cap. 4. ex num. 24. ex
Dracon. Bessold. & Murestor. Theo-
dor. Hoeping. de iure insign. cap. 22.
num. 115.

55 *Sed cum successuris in Im-*
periu tantum concredita, dicent ali-
qui, vt denotant relati Doctores,
præcipuè Codinus, Curopalot. de of-
fic. Constantinopol. cap. 6. num. 40. Ad-
huc Imperatores, ne proles illis va-
caret (cum nata Reipublicæ dici non
posset) induxisse modum, quo Ci-
uili fictione Reipublicæ, ac Imperio
filij sui nati viderentur; & inde Im-
perialia nomina, ac Regia haberent.

56 *Erat enim inter Romanos*
seruatum, forte Papiæ legis disposi-
tione, vt ad hoc quod filij liberorum
numero adnumerarentur, ac ad fami-
liam, & hæreditatem paternam ex-
cluso Fisco admitterentur, quod in
ipsa natiuitatis periodo, postquam-
que in terram cecidissent, l. Quod cer-
tum 3. C. de liber. & posthum. heredib. in-
stituend. vbi Gothofred. de quo Plin.
lib. 2. cap. 65. & lib. 7. in princip. Ter-
tul. lib. de anima, stat Papinian. addu-
ctus à Cujac. lib. 11. Obseruat. cap. 30.
ex Macrobi. & alijs Tiraquel. l. Si vn-
quam, verbo Susceperit liberos, nu. 154.
Pater, vel absète, Procurator pro eo
Infantem leuaret, aut tolleret, sinu-
que susceperet, Papinian. lib. 1. Sylu.

----- *Tellure cadentem*

Excepi, sinuque fousi.

Et lib. 2. Sylu. 1.

Sustulit exultans, ac prima lucida voce
Astra salutatum Dominus sibi mente di-
cavit
Amplexasque sinu tulit, & genuisse pu-
tavit.

Ex Claudian. Lucan. & alijs Tiraq.
dict. num. 154. Syd. Apolin. carm. 23.

Iam primo te Nero calentem ab ortu
Excipere sinu, nouem sorores.

Vbi Ioan. Sar. in not. vers. 205. Dem-
ster late Paralytom. ad Rosin. lib. 2.
57 cap. 19. Qua Cæremonia Infans

in

in suum agnoscebatur, & aliter non habebatur legitimus. (De qua susceptione, intelligenda sunt verba, l. Quidem 132. de verbor. obligat. ibi: Quidam cum filium alterum susciperet, vbi Cujac. & responsa Iuris-Consultorum in l. si filius, de ritu nuptiar. l. Ex facto, §. ex facto, ad Trebellian. l. 3. & vlt. de coniugend. cum emancipat. liberis. l. Apud hostes, de capt. l. 9. §. isto, l. Pland, de pen. l. Cum pater, §. pater, de legat. 2. l. Libertus, §. in adoptiva, ad municipal. l. Post emancipationem, de legat. 3. l. Cum proponas, C. de interdict. matrimon. l. Et si contra, C. de nupt. Legitimos filios susceptos dicentia, Gothofred. in dict. legib.) Cujac. lib. 13. obseru. cap. 25. Demster dict. cap. 19. Infans non habebatur legitimus, nisi pater praesens, vel eo absente, procurator pro eo Infantem terram tenuisset, sinu imposuisset, itaque tollere Infantem, est suum agnoscere, alere in spem familiae, & heredem habere, non tollere familia, eijcere, abdicare, aut exponere, Terent. in Andr. Act. 1. Scen. 3. Quidquid peperisset decreuerunt tollere. Et in Heaut. Scen. 1. Act. 4.

Meministi me esse grauidam,
Et mihi te magnopere interminatum
Se puellam parerem nolle tolli?

Carranç. de part. cap. 4. num. 33. Pined. in Iob, cap. 1. vers. 21. num. 3. Pater Gaspar Sanchez, Commentar. in Cantic. cap. 8. num. 29. nouissimè D. Michael Moez. ad cap. Si eo tempore, num. 7 de rescript. lib. 6.

59 Si vero alius excludente, aut abdicante patre naturali, illum suscipiebat, suae familiae successor, & bonorum suscipiens habebatur, vt ex Plaut. in Truculent. Act. 2. Scen. 4. vers. 5.

Si quod peperisset, id educarem, & tollerem,
Bona sua me habiturum omnia.

Iuuen. Satyr. 6. vers. 38.

Sed placet Vrtilio Lex Iulia, tollere dulcè.
Cogit at heredem.

Taliter, vt illa susceptionis, seu leuationis, aut tollitionis caremonia caelibatus, aut orbatus nota effugiebatur, vt ex Rosino, & Demster. Carranç. dict. cap. 4. num. 33.

De quo mirabile est, & omnia comprobans, quod de leuatione Moysis à Thermuti filia Pharaonis, & susceptione, vt inde filius, & nepos Pharaonis Aegyptiacique Regni successor haberetur, narrat Ioseph. antiqu. Iudaic. lib. 2. cap. 5. Hunc puerum (inquit) ego educaui, non minus in dolo, quam pulchritudine Diuina excellentem, quem Nilus ipse in sinum meum tradidisse videri potest. Quem decreui adoptare mihi filium; tibi vero in Principatu, ac Imperio successorem, & cum dicto patre Infantem in manus imposuit; at ille postquam acceptum ad pectus appressisset filiae gratificaturus, comiter, Diadema suum eius capiti imposuit. Ex Schilio Poeta Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromat.

Nomen dedit Moysis mihi, quod in huiusmodi Ripa repertum, substulit sinu fouens.

Perer. in Exod. cap. 2. disput. 6. num. 34.

A quo desumpta fabulosa Herculis adoptio: Per Iunonis ipsum sinu excipientis, Petr. Faber, lib. 3. Semestr. cap. 1. de qua meminit Diodor. Sycul. antiquit. lib. 4. cap. 3. Et vera Michaelis Calaphatis, per Michaelem Paphlagonem Imperatorem, de qua ex Zonar. sic Petr. Faber: Ita, vt vnus, ac sinu velut filium exciperet, traditumque Imperator Michael Paphlago, ad Caesaris Dignitatem promouisse.

61 Fortasse ex hoc leuandi, ac suscipiendi liberos ritu, Petr. Fabr. dict. lib. 3. cap. 1. recepta fuit, ac constituta in Ecclesia, caremonia suscipien-

L puen-

piendi in Sacro Baptismate Infantes, Tertul. *de Choron. milit. cap. 3. Inde suscepti, vbi Cerda, num. 58. Ioseph. Vice-Comit. de antiquit. Bapt. rit. cap. 30. & sequentib. ac vt ex ipso leuationis, aut susceptionis actu induceretur cognatio spiritualis compaternitas dicta inter Infantem, & susceptorem, cap. 2. ibi: *Filiam suam de Sacro fonte suscepit, cap. Martinus, cap. veniens: Mulierum predicti viri similiter de Sacro fonte leuasse, de cognat. spiritual. vbi Innocent. cap. 1. & 3. eod. tit. in 6. cap. 1. 2. & 3. 30. quest. 3. cap. Si quis ex vno, 30. quest. 4. Concil. Trident. sess. 24. cap. 7. vbi Augustin. Barbof. 1. Si quis alumnam, C. de nupt. Nicephor. Patriarch. Constantinop. *Breuiar. Histor. Et quia Heraclius Sergium amabat adeo, vt fratrem appellaret, quod Imperatoris Sororem, de Sacro fonte suscepit, Zonar. in Nicephor. Phot. Eum etiam Theophanous liberum, de Sacro Baptismate suscepisse, Duaren. lib. 8. Commentar. cap. 5. num. 2. Ioann. Honor. Van-Axel. ad titul. de cognat. spirituali, vbi & Francisc. Zypeus, Conarrub. in 4. par. 2. cap. 6. §. 4. per tot. Diu. Thom. 3. par. quest. 67. art. 8. Soto in 4. distinct. 4. quest. unic. per tot. Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 56. num. 1. & 2. Basil. de matrim. lib. 7. cap. 39. 40. & 41. Ioan. Baptist. Casfal. de veterib. Christianor. ritib. cap. 5. de Baptism. vers. Qui Sacro fonte, Moure *Examen Theolog. par. 3. quest. 2. §. 9. & 10. Suarez in 3. par. Diu. Thom. quest. 67. disp. 23. Arriaga tract. de Baptism. disp. 26. sect. 2. Dicastill. tract. 10. de matrim. disp. 7. dub. 14. ex n. 227.****

63 Sicuti, & inter Sæculares clientula per susceptionem, vt per Saluianum, & alios Martin Maguer, *aduocat. armat. cap. 4. n. 31. Post Hothomanum, & Brisonium, Scharder. de verb. iur. verbo Suscepti, Susceptor, & Susceptores.*

Quæ ab Imperatoribus cognita, atque (vt diximus) sua proles Reipublicæ nata, ac Imperio diceretur. Ex

indeque Regia, ac M aiestatica nomina susciperet, induxerunt, vt cum instaret partus, & Imperatrix vrgeretur doloribus, in thoro purpureo collocaretur, panneique purpurei præpararentur, vbi Infans susciperetur, non vt cæteri in gremio telluris, aut sinu parentum, Statio *lib. 2.*

Natâ protinus, atque humanâ per ipsam Primo murmure dulces vagientem Blando Calliope sinu recepit.

Claudian. in Ruphin.

Quem prima meo de matre cadentem, Suscepi gremio.

64 Sed in Maiestate per purpuram designata, Tertul. *de Idolatr. cap. 18. Igitur purpura illa, insignia erit Dignitatis, Casiod. lib. 6. Epist. 21. Hinc fit, vt cum publicum agentes purpuram cernerent, de vigore semper Principis admonerent. Latè Bulleng. de Imper. Roman. lib. 2. cap. 4. Lorin. Comment. Psal. 98. vers. 5. Ioan. Sauar. in not. ad Sydon. lib. 1. Epist. 7. & lib. 7. in concion. V volphang. Laz. *Repub. Roman. lib. 8. cap. 8. Georg. Schomb. lib. 2. Politic. cap. 20. Arnold. Clapmar. de Arcan. rer. public. lib. 3. cap. 9. Latè Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 2. ex nu. 707. & nu. 844. Alex. ab Alex. *dier. gen lib. 5. cap. 18. Petr. Greg. lib. 9. Syntagn. cap. 19. nu. 27. Pichard. de Nobilit. commun. num. 2. 65 De hac susceptione, Claudian. de tert. Honor. Consul.***

----- *Cognata Potestas*
Excipiet Tyrio venerabile pignus in ostro.

Et de quart.

Adibis genitrix auro circumflua gemmis, In Tyrios enixa Thoros olulat a verendis. Aua puerperijs.

66 Ex quo sic Regij nominis hæredes censebantur, vt in Titulû diceretur: *Nati in purpura, Zon. to. 3. Annal.*

in Alex. Commen. Quem Duce[m] Michæli in purpura pepererat, Luitp. Chron. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 8. Bullæg. de Imper. Roman. lib. 2. cap. 9. & lib. 3. cap. 47. Theophil. Simochat. not. in Protouest. lib. 1. cap. 6.

67 Quod induxit post Constantinum conditorem vrbis Constantinopolitane, vt ad ortum Regiæ prolis, nõ thorus iam purpureus disponeretur, sed Imperialis Aula, ad quod Imperator Domum, seu Palatiũ purpureũ, ex Anna Comment. lib. 6. Gretser. in Codin. lib. 3. cap. 17. num. 7. Porphyreis lapidibus (est enim Porphyrius lapis purpurei coloris, Plin. lib. 36. c. 7. Ouid.

Ex Porphyriacis figere labra gemmis.

68 Vt fabulantur Poetæ, eo quod cõsperus fuit sãguine Atyn. Amasij Diuæ Cybellis, Nicol. Perot. Cornucop. ad Marcial. Epigr. fol. 236. & Epigr. 64. fol. 955. Ex quibus adde signandã suam Maiestatem, columnam, & effigiem extruxerat, Niceph. Calixt. Eccles. Histor. lib. 7. cap. 49. & lib. 8. c. 55. Purpuram dictam Perr. Gilu. Typogr. 69 Constantinop. lib. 3. ca. 3.) ædificauit, vbi Imperatrices partus ederent, & soboles Maiestatico ortu, aura, Honoreque gauderent, Luithpr. Chronic. lib. 1. cap. 2. Constantinus Imperator Augustus, ex cuius nomine Constantinopolis est sortita vocabulum Ciuitas, Domũ istam ædificari iussit, cui Porphyra nomen imposuit, voluitque successuram Nobilitatis suæ sobolem isthic, in lucẽ prodire, quatenus qui suo ex stẽmate nascerentur, luculent a hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur. Et lib. 3. cap. 9.

70 A quo nomen, & Titulũ Imperatoriũ recipientes, nõ iam in purpura nati dicebantur, sed Porphyro Geniti, hoc est in Domo Porphyria. Vt Luithpr. Bulleng. de Imp. Roman. lib. 2. cap. 9. Theophyl. Symoc. in not. ad lib. 1. Protouest. Georg. Franc. cap. 6. vt de Constantino, & Basilio patet in Epigraph. suarũ Nouellar. & de Cõ-

stantino Constantini Duce filio, Zonar. Annal. tom. 3. in Constantino Duca. Constantinum vero Imperatori pepererat, cum, & ipsu Augusta appellata esset. Vnde, & is Porphyro genitus fuit, Luithpr. Legation. ad Niceph. Phoc. vt Porphyro geniti, Porphyro genita, hoc est, in purpura nati, filii in purpura nata gentibus miscantur.

71 Hæc enim nomina, Titulique tanta cura, ac voluntate Principum, ac Imperatorum filijs, vel naturalibus, vel adoptiuis data. In Regno nostro successiue collato, l. 2. tit. 15. par. 2. filijs Regum competũt natiuitatis lege, Theod. Hoep. de iur. insign. cap. 6. nu. 360. & cap. 21. n. 136. Ioan. Lymn. de iure públ. lib. 2. cap. 15. nu. 4.

72 Et cum ex ea Infantes habeantur tanquam munimẽta Imperij, subsidia Aulæ, adminicula Augusti, ac firmamenta Regni, Tacit. lib. 1. Annal. vbi ex Senec. Lyps. n. 29. & lib. 5. Histor. Arnold. Clapm. de Arcan. rer. públ. lib. 2. cap. 21. Bulleng. de Imper. Rom. lib. 3. cap. 4. Indeque eis summa reuerẽtia debita sit, tam factõ, quam verbis, legitimẽ à lege nostra in Honorẽ ex illo (Titulo Honoris scilicet) prouenientẽ statutũ est, vt decorentur verbali Honorificẽtia de Alteza. De qua 75 diximus Glos. 11. Sicuti apud Gallos exequitur, cum filijs Secundogenitis, Ioan. Iacob. Speidel. Histor. iuridic. Politic. litt. T. num.

76 Nec enim hæc verbalis reuerentia descendit tantum ex eo, quod attẽtis Ciuilis Iuris fundamẽtis, obsequia parentibus debita communia filijs sunt, quatenus indibidualitate gaudere certũ est, vt præter adducta supra Glos. 11. refert l. 2. tit. 15. par. 2. Ca segun los Sabios antiguos mostraron, el padre, è el hijo son como vna persona, Ioan. à Terra-Rubea, contra Rebell. tract. 1. art. 2. vers. Rex Ioanne, Philip. Kinisc. de fideicom. familiar. Nobil. cap. 9. n. 54.

77 Et si successores bonorũ, aut hæreditatis paternæ nõ sint, l. Si operarũ, de oper. libert. l. Si Patronus, §. fru-

vbi Gothofr. *de bon. libert. l. Vel quod 6. vers. Liberis, de Relig. & sumpt. funer.*

78 Ac quod reuerentia patribus seruanda, filijs iure continuatio debetur, *l. Adoptiuum 8. vbi Eguin. Baron. Anton. Fab. l. Generaliter, de in ius vocand. l. 1. §. Deinde, de postul. Ofsuald. lib. 22. Comment. cap. 2. litt. 1.*

79 Sed quia Decreta Toletanorum Conciliorum, quorum obseruatio maximè a Regibus nostris attenditur (& ex illis leges nostræ) statuerunt vt dilectio, defensio, firmitas, Honor adhibeatur omni Regum posteritati, ac proli in omnibus rebus, Cóc. Tolet. V. *Can. 2. Concil. VI. Can. 15, lbo Carnot. in decret. par. 16. cap. 29. Quis ferat, aut quis talem errantem Christianum videat, qui Regiam sobolem, aut posteritatem conetur spoliare rebus, aut priuare Dignitatibus, Conc. Tolet. XIII. Cap. 4. & Conc. XVII. Can. 7. Ambros. de Moral. Chron. gener. lib. 12. cap. 54. & cap. 62. par. 2. f. 14. Que los fijos del Rey, assi como su mismo padre, deuen ser respetados, l. 15. 16. & 17. & ibi Villadieg. Prol. del Fuero-Luzgo. l. 1. tit. 14. l. 1. tit. 15. par. 2. l. 1. tit. 3. lib. 1. Fori, l. 1. tit. 2. lib. 2. Ordinam. l. 1. tit. 3. lib. 2. Recopil.*

Quod inuiolate, vt decet, nec poterat seruari, nec fundamentales antiquæ leges Regni, sicurate non agissent Reges lata lege nostra de Honore filiorum conseruando, præscribèdaque reuerentia eis exhibenda.

80 Et cum in ipsis Constitutionibus cautum sit, vt Honor in omnibus exhibeatur, verbis, & facto conferatur, ne fraus fieret Iuri Maiestatico, etiã in lege nostra præscribitur Honorificentia scripto conferenda: *Añadiendo el Titulo de Serenissimo, à la palabra Señor.*

81 Quod attète, & Iuridice laudatum fuit; nã cum Titulus de Señor; vt dixim. *Glos. 3. per Anthonomasiã* Regius sit, priuatiusque Maiestatici; 82 & si filij Domini Titulum comunicatiue à patre accipiãt, ad designãdam illorum magnitudinẽ, ac Honorẽ,

& si summum, distinctum tamen, à Maiestate Suprema, Titulo de Señor, Secundogenitis debito, ex iure natiuitatis, vt de Gallorum more testatur, Ioan. Lymn. *not. Regn. Franc. lib. 2. cap. 21. litt. DD.* additur de *Serenissimo.* 84 Magnifici enim, ac Regalis culminis designatiuus, vt ex Iustinianeis legibus, Gothicis, Constitutionibus, & vsu Hispaniarum, denotatur in *l. inter claras, C. de Sum. Trinit. l. Imperialis, §. similes, C. de nupt. Serenissimo Principi supplicauerint, l. Nemo, C. de Pagan. l. 1. C. de Præpos. Sacr. Cubic. Siue nostra Serenitatis adoratur, l. 1. In adoranda nostra serenitate, C. de silët. lib. 12. Epist. Agapet. ad Petr. Constãtinop. Episc. tradita à Nicol. Alem. *not. ad Hist. Arcan. Procop. fol. 115. Ad Comitatum Serenissimi Imperatoris, Cóc. Tol. III. in princ. Adfuit Serenissimus Princeps. Et Conc. Tolet. VI. Can. 1. Serenissimi, & Amatoris Christi Chindasindi Regis nostri, Conc. Tolet. VIII. in princ. Adest Serenissimus Princeps. Et Can. 13. Super Serenissimum Recefuintbũ. Et in Placito Iudæorum traddito à Loais. *not. in Conc. Tol. VIII. fol. 475. Conc. Tol. IX. Can. 17. Conc. Emerit. in princ. Cóc. Tol. XII. Can. 13. Et in ipso in ædit. Flauis Eruigijs. Cóc. Tol. XIII. Can. 4. Conc. Tol. XIII. Can. 1. Cum Serenissimus, & perspicuus Princeps Eruigijs, Conc. XIII. in princ. Epist. Leon. Põtif. ad Leonẽ Imperatorem. Sæper glorioso, & Serenissimo filio Leoni, Adã Contz. *Polit. l. 7. c. 5. §. 1. Lor. Com. Psal. 142. vers. 34. Serenissimi epitectũ Principibus Magnis tribuitur, Ambr. de Mor. Chron. gener. lib. 12. c. 46. Sand. Hist. de Carl. V. lib. 1. §. 62. & lib. 1. §. 5. & Histor. de los cinco Reyes, vida del Rey D. Fernando el Magno, fo. 7. Serenissimi Fratris, Godes. Esteuech. *Com. Veget. lib. 2. in Prol. Renat. Chop. Sacr. Polit. lib. 2. tit. 2. nu. 4. Rom. Republ. del Mundo, lib. 4. cap. 28. vers. Serenissimo, Bertrãd. Græc. Glos. in Prag. de litter. for. n. 8. Ioseph. Carn. Region. de Titol. vers. Serenita, relati à Franc. Sca gl. *Com. in Pragm. Neapol.******

QUE A LOS YERNOS, Y CUñADOS DE los Reyes de estos nuestros Reynos, se hará el tratamien- to, que à sus mugeres.

SVMMARIVM.

- 1 **M**aritus Nobilitatur Dignitate uxoris, si Nobilitas ex Regia Stirpe descendit.
- 2 Sed id procedit ex Priuilegio, non mera iure.
- 3 Generis Regum Honor exhibitus ab Atheniensibus, 4. à Romanis, 5. à Grecis, 6. à Gothis, 7. à Gallis.
- 8 Reuerentia Generis Regum debita, est Iure, non data Priuilegio.
- 9 Socer Parentum loco habentur.
- 10 Generi filiorum loco.

- 11 Nuptia prohibita inter Soceros, & Generos.
- 12 Socer Generum filium appellat, & è contra.
- 13 David filiam vocauit Nurun uxorem Salomonis.
- 14 Parricidij crimen est commissum inter Socerum, & Generos.
- 15 Reuerentia debita filijs, debetur Generis, 16. Et etiam obsequialis iure feudorum Constituta.
- 17 Generis Regum debetur Honor Iure Hispano, & Conciliarijs Constitutio- nibus Toletanorum Conciliorum.

DE REVERENTIA CONFERENDA

Generis Regum.

GLOSSA DEZIMAQVARTA.

IN hunc nostræ legis versicu- lum scripsit Narbona, *Glos. 6.* illum laudans ex recepto, ac communi principio, quod & si vxor radijs refulgeat maritalis Nobilitatis, non è contra: id limitatur dum matrimonium cum foemina, ex Regia Stirpe contrahitur; quia tunc vir perfruitur splendore vxoris. In quo adducit post Partitæ leges Bald. Alciat. Tiraquel. Rebuf. Auiles, Burg. de Paz, Pichard. Quibus addi possunt Neuizanc. *cons. 40.* Mastrill. *de Magistratib. lib. 4. cap. 13. ex num. 24.* Ponte, *de Potestat. Proreg. tit. de diuis. prouoc. §. 1. num. 18.* Tasson. *Pragm. de antefact. vers. 8. cap. 37. nu. 3.* Bessold. *dissert. 2. de iure ordin. q. Ciuium, num. 6.*

2 Sed cum sententia Narbonæ, & cæterorum (attentis principijs ab eis adductis) procedat ex indulgentia, ac Priuilegio Principis, non me-

ro iure, vt deducitur ex *l. Nupta, de Senatorib. vbi Barthol. Bald. Gorras. Eguinar. Baron. Menoch. cons. 126. num. 24.* Mier. *de Maioratib. par. 1. quest. 2. nu. 126.* Galganet. *de iure public. lib. 1. tit. 8. num. 7.* Pancirol. *var. lib. 2. cap. 9.* Taliter vt exinde dicere liceat datum hunc Honorem, non natum esse, Bessold. *dissert. 2. de iure ordin. quest. Ciuium, num. 8.*

3 Omisissis ijs, quæ exemplis cõ- probare possemus, tũ Regum Atheniensium Generis summos Honores inter suos Constituentium, vt cum Amphictione Genero Cranai; Tereo Pandionis, Zephalo Xanti, Ærechtei Pylæ, factum, notat Pausanias, Euseb. Cæsariens. Apolodoro, & alij antiqui Scriptores, tum Romanorum Imperatorum, vt cum Agrippa Augusto Sueton. Tacit. & Marcial, *lib. 8. Epigram. 22.*

Ut Caesar Generos Sacros Honores.

Græcorumque Despotarum, ac Sebastocratorum Generos, Titulo Honorantium, Codin. *Corupalot. de offic. Cōstantinopol. cap. 18. & 19.* vbi Iacob. Gretfer. Teophil. Symmocat. *Protoneftiar. lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 1. & in explicat Dignitat. verbo Despotia, seu Augustissimorum, Zonar. Annal. tom. 3. in Alexandr. Commen. Altius vero filie maritus Phosbenus omnium Augustissimus, Gothorum Nostrorum Hispanorum, vt de Eruigio, cum Egcane. Ildephonso VI. cum Ramonio, marito Constançæ Infantis, Sandou. *Histor. de los cinco Reyes, vida de el Rey 7 Don Alonso VI. fol. 70. & 72.* Ac Gallorum, Ioan. Lymn. *notit. Regn. Franc. lib. 2. cap. 21.**

8 Prænotandum est reuerentiã in lege nostra eis Constitutam natam esse, non datam, nec prouenire tantũ; ex eo quod viri Nobilitantur, seu illustrantur Nobilitate, aut Dignitate vxoritia.

9 Sed eo quod Naturali, Ciuili, Honorario, ac Aulico Iure attento sic vnitas, sic affinitas inter Soceros, Generos, & Nurus inducitur, ac attenditur, vt illi parentum loco habeantur, *l. Quia parentis, solut. matrim. l. Non facile, §. & quidem, de gradib. cognat. & affinit. §. Socrum, instit. de nupt. Gothofred. l. 3. C. de naturalib. liber. Angel. l. 1. §. Si pater, ad Senat. Consult. Syllanian. Alberic. in dictionar. verbo Socer. Hotthomanus, Beroi. Brisson. Scharder. in Lexic. verbo Socer, Tyber. Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 8. num. 5.* ex Butrio, Bald. & Immol. *Gramatic. conf. 45. num. 16.* Eguinar. Baron. *l. Generaliter, de in ius vocand. Anton. Faber, lib. 2. coniectur. cap. 14.* Barbosa, post alios, *l. Matrimonium, num. 6. solut. matrim. Hi filiorum, dict. 10 l. 3. vbi Gothofred. C. de naturalib. liber. Pined. de reb. Salomon. lib. 5. cap. 4. §. 11. Surd. de aliment. tit. 6. quest. 5.**

num. 4. & 12. Couarr. in 4. par. 2. cap. 6. §. 10. num. 6. Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 66. num. 6. Rebuf. in l. Generi 136. de verb. signific.

11 Taliter vt inter eos, tanquã in primo gradu affinitatis existentes, nuptiæ esse non possint, *l. Nuptia, de ritu nuptiar. dict. §. Socrum, vbi Scribentes, præcipuè Guilielm. Ludel. Faber in Papinian. tit. 9. cap. 6. illat. 24.* De quo post Diu. Thom. & alios Couarr. *dict. §. 10. num. 6. Thom. Sanch. dict. disp. 66.*

12 Ex quo ortum, ac seruatum, vt dum Rex Socer, Genero scribit, illum filij Titulo nominet, & è contra, Epistol. Philippi I. ad Catholicum Regem, Zurita *tom. 6. Annal. lib. 6. cap. 24. & lib. 7. cap. 5. De V. Altezas humilde, y obediente hijo.* Quam consuetudinem, seu Aulicam Ciuilem cæremoniam, ab antiquissimo principio deductam inuenio, ex illo *Psal. 44. vers. 11. Audi filia.* Vbi locutum fuisse Dauidem, cum Nuru vxore Salomonis, Pharaonis filia, notant Pined. *de reb. Salomon. lib. 5. cap. 4. §. 11. Lorin. Comment. in dict. Psalm. 44. vers. 11.* Quam affinitatis causa, ac vnitatis filiam vocabat, vt Noemim, cum Ruthe fecisse, notat Sacralittera, Ruth *cap. 1. vers. 11. & 12.*

14 Ex hac vnitate pariter sic laudata, ac orta fuit affectio, & securitas; vt crimina inter eos commissa sub crimine Parricidij contineantur, *l. 1. ad legem Pompeiam, de Parricid. Tyber. Decian. dict. lib. 9. cap. 8. num. 5.* post Carrer. & alios Farinac. *quest. 120. num. 11.* eleganter, & ab antiquis legum primordijs, omnia congerit Doctissimus D. Ioan. Ramos, *de Parricidijs, lib. 5. & 6.*

15 Et vt etiam omnis reuerentia filijs debita, & filiabus competes, *l. Adoptiuum, vbi Eguinar. Baron. & Fab. de in ius vocando, Generis exhibetur l. 2. §. deinde, de postuland. vbi Anton. Fab. l. Generaliter, & in ea Doctores, præcipuè Eguin. Baron.*

& Oros. de in ius vocando.

16 Et etiam obsequialis indu-
cta feudorum iure, ideo sicuti Do-
mino debita est, sub poena amissionis
feudi, cap. 1. quib. mod. feud. amittatur,
cap. 1. per tot. qua sit prima causa, de be-
nef. amittend. vbi Bald. Issernia, Af-
flict. Debetur etiam his, quia nomi-
ne filiorum, aut liberorum, cōtinen-
tur; de quo late Rosentaur. de feud.
cap. 8. conclus. 18. & cap. 10. conclus. 2.
18. & 20.

17 Quare, & attenda, l. 6. tit. 15.
par. 2. qua præscribitur, vt Honor
omnibus Regijs consanguineis ex-
hibeatur, secundum antiquas Hispa-

norum Constitutiones, quas Concil.
Toletan. VI. Canon. 15. statuissè, pa-
tet, & firmassè, Cōcil. Tolet. XIII.
Canon. 4. & Concil. XV. Canon. 14.
Vt reuerentia, & Honor Re-
gius exhiberetur filijs, & filiabus
Regum, & his cum quibus matrimo-
nio coniuncti fuissent.

Dicendum video, obsequialem
Honorificentiam, quam eis tribuen-
dam, præscribit lex; non concessam
nouo Arcano esse, sed declaratam, ac
designatam, tanquam prouenientem
ex iure antiquo affinitatis, per ma-
trimonium inductæ.

Y EN QUANTO AL TRATAMIENTO,
que las dichas Personas Reales han de hazer à los demàs,
no entendemos innouar cosa alguna de lo que hasta aora
se ha acostumbrado, y acostumbra.

SVMMARIVM.

- 1 Inscriptio Epistolaris apponenda in
litteris Regijs.
- 2 Tituli ad cognitionem Honoris.
- 3 Regiæ Maiestatis est Honorare sub-
ditos.
- 4 Honores antiquos amittere, graue est.
- 5 Alexander, Demetrius, Nero, Annibal
sine resalutatione scribebant.
- 6 Aristoteles conquerebatur eo, quod de-
biti ei Honores denegarentur.
- 7 Honores debiti, ac communi vsu re-
cepti à Rege conferendi.
- 8 Tituli Honorum competentes his, qui-
bus rescribatur à Regibus, ac Impe-
ratoribus in Inscriptione apponeban-
tur.
- 9 Titulos Honorum collatos Magistrati-
bus in legibus Codicis, ac Authentico-
rum numerare laboriosum est.
- 10 Inscriptiones apponenda more maio-
rum in Epistolis Regijs, quales?
- 11 Inscriptio in Epistolis scribendis Sum-
mo Pontifici interna: Muy Santo
Padre. Externa: Al nuestro muy

- Santo Padre.
- 12 Padre, Latine Pater, appellatio
designatiua Supreme Potestatis.
- 13 Romani Senatores dicebant Patres.
- 14 Summus Sacerdos inter Ethnicos Pa-
tris Titulo Honoratus.
- 15 Dignitates Ecclesiastica Honoraban-
tur voce Patrum.
- 16 Summus Pontifex Pater dictus, 18.
Papa per Anthonomasiam.
- 17 Papa, id est, Pater Patrum.
- 19 Muy Santo, Latine Beatissimus,
Titulus Summi Pontificis, 21.
- 20 Archiepiscopi, Episcopi in crepundio
Ecclesia Beatissimi appellati.
- 22 Cardinalitia Inscriptio Epistolaris
Regia qualis?
- 23 Reuerendissimi Titulus communis
Dignitatibus Ecclesiasticis: à primo
ortu Ecclesia, 24.
- 25 Charo Titulus concessus à Regibus,
dum Cardinalibus scribitur.
- 26 Titulus Chari sublimis.
- 27 Amado Titulus Honoris, ac dile-
ctionis.
- 28 Amigo Titulus summe habitus in-
ter

ter Israelitas, Græcos, ac Romanos.

29 Amici Titulus benemeritis, & Supremis Dignitatibus Potentibus conferebatur.

30 Collatus Ptholomeo Regi Egypti,

aliisque Regibus.

31 Episcopis præscriptus Titulus Reuerendissima.

32 Ecclesiastica Communitates Honorantur Titulo Venerabilium.

DE REGIO MORE SERVANDO IN INSCRIPTIONE Epistolarum, Titulisque apponendis Summo Antistiti: *De Muy Santo Padre*. Cardinali: *De Muy Caro, y Amado Amigo*. Archiepiscopo, & Episcopo: *De Reuerendo*. Ecclesiasticæ Communitati: *De Venerable*.

GLOSSA DEZIMAQVINTA.

ET si de Honorifica Titulari Dignitatis Impositione in litteris Regijs à lege nostra præscripta, agat Narbona in hac lege, *Glos. 7. ex Boer. Gracian. disceptat. cap. 284. num. 6. & 74.* valeantque prænotare ortam fuisse à Pontificali Constitutione, *cap. Quam graui, de crimin. fals. vbi Abb. Anton. de Butr. & Scribentes: Adhuc ab eminentiori Politico Arcano deductam crede. Nam si verum sit Titulos inuentos fuisse ad cognitionem Honoris, & gloriæ illius, cui concessi, Gaspar Sanch. in Ezechiel. cap. 39. num. 27. & vt notat Calsiod. lib. 4. Epist. 3. Quid de claritate seruientium, crescit fama Dominorum, Plin. in Panegy. laudans Trajanum: Faciebas ergo, cum di-3 ceres Optimos: Supræmæ Maiestatis erit sic fauere, sic subditos competenti Honorificentia decorare, Calsiod. lib. 5. Epist. 43. Vt in illa ipsius Regis refulgeat Superioritatis, & Magnitudinis Splendor. Gratium enim habetur in Rege augere Honores, ac conferre, laudabileque in Principe Salutatione competenti decorare ad designationem charitatis, & beneuolentiæ, Abulens. in Ruth, cap. 2. quest. 7. 4 Graue, ab illo productos compri-*

mere: ex eo censura dignos notant Alexandrum, Demetrium, Neroné, & Annibalem, Ælian. *var. Histor. lib. 1. Lypf. Infit. Epistolic. cap. 3. Alex. ab 5 Alex. dier genial. lib. cap. Quia sine consueta, ac recepta Honorifica resalutatione scribebant. Et iuste, vt 6 conquerebatur Aristoteles de decreto Delphico, in quo eripiebantur Honores ei decreti, Ælian. lib. 14. varian. Histor. Aristoteles, cum quidam ei decretum Delphis Honorem eripisset, scribens de his ad Antipatrum: Ea quæ Delphis mihi decreto sunt assignata, quibusque nunc priuatus sum, animum meum afficiunt, vt neque magnopere mihi cordi sint, neque omnino non sint; sapientissimè autem putabit non esse simile Dignitatem aliquam non suscipere, & cum iam acceperis ea spoliari: non enim graue est non adipisci, vt cum adeptus sis, rursus amittere, id satis quidem molestum est.*

7 Ex quo dignissimè à Rege nostro ex Maiestatico Iure, non positiuo, decretam, dico, legem nostrâ constituentem, vt prærogatiuæ, ac Honores vnicuique Dignitati competentes incorruptæ conseruetur, Calsiod. lib. 1. Epist. 10. Tam scripto, quâ verbis, D. Nazianc. & Æchius, relati à Valenc. *conf. 82. num. 26. Rot. di-*

uerfor. decis. 70. n. 4. par. 1. P. Mendos.
8. *Comme nt. 1. Reg. cap. 13. vers. 13.* In-
uiolato Maiorum more, sicuti & lau-
datum cognoscimus ab Imperatori-
bus inscribentibus in Epistolis. Res-
criptisve, Dignitatum Titulos com-
petentes illis, quibus scribebant, aut
rescribebant; vt de Valentiniano,
Theodosio patet, *1. Singuli & l. sequen.*
C. de offic. diuers. iudic. l. 2. l. Vnicuique, C.
*de Proxim. Sacror. Scrinior. l. 2. C. de Pri-
uileg. Scholar. lib. 12.* Seruatum antea
à Cesare Augusto, Tyberio, Traja-
no, cæterisque Romanis Imperatori-
bus, vsque ad Theodoricum Regem,
qui Senatores Honorabant Titulo
Patrum Conscriptorum; quia sic natum
ac laudatum à Romulei Regno, Sa-
lustius, Tacitus, Suetonius, Plinius,
Dion.

9 In huius axiomatis elucida-
tionem, & si, vt notauit Restaur. Cas-
tald. *de Imperat. quæst. 60. num. 2.* La-
boriosum esset potius, quam vtile, si
coadunare conaremur Titulos Ho-
norum, seu Honorificas Inscriptio-
nes, quibus Honorantur Senatores,
Consules, Prætores, Præfecti, Præ-
sides, Duces, Comites in Sæculari
Republica. Pontifices, Cardinales,
Archiepiscopi, Episcopi, Capitula,
Abbates, in Ecclesiastico Regimine,
à Pontificibus Concilijs, Regibus,
Imperatoribus, cum de his digesta
sit tota Conciliorum, Decretalium,
Codicum Iustiniani, & Theodosiani
Historia.

10 Attamen necessario agendū
est ad mentem legis, quænam sit for-
mula seruanda ex more maiorum in
interna, & externa Inscriptioe Epi-
stolari Regia. In quo notamus Reges
nostros seruantes antiquos mores à
crepundio rerum publicarum, præ-
cipuè Romanæ, ductos, aliter inscri-
bere Ecclesiasticis, aliter Sæculari-
bus Dignitatibus; in eoque ser-
uasse Hierarchicum ordinem, ac Po-
liticum.

DE TITULO HONORIS EX-

hibendo *Seruo Antistiti.*

11 Summo enim Antistiti clau-
Ecclesiæ teneri, primumque
gradum Imperij spiritualis, inscribi
mos est, vel ex Maiestate manu pro-
pria Regis, vel Consiliorum autho-
ritate. Si manu Diuina scribitur, in-
terna inscriptio est: *Muy Santo Padre.*
Subscriptio: *Muy humilde Hijo de Vuestra
Santidad. Yo el Rey.* Si ex officio,
Consiliorum authoritatè per Sa-
cros Scriuarios, vulgò *Secretarios*,
in interna inscriptioe, vt ex for-
mulario enincitur: *Muy Santo Padre,*
*Herrer. competenti. de Milan, cap. 6. in
Epist. Regis Philippi II. Muy Santo Pa-
dre, Ioan. Lymn. de iure public. lib. 4.
cap. 6. num. 11.* Subscriptio *De vuestra
Santidad muy humilde Hijo. Don Felipo
por la gracia de Dios, Rey de las Espa-
ñas, de las dos Sicilias, de Gerusalem, que
sas Santissimos Pies, y Manos, besa. Me-
minit Restaur. Castald. diot. quæst. 60.
num. 9.* Externa vero Inscriptio cõ-
munis est, vtriusque Epistolæ: *A nuestr
tro muy Santo Padre.*

12 Quam Honorificam appel-
lationem, sub voce *Padre*, Latine *Pa-
ter*, acceptam inuenimus in designa-
tionem Supræmæ Potestatis, inque
venerationem, cultumque Dignita-
tis; cum idem habeatur *Pater*, ac *Do-
minus*, Ecclesiast. cap. 23. D. Matth.
cap. 11. Pined. *de reb. Salomon. lib. 3. cap.
9. num. 8. & in Iob cap. 1. vers. 2.* Qua-
re ex cõmuni placito Gentes Ægyp-
tiæ, Tyriæ, Persæ, Iudeæ, Romanæ-
que, hanc acceperere vocem, seu Titu-
lum ad authoritatem, cultum, Pote-
statem respectu Primatiæ in exerci-
tio, ac munere, vt de Adasabale, qui
Pater dicitur habitantium tentoria,
quia primus illa instituit, Genes. cap.
4. vbi Abulens. de Tubale Magistro
canentium, Titulo *Patris* declamato,
Exod. cap. 4. vbi Abulens. Vel publi-
cæ authoritatis, & Imperij Ioseph.
Ge-

Genes. cap. 45. *Fecit me, quasi Patrem Pharaonis*, Gasp. Sanch. *Commentar.* 1. *Reg. cap. 10. num. 30.* Aut Regni, vt de Saule ipso venerato à Dauide, 1. *Reg. cap. 24.* Naaman serui, 4. *Reg. cap. 5.* De quo, & Persarum, & Ægyptiorum mores, Paralytom. 2. *cap. 2. vers. 13.* Esther *cap. 13. vers. 6.* Abulens. in *Exod. cap. 20. quæst. 18.* Cornel. à Lapide in *Genes. cap. 41. vers. 8.* Gasp. Sanch. in *Ezech. cap. 18. num. 5.* & 3. *Reg. cap. 7. num. 41.* Pined. *de reb. Salomon. lib. 5. cap. 13. num. 24.* & sequentib. Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 22. num. 65.*

13 Sic Romani à Romuleis Instituti Senat ores (vt diximus supra) Patres appellarunt, Dionys. Halicarnas. *lib. 2.* Tit. Liu. *lib. 1.* Rosin. *antiquit. lib. 7. cap. 5.* Martin Maguer. *ad uocat. armat. cap. 5.* Ioan. Iacob. Dracon. *de iure Patrit. lib. 1. cap. 2. ex num. 11.*

14 Hinc etiam acceptum, vt Spirituale Magistratum, seu Sacerdotem summum Patrem appellassent; nec Iudæi tantum Dei veri cultum seruantes, 1. *Reg. cap. 24.* Iudic. *cap. 18.* Tertulian. *Apologet. lib. 2. cap. 8.* Sed Ethnici omnes Iouem Patrem dicentes, Virgil. *Æneid* in venerationem.

H. no Ianus Pater.

Iuuenal. *Satyr. 6. vers. 393.*

----- *Respondes bis sane Pater.*

Marcial. *lib. 10. Epigram. 28.* & *lib. 8. Epigram. 2.*

----- *Addas sane Pater.*

Horat. *lib. 1. Epist. 16.* Rosin. *antiquit. lib. 2. cap. 3.* vbi Demster. Brisson. *de formul. lib. 1.* A quo Romani Pontificem Maximum Patrem clamitarunt, Gutther. *de iure Pontif. lib. 1. cap. 7.* Sacrificiorum Principē Patrem Patrum,

Rosin. *lib. 3. cap. 21.* Brisson. *de formul. lib. 4.* Alex. ab Alex. *deer. genial. lib. 5. cap. 3.* Camil. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. cap. 32. num. 16.*

15 Hinc receptum inter Christianos, ab Ecclesiæ incunabulis, vt Ecclesiasticæ Dignitates absolute Patris voce, seu Titulo Honorarentur, Clem. Roman. *lib. 2. Constitut. cap. 34.* Casiod. *lib. 11. Epist. 2.* Vos, Patris nomine, vniuersa diligitis. *Epist. Leon. 1. ad Athanas. Thebalon. Episcop. Epist. Flavian. Episcop. ad Celestin. Pap. Authent. Quo modo oporteat Episcop. Authent. de non alienan. reb. Eccles. in fin.* Abulens. in *Exod. cap. 20. quæst. 18.* Ioan. Sauar. in *not. ad Sydon. lib. 6. Epist. 1.* ex D. Augustin. & Concil. Carthaginen. *Honorificentia causa Patres appellamus,* Franc. Halier. *Hierar. Ecclesiast. lib. 4. sect. 2. cap. 1. art. 2.* Ex Diplomatum Dagoberti, Martin Maguer. *ad uocat. armat. cap. 5. num. 20.*

16 Præcipue Summa Pontificis Maximi, vt euincitur, venerata à Constantino in Ioan. Papa, *l. Cognoscere, l. Reidentes, C. de Summ. Trinit. ut decet Patrem veneremur vobram Beatitudinem, l. Decernimus, C. de Sacrosanct. Eccles. l. Sancimus, C. de Episcop. Audient. cap. Constantinus 96. distinct.* Niceph. Calixt. *lib. 14. Hystor. Ecclesiast. cap. 43.* Tu Pater Patrum verè Reuerendissime. Ab Honorio in Bonifacio, Luithpr. *de Roman. Pontif. cap. 44.* Cæterisque Imperatoribus antiquæ, & nouæ Romæ, vt ex Cõciliorum Historia dignoscitur *Epistol. D. Athanas. ad Liber. Papam: Sanctissime Pater Patrum,* Pancirol. *variar. lib. 1. cap. 1.* Anton. Augustin. *de iure Pontific. lib. 3. cap. 18.* Theodor. Hoep. *de iur. insign. cap. 22. num. 45.* A quo Fredericus Imperator in Tabula pacis, cum Alexandro Pontifice, tradita à Carol. Sygon. *de Regn. Ital. lib. 14. Pontifex, vt Benignus Pater, Deuotum, & Clarissimum filium Imperatorē Christianissimum; Imperator, vt Deuotus filius, & Christianissimus Imperator Dilectum Reuerendum Patrem.*

17 Sed cum ista Patris appellatione communis haberetur omni Dignitati Ecclesiasticæ, acceptum fuit, vt Summus Antistes Papa. Ibo Carnotens. in *Decretal. par. 5. cap. 19.* id est, *Pater Petrum* (cum tam Latine, quam Græcè *Papa*, idem significet, Iuuen. *Satyr. 1.* Caton. traditus à Rader. in *Marcial. lib. 1. Epigram. 80.* A quo Iouem, *Papam* dixere Syracusani, ac Bythinij, Alex. ab Alex. *dier. gen. li. 2. cap. 22.*) Seu admirabilis Pater in terra, Ludouic. Bologn. in *addit. ad Catald. gn. de Potest. Papa, num. 2.*
 18 Priuatiuè diceretur ex Gregorij VIII. Constitutione, Azor *institut. Moral. lib. 4. cap. 4. quæst. 1. par. 2.* Conrad. *templ. iudic. lib. 2. cap. 1. §. vers. Pontificis Maximi*, Ioan. Felisac. *de Sacer. Episc. auctorit. cap. 9.* Ioan. Baptif. Scorc. *Seleciar. Constitut. Pontif. Theorem. 179.* Homobon. *de human. vit. stat. par. 1. cap. 4.* Carol. Sygon. *de Regim. Ital. lib. 4. & lib. 11.* Denegata cæteris, tam Cardinalibus, quam Archiepiscopis, Patriarchis à Gregorij VII. vt diximus, Pötificatu, Ioan. Sauar. in *not. ad Sydon. lib. 6. Epist. 1.* verbo *Papa*, & *Epist. 2. & lib. 9. Epist. 7.* Laurent. Beierlinch. *Theat. vit. human. verbo Papa*, Lorin. *Psal. 44. vers. 19.* Michael Roufel. *Histor. Pontific. iurisdic. lib. 8. cap. 3. art. 1. §. 3.* Renat. Chopin. *Sacr. Polit. lib. 3. tit. 1. nu. 14.* Roman. *Republ. de el Mundo, lib. 4. de la Republ. Gentilic. cap. 28.*

19 Ex ipso principio orta fuit appellatio: *De Muy Santo*, Latine *Beatissime*: Nam cum Sacra vere sit Pontificia Maieftas, tam ex Spirituali Potestate, quam ex mediatione inter Deum, & homines; à quo Dei Vicarius, *Beatissima*, Sacraque persona habetur, Ioan. Iacob. Dracon. *de iur. Patrit. dict. lib. 3. in appendic. cap. 2. n. 8.*
 20 Ideo ab Ecclesiæ crepundijs, & si etiam Archiepiscopi, ac Episcopi: *Sanctissimi*, ac *Beatissimi* appellarentur, *Authet. vt determinat. fit mun. Epiphano Sanctissimo, ac Beatissimo Ar-*

chiepiscopo. Authet. de Monach. Authet. Quo modo oporteat Episcop. Authet. de non alienand. reb. Eccles. Authet. de Priuileg. Archiepisc. Iustin. Prim. Authet. de mensur. Ordin. Authet. vt null. fabric. orator. Constit. Leon. II. III. & IIII. Cassiod. lib. 1. Epist. 9. lib. 2. cap. 8. lib. 3. Epist. 7. & 38. lib. 4. Epist. 44. lib. 8. Epist. 8. & 24. lib. 10. Epist. 34. lib. 11. Epist. 3. 21. lib. 12. Epist. 27. Iam hic Titulus: *De Muy Santo*, præcipuus, ac per Anthonomasiam pertinet ad Summum Antistitem, illoque designatur Summus Pontifex, sicuti, & à Iustiniani temporibus, aliorumque Imperatorum, ac Christianorum Regum seruatum dignoscitur ex *l. cognoscere, C. de Summ. Trinit. Sanctissimo Papa veteris Romæ, l. Reddentes, C. eod. Reddentes Honorem Apostolicæ Sedi, & vestra Sanctitati, Authet. vt etiam Eccles. Roman. Imper. Ioanni viro Beatissimo, & Sanctissimo. Et in corpore: Habeat itaque Sanctitas tua. Et in fine: Sanctitas itaque tua, Carol. Sygon. de Iustiniano Osmisæ Pontifici Scribente, de Occident. Imper. lib. 16. Redditis mihi litteris vestra Sanctitatis, Fredericum Hadrianum de Regn. Ital. lib. 5. & lib. 12. Ibo Carnotens. in *Decreto, par. 5. cap. 8. cap. 26. & cap. 29. Ad Sanctam, & Beatissimum Papam, Nicephor. Calixt. lib. 14. cap. 43. Spirituali Patri Ioanni Sæcto. Theodoricum Ioanni, Cassiod. lib. 11. cap. 2. Supplicandum vobis est Beatissime Pater, Pancirol. variar. lib. 1. cap. 1. Conrad. *Templ. iudic. lib. 2. cap. 1. §. 1.* Sauar. in *not. ad Sydon. lib. 1. Epist. 1. & 3.* Bessold. *de Maieftat. in genere, cap. 3. num. 1.* Theod. Hoeping. *de iure insign. cap. 22. ex num. 42.* Rationem huius acceptionis, his exprimit verbis Pater Gasp. Sanch. in *Cant. cap. 1. num. 7.* Cuius nominis ea videtur esse ratio, quia quemadmodum, qui ad fidem olim accedebant *Sancti* dicebantur, vt sæpè in hoc libro; & qui inter fideles primus est, Scilicet *Papa, Sanctissimus* dicitur.**

TITVLVS HONORIS, PRÆSCRIP-
tus Cardinalibus.

22 PRIMA in Hierarchico Ec-
clesiastico ordine post
Pontificiam, Cardinalitia Dignitas
adnumeratur; de qua in *Glof. 20.*
Dum enim à Rege Cardinali San-
ctæ Ecclesiæ scribitur. Inscriptio
est interna, ex formulario Regio:
*Don Felipe por la gracia de Dios, Rey
de las Españas, de las dos Sicilias, de Ge-
rusalen, &c. Muy Reuerendo en Christo
Padre Cardenal: Mi Muy Caro, y Muy
Amado Amigo. Vero externa: Al Muy Re-
uerendo en Christo, Padre Cardenal de Sã-
ta Flor, Nuestro Muy Caro, y Muy Ama-
do Amigo: Epist. Caroli V. ad Cardi-
nalem Franciscum Ximenium, San-
dou. Histor. Caroli V. lib. 2. §. 5. Reueren-
dissimo en Christo, Padre Cardenal de Es-
paña, Arçobispo de Toledo, Primado de las
Españas, Canciller mayor de Castilla,
Nuestro Muy Caro, y Amado Amigo, Re-
staur. Castald. de Imperat. quæst. 60.
num. 9.*

23 In quo notandum, quod, & si
ex communi assensu Sacræ Purpuræ
apex illa Honorificentia decoretur,
seu Honorifica appellatione: *Reue-
rendissimo*, etiamque videatur Archie-
piscopis, ac Episcopis concessa sub
Titulo de *Reuerendo*: Epistola Regi-
næ Catholicæ ad Archiepiscopum
Granatensem, Pedraza *Histor. de Gra-
nada*, 4. par. cap. 17. & 18. *Muy Reue-
rendo, y Deuoto Padre: Imperatoris
Caroli, cap. 52. Imperatricis Regi-
næ, cap. 55. Muy Reuerendo en Christo,
Padre Arçobispo de Granada, Bulcher.
24. de conscrib. Epistol. fol. 346. Quia
his tributa à prima Ecclesiæ perio-
do, antequæ Cardinalitiæ Dignitatis
ortum, l. *Parabolani: Reuerendissimi
Antistitis Alexandrina Urbis, l. Quoniã,
l. Cum Clericus: Sub viro Reuerendissimo
Archiepiscopo, l. Cum lege, l. Generaliter,
C. de Episcop. & Cleric. l. 42. 43. & 45.
C. eod. in Cod. Theodos. l. De his, C. de Epif-**

*cop. Audient. Authent. vt determinat. sit
ordo Clericor. Authent. Quo modo oppor-
teat Episcop. cap. In nomine 23. distinct.
cap. Constantinus 96. dist. Ibo Carno-
tens. Epist. 12. Præcipuè inter Hispa-
nos ab Imperio Recharedi Regis,
Concil. Toletan. III. Concil. Toletan.
VIII. in princip. Reuerendissimi
Patres, Concil. Tolet. XIII. & XV.
in princ. Concil. XVI. in princ. Re-
staur. Castald. de Imperat. quæst. 60. &
61. num. 4. & 13. Azor Instit. Moral.
par. 2. lib. 3. cap. 27. Ex Epistol. Cy-
riaci Abbatis, Halier. Hierarch. Eccle-
siast. lib. 4. cap. 2. ex num. 48. Theodor.
Hoeping. de iure insign. cap. 22. ex num.
48. Pancirol. in not. Imper. cap. 2.*

25 Additur eis, & iuste decorã-
tur Cardinales à Rege nostro, Titu-
tulis: *De Muy Caro, y Amado Amigo.*
Sumis, ac Honorabilibus. *Charitatis* enim,
sic decorosa appellatio habita est, vt
nulla alia maior inueniri potuerit, ad
designandum voluntatis assensum, &
charitatis vinculum, Quintil. *Decla-
mat. 321. Quare hic Titulus Illustris,
& sublimis habitus, qui à gratitudi-
nis, Sueton. in Tyber. cap. 46. vbi Le-
26 uin. Torren. & Charitatis ori-
gine productus vertensque in veri
animi, & amoris designationem, l. Ty-
tia, §. Imperator, de legat. 2. Virgil.
4. Aneid.*

----- *Chara Deum Soboles.*

Hinc Caligula, vt Sacramenta amo-
ris, ac Charitatis in suos designaret,
illo vsus fuit Epigrammate: *Neque
me liberosque meos chariores habeo, quam
Caium, & Sorores eius, Sueton. in Ca-
ligul. cap. 15.*

Ex hoc ab Imperatoribus ad de-
signandum in suos amorem, in Supre-
mos Magistratus fulgoré Dignitatis,
& Honoris, illos caros dictos notam.
l. *Et cum qui, ad leg. Iul. de vi public. l. Di-
uus Marcus, ad Senat. Consult. Syllanian.
Plin. lib. 10. Epist. 27. 31. & alijs. Latè
totum Nouellarum Theodosij volu-
men,*

men, vbi Præfecti, Prætores, Con-
sules, Charissimorum Honore lau-
dantur, Brisson. *de formal. lib. 3. fol.*
314. Bullenger. de Imper. Roman. lib.
2. cap. 18.

27 Pariliter summe habitus, &
electus omni tempore Titulus *Ama-*
ti, de Amando, ad demonstrandam cha-
ritatem, amoremque in benemeritos,
vt euincitur ex *l. Sanctissimorum 4. 2. l.*
Sancimus 4. 4. l. Sacris, C. de Episcop. &
Cler. l. Decernimus 25. C. de Episc. Audien.
Auth. de Monach. cap. 7. & 9. Deo ama-
biles Episcopi, Authent. Quo modo oport.
Episcop. cap. 2. 3. & 8. Authent. de non
alienand. reb. Eccles. in Præf. & cap. 3.
Deo amabili Episcopo, Authent. vt Iudic.
sine quo suffrag. cap. 9. Authent. vt null.
fabric. orator. cap. 1. 3. & 4. D. Cyril.
in Apologetic. & Epist. 1. 11. & 18. ex
Epist. Virgilij ad Episcop. Gall. Francisc.
Halier. Histor. Ecclesiast. lib. 4. cap. 2. ar-
tic. 3. §. 58. Ambros. de Moral. Chro-
nic. general. de España, lib. 13. cap. 27. Al
Eminentissimo sobre nosôtros, y Amable
Padre Elipando, Arçobispo de la Silla de
Toledo.

28 Sicuti, & notandum de Ti-
tulo *Amici*. Nam, & si hæc vox *Ami-*
cus, vt summi Honoris laudata fue-
rit, tam in Israelitica Republica, vt
patet ex *1. Reg. cap. 15. & 16. Paraly-*
pom. 1. cap. 27. In qua Chusai Archi-
tes Consiliarius Dauid, dicebatur
Amicus Regis. Et Sabud filius Na-
than, *3. Reg. cap. 4. Sabud filius Nathan*
Sacerdos Amicus Regis, eo quod summa
Dignitate polleret, Pined. *de rob. Sa-*
lomon. lib. 5. cap. 13. num. 18. Græca, vt
ex *1. Machabæor. 3. & cap. 15. vbi*
Athinobius Anthiochi Regis Dux,
ipso decoratur: *Et venit Athinobius*
Amicus Regis, Ioseph. *antiquit. lib. 12.*
cap. 11. 2. Machabæor. cap. 8. Nicanorē
Patrocli de Primoribus amicum. Quam
Romana in qua laudata vt summa
Dignitate Amicorum, Sueton. *in Ty-*
ber. cap. 46. Quam non Amicorum, sed
Gratorum appellabat. Et in Tito, cap.
7. Amicos elegit, quibus etiam post eum

Principis, vbi Cassaubon. Marc. An-
ton. Sabelic. Taliter, vt cum Digni-
tates in ea fuissent in classes ternas
diuisa Amicorū cohors prima habe-
batur, in qua aderant Primarij Con-
siliarij, seu Senatores ab Imperatori-
bus ad summam rerum admissi, vt de
Tyberio Tacitus lib. 6. Vestitum Præ-
torium, quem Druso fratri per Charum in
cohorte sua transferebat, Sueton. in
Tyber. cap. 4. & in Tito, cap. 8. Iul.
Capitol. in Marc. Anton. Vocatis Ami-
cis, & Præfectis. De quorum numero
fnit Pompeius Planta Præfectus
Ægypti, Amici Titulo (& Flauius
Cyllo in l. Imperatores, de offic. Præfe-
cti Vigil.) à Trajano Honoratus in
Plin. lib. 10. Epist. 23. Et Volusius
Mecianus, l. Diui Fratres, de iure Pa-
tronat. Vlpianusque l. Secundum, C. de
contrabend. & committend. stipulat. Co-
nan. lib. 1. Commentar. cap. 16. num. 7.
Restaur. Castald. de Imperat. quaest. 61.
Bullenger. de Imper. Roman. lib. 2. cap.
24. & lib. 12. cap. 14. Ioan. Lymn. de
iure publ. lib. 4. cap. 3. Petr. Gregor.
Syntagm. lib. 47. cap. 25. num. 23. Pign-
de seru. fol. 213.

29 Attamen non dicemus ex il-
lo principio ortum, vt Cardinalibus
creditum sit; sed ex alio, deducendo
ex verbis, Alex. ab Alex. *dier. genial.*
lib. 4. cap. 18. Romani quoque Socium, at-
que Amicum, nisi benemeritos, & magnis
officijs nullos appellarunt. Romanus
enim Senatus Principes Supremos,
quia coniunctos Maiestati *Amicorum*,
Titulo decorabat, Stephan. Valen-
tin. *de Bell. Sacr. ad lib. 1. Machabæor.*
cap. 2. num. 18. Ideo concessio filio Sy-
phaci Regis, Liu. lib. 4. Arionisto
Germanorum Regi, Iul. Cæsar, Com-
ment. Bell. Gallic. lib. 1. Atque amicus à
Senatu appellatus. Sed ad illum neces-
sarium Senatus Consultum. Idem
Cæsar, eod. lib. 1.

30 Quod cognitum à Ptholo-
meo Ægypti Rege, Aulete dicto Pa-
tre Berenicæ Cleopatæ, Dion. *lib.*
39. anxie egit, vt illo Honoraretur:

Vtque amicus, ac Socius appellaretur, Tacit. 4. Annal. Regemque Socium, atque amicum appellaret, Sueton. in Caesar. cap. 11. Quod Alexandrini Regem suum Socium, atque Amicum à Senatu appellatum, vbi Philip. Beroald. & Sabelic. obtento, vt narrat Dion. Magna pecuniarum summa impensa, quavis repugnante Catone innixo Pompeianæ authoritati; de quo videndus Cicer. lib. 1. ad Lentul. Epist. 5. & 7. Cum vero Ecclesiæ Principes Cardinales habeantur, vt diximus Glos. 20. Eis hunc Titulum de Amigo, legitime concessum credimus.

DE EPISCOPALI HONORIFICENTIA.

31 **E**piscolalis Venerabilis Dignitas, summa est, primumque in ordine Hierarchico Ecclesiæ vindicat locum, ob id ornata, ac venerata à Patribus, Regibus, Imperatoribus, varijs Honorum Titulis, vt ex Epistolis Syriaci Papæ Leonis, Diui Augustini, vsuque Cõmuni Canonum, ac Conciliorum, late post alios, notat Franc. Halier. *Hierarch. Ecclesiast. lib. 4. cap. 3. art. 4. & tract. de Diuin. Episcopor. Institut. Theodor. Hoeping. de iur. insign. cap. 22. num. 47. Vide Glos. 24. à n. 1. Præcipuus vero fuit Reuerendissimo, à lege nostra laudatus. Qualis vero is fuerit à Prima Ecclesiæ ætate, quantoque habitus, & in Ecclesiastico, ac Ciuili regimine diximus supra num. 23.*

DE STILO, AGVSVS CRIBENDI COMMUNITATIBUS ECCLESIASTICIS.

32 **E**cclésiasticis Cõmunitatibus, Capitulisque Ecclesiarum, præscriptum notamus ex lege Nostra in Honorem, Reuerentiam, ac Excellentiam Dignitatis, Titulum de *Venerabile*, iuste æquidem,

cũ inueniamus, ex Scriptoribus quod Ethnici, in exhibitione debiti Honoris rebus excelsis, & eminentibus, illo utebantur, Virgil. lib. 3. *Aneid.*

Templa Dei saxo venerabat structa vetusto.

Cicer. lib. 1. de natur. Deor. *Habet enim venerationem, quidquid excellit. Hinc Marc. lib. 1. spectac. Epigram. 2.*

Hic vbi conspicui venerabilis Amphiteatri.

Ac quod ex illo Origine, & principio Catholici Principes *Venerabilium*, Titulo Honorabant Ecclesiasticas Supremas Communitates à Prima Ecclesiæ ætate, vt inuenimus in *1. Sancimus, C. de Sacrosanct. Eccles. 1. Omnia, C. de Episcop. & Cleric. 1. Quicumque, C. de Heretic & Manich. Authent. vt determinat. sit ordo Clericor. cap. 2. Ad Sanctissimam vero Maiorem Ecclesiam, & Venerabilem Clerum, Authent. de Monach. cap. 2. 9. & 11. cap. Venerabilis, de testib.*

Ex quo Nostra in periodo laudatum notamus, vt voce de *Venerabile* Capita Communitatum Honorantur More Regio, vt de Gallo- rum vsu patet apud Renat. Chopin. *de Sac. Polic. lib. 2. tit. 1. num. 12. De Hispano ex Epistola Regis Ioannis II. ad Communitatem Chartusianorum, Gil Gonçal. Histor. de Henrique III. cap. 9. Epistola Reginae Catholicæ, & Carol. V. ad Capitulum Ecclesiæ Granatensis, Bermud. de Peiraça, Historia de Granada, 4. par. cap. 47.*



Y SI LAS DAMAS, Y DUEÑAS DE HONOR de la Reyna, mi Muy Cara, y Amada muger; quifieren admitir la Señoria, no tengan pena los que la llamaren.

SVMMARIVM.

- 1 **D**Amas, y Dueñas de la Reyna. Partes principales sunt Aula Regia. Hisque necessaria est ex eo appellatio de Señoria, 2.
- 3 **F**œmina, inter Romanos, Cæia dicta, id est, Domina.
- 4 **D**ama dicta Nobiles fœmina.
- 5 **R**egum filij inter Illustres Pueros educabantur.
- 6 **C**omitatus Illustrium fœminarum, acceptus à crepundio Mundi, tanquam necessarius.
- 7 **F**ilia Regum Comitatum habebant Puellarum Illustrium.
- 8 **H**onor Sponse, ex specioso Comitatu Puellarum cantatus a Dauide, & Salomone.
- 9 **R**egina habebant Comitatum Nobilissimarum fœminarum.
- 10 **I**uno habuit Comitatum quatuordecim puellarum Heresidarum.
- 11 **T**hetis habuit Privilegio Iouis Comitatum.
- 12 **D**iana Chorus octuaginta Nympharum.
- 13 **F**ilia Nobilium à tempore Gothorum, educabantur in Aula Regum.
- 14 **S**eñoria, necessaria à las Damas, y Dueñas de la Reyna, ex habitatione Aula Regie, 39.
- 15 **T**ituli Honorum competunt ex officijs, & muneribus.
- 16 **A**ula Regia cultura interior commendata famulabus.
- 17 **O**rnatus corporis Reginarum necessarius ad speciositatem, 18. In vesti-

- mentis, 19. & 21. In calceamentis, 20. & culta capitis, 22.
- 23 **C**apillorum speciositas ex similitudine auri.
- 24 **C**apilli diuersè ornabantur, 25. flosculis aureis, Margaritisque, 26. in formam turris.
- 27 **M**ensarum splendor necessarius ad gloriam Reginarum.
- 28 **P**uella ornatrices inter Romanos seruilis conditionis.
- 29 **O**rnatrices Puella Reginarum ex Nobilissimis.
- 30 **A**dollescentule decantata à Salomone erant Puella ornatrices sponse.
- 31 **M**unera obsequialia commendata in Choro Diana Nymphis.
- 32 **T**ocadora, dicta Præfeta capillarum.
- 33 **O**rnatus capitis Diana commendatus Ismenia Nympha.
- 34 **P**uella ad mensas ministrabant.
- 35 **T**rinchadora, obsonia scindit in mensa Regina.
- 36 **C**hyronomanta obsoniorum scisores.
- 37 **P**ocula ministrare in mensis Regijs Puellis Nobilissimus commendatum.
- 38 **P**uellis Regijs competunt Tituli Honorum, Speciosissimarum, Pulcherrimarum, Formosissimarum, Nobilissimarum, Inclytarū Nympharum, & 37.
- 39 **N**ympha Deitatem habent in fluminibus, lucis, fontibus.
- 40 **P**uella Regia inter Gallos appellantur: Fils de la Ren, 41. Et proxima Regum ex Sacris litteris.

DE PVELLIS REGIIS COMMVNITER
 appellatis: *Damas, y Dueñas de la Reyna*. Illarum Illu-
 strissimo munere, ac quod ex illo debita sit
 Honorifica appellatio de
Señoria.

GLOSSA DEZIMASEXTA.

I ET si seruato litteræ ordi-
 ne, hic de illustratione
 huius Versiculi agere non
 erat. Adhuc cum: *Las Damas, y Due-
 ñas de la Reyna*, partes præcipuæ
 sint Aulæ, ac Gymnacæi, tam Regiæ;
 apud Nos, l. 2. tit. 6. l. 11. tit. 7. l. 3.
 tit. 14. par. 2. *Camara llamaron anti-
 guamente a la Casa de la Reyna. Ca bien
 assi como en la Camara han de ser las co-
 sas que ponen guardadas; assi las Due-
 ñas, è las Donzellas, que andan en Casa
 de la Reyna, deuen ser apartadas, è guar-
 dadas de vista, è de valdonamiento de los
 malos omes, è de malas mugeres: Esto,
 por tres razones. La primera, por bon-
 ra, è guarda de el Rey. La segunda, por
 honra de ella misma. La tercera, por
 honra de sus patientes. Et Gallos,
 Ioan. Lymn. notic. Regn. Franc. lib. 2.
 cap. 5. Quam Imperialis Orienta-
 lis scilicet, Codin. de offic. Constan-
 tinopolit. cap. 22. ac Occidentalis, ex
 Aurea Bulla, Ioan. Lymn. de iure
 2. public. lib. 2. cap. 14. num. 22. Cen-
 sui intra illius Cancellis adscribe-
 re hanc Dignitatem, Honorem, &
 Reuerentiam ei debitam; prænota-
 reque (si fas sit) in ciuilitate eis de-
 negatum necessarium Politicum Ho-
 norem de *Señoria*; cum nullus sit or-
 do in tota Aulica Hierarchia Illu-
 striori principio, antiquiorique ori-
 gine refulgens.*

3 Et omiſſa Ciuili Constitu-
 tione Romulea, ex qua Fœminæ
 absolutè *Caia*, id est, *Domina* dice-
 bantur, Tiraquel. leg. Connubial. 5.

num. 12. Petrus Gregor. *Syntagmat.*
 lib. 9. cap. 5. num. 4. Alexand. ab Ale-
 xand. *dier. genial. lib. 2. cap. 5.* Cor-
 ras. lib. 5. *Miscellan. cap. 14. num. 4.*
 Scharder. in *Lexic. verbo Caius*, Bri-
 ſon. *de formul. lib. 3.* Rosin. *antiquit.*
 4 lib. 5. cap. 37. A qua receptum in-
 ter Nos, & Gallos, vt Nobiles ap-
 pellentur *Damas*, Tiraquel. *dict. n. 12.*
 Garcia de coniug. *acquast. num. 23. &*
ſequentib.

5 Scicndum est, à prima Mundi
 periodo, omnium acceptione, placi-
 toque Sapientium, ad bonum rerum
 publicarum seruatum, quod Regia
 proles, tam masculina, quam foeme-
 nina inter Illustres, ac Nobiles Pue-
 ros, ac Puellas educaretur, vt illo-
 rum ſocietate, ſodalitate, & exem-
 plo, Illuſtribus imbueretur mori-
 bus. Sic probant ex more Perſarum,
 Iudæorum, Græcorum, Macedo-
 num, Romanorum, Machabæor. 1.
 cap. 1. verſ. 7. Abulens. cap. 11. *Iudicib.*
 quaest. 49. Gasp. Sanch. lib. 3. *Reg. cap.*
 12. num. 8. Div. Hieronym. *Epist. ad*
Letam, de institut. filia, Quint. Curt.
de rebus, Alexand. lib. 3. cap. 23. Cha-
riſſimus erat Regi (loquitur de Ephe-
 ſione) *cum ipſo pariſer educatus*, vbi
 Rader. Alex. ab Alexand. *dier. ge-*
nia. lib. 2. cap. 25. Torres *Philosop.*
Moral, lib. 5. cap. 1. Beſſold. *de edu-*
cat. & ſtud. litterar. cap. 3. Marian.
de Regia inſtitut. lib. 2. cap. 1. & 3.
 Vvon. Emmo *de Republic. Lacon.*
 De quo apud Nos, l. 2. tit. 6. l. 11.
 tit. 7. par. 2.

6 Hinc inter Gentes à crepundio Regnorum receptus Comitatus Illustrium foeminarum, filiarum tam Nobilium, & Diuitum, vt de Rebecca, Sacra Historia, Genes. cap. 24. vers. Igitur Rebecca, & puella illius, vbi Abulens. Non solum venit Deibora nutrix Rebecca cum ea, sed etiam alia puella committantes, cum quibus Rebecca fuerat in tenera aetate conuersata, vt condelectaretur earum communicatione: & hoc quia Rebecca erat filia Diuitum, & Potentum Iudith, Iudith cap. 8. vers. 5. In quo cum puellis suis clausa morabatur, Abigaile 1. Reg. cap. 25. vers. 42. Et surrexit Abigail, vt ascenderet super asinam, & quinque puella ierunt cum ea, Pediseque eius, Sulana, Daniel, cap. 13. vers. 13. Cum duabus solis puellis.

7 Quam Regum, ad societatem, vt de Puellis Thermuthis filiae Pharaonis Regis Aegypti, Exod. cap. 22. Descendebat filia Pharaonis, vt laudaretur in flumine, & puellae eius gradiebantur. Sodalibus filiae Iephtae, Iudith cap. 11. Plangam virginitatem meam, cum Sodalibus meis. Et postea: Cumque abisset cum Socijs, & Sodalibus suis, Abulens. quae. 49. Sodales autem sunt Virgines Coetaneae. Ad Honorem, & pompam, vt etiam de Regina Esther Sacra Historia, Esther cap. 2. Et praecipit Eunuchis, vt accelleraret, & traderet ei partes suas, & septem Puellas speciosissimas de Domo Regis, vbi Celad. ex Hebraica, & Chaldaica lectione: Quae Estheri Honoris, & obsequij causa adessent.

8 Nec alius praecipuus Aulicus Honor, Regia gloria habebatur, quam ortus ex illo speciosissimo, Illustrique Comitatu: Ideo in Republica Sacra laudatus, & in Dauidico Epithalamio ad Dignitatem Spouse modulatus, Psal. 44. vers. 10. Et filia Regum in Honore tuo. Et vers. 14. Afferetur Regi Virgines posteam, vbi Lorin. de Reg. Sponsa: Honorarijs foeminae committata, stipataque. A quo Salomon, Cant. 1. cap. 6. vers. 7. Et adolescentularum non est nu-

merus, Pined. de reb. Salomon. lib. 7. cap. 5. nu. 6. Quippe moris prisca semper fuit, vt sponsis, & vxoribus, adderetur puellarum honestus, & pro Dignitate committatus, Celada in Esther dict. cap. 2. vers. Lorin. dist. Psalm. 44. vers. 10. Filiae Regum sensus erit de Honorifico committatu, obsequioque puellarum, seu adolescentularum Regiarum, & Virginum Nobilium, nubiliumque, quae habitant in Gymnasio intra Domos aburneas ad Maestatem, Splendorem, Gloriam, Dignitatem familiae, Aulaeque Regiae. Et vers. 14.

9 Receptus in profana, vt depromitur ex Epithalamio Menelai, & Helenae, Thucidid. Idyl. 18.

Sexaginta quatuor numero summus omnibus idem.

Virginitatis amor muliebris, & apta Iuuentus.

Dydon. Virgil. lib. 4. vers. 136.

Tandem progreditur magna stipante caterua.

Vbi Cerda, litt. F. ex Regio decoro: Pieriae vxoris Phrygiae Millestiorum Regis, Lelio Girald. Histor. Deor. Syntagm. 12. Quo Pieria cum puellis comitibus ad Dianae Calceidis Templum quotannis proficisci possit. Matris, & vxoris Darij, Quint. Curt. de reb. Alexand. lib. 3. cap. 22. Ingens circa eam Nobilium foeminarum turba constiterat.

10 Necessarius habitus etiam in fabulosa Deorum, quare illarum Scriptores notant Iunonem habuisse natiuo Iure ad gloriam Chorum quatuordecim puellarum, Virg. lib. 1. Aeneid. vers.

Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae.

11 Thethidem Priuilegio Iouis ad Honorem Nympharum committatum, Lel. Girald. Histor. Deor. Syntagm. 5. Cerda. ad Virgil. lib. 4. Georg.

vers. 335. & lib. 1. *Aeneid.* vers. 75. num. 7.

12 Dianam Chorum Octoaginta Oceaninarum Nimpharum, *Natura Commēt. Metholog. lib. 3. cap. 8.* à quo Poeta, vt *Homer. Odyf. 6.*

Simul cum illa Nimpha filia Iouis Aegyochi.

Aggresses ludunt, gaudet vero mente Latona:

Omnes vero ipsa capite super eminent atque fronte;

Faciles vero cognitu est: pulchra vero omnes.

Virgil. lib. 1. Aeneid. vers. 503.

Qualis in Europa ripis, aut per Iuga Cynthi.

Exercet Diana Choros, quam mille secuta,

Hinc, atque hinc glomerantur Orcaedes.

Ouid. lib. 2. Metamorphos.

Ecce suo comitata Choro Dyctina per altum.

Et lib. 3.

Diana,

Quae quamquam comitatum turba est stipata suarum.

13 Ex quo etiam credo acceptum inter Nostrates à primo Gothorum scepro, vt Principum, Optimatum, Nobiliumque filiae in Aula Regia educarentur, & ad Maiestatis gloriam, & ipsarum puellarum Honoré, *Valsieo, Chronic. Hispan. ann. 711. Roderic. Toletan. de reb. Hispan. lib. 3. cap. 19. Saavedr. Histor. Gothie. ca. 30. Marian. Histor. Hispan. lib. 6. cap. 21. Era costumbre en España, que los hijos de los Nobles se criassen en la Casa Real. Et postea: Las hijas seruian à la Reyna en su aposento. Mos laudatus Catholicis*

legibus, l. 2. tit. 6. l. 11. tit. 7. l. 3. tit. 4. par. 2. De quo eleganter Kekerman. Curs. Philosoph. disp. 34. Probiem. 6. Cuius verba referre in Nostrarum Puellarum decorem, virorum gloriam credidi: Ferdinandus Hispaniarum Rex, daturus exercitum contra Regem Granatensem prodibat, cum Isabella Regina, & toto Gynaeco Aulico ibi tum viri Nobiles dum appropinquarent loco, vnde hostes conspiciantur salutatis Illustribus, ac Nobilibus foeminis, ac Virginibus, & velut extremo valédicto, ferebantur in hostem, vniuerso foeminarum, ac Virginum Choro aspectante, ferebantur autem animo in praelio, tanto ardentiori, quanto erat amor ardentior, & grauius pudor, aut metus repulsa, siue ignominia apud imbellem sexum: quo sanè Aulico stratagemate factum est, vt Mauris innumerabilibus caesis Hispani memorabilem victoriam reportarint.

14 Hanc Aulicam Gymnacij habitationem, comitatusque Reginarum, Dignitatem cōpetere: *A las Damas, y Dueñas,* in dubium est; vnde eis etiam necessaria Honorificatio, & veneratione de Señoria, tam ex eo, quod pro Dignitate habeatur aspectus Principis, *Cassiod. lib. 11. Epist. 31. Oculosque meruisse Dominantis. Idem lib. 11. cap. 10. Vt per Sacros aspectus Principis subsistat firmitas Dignitatis. Seruatumque sit moribus Gentium, iurique Communi, ac Patrio, dict. l. 3. tit. 14 par. 2. l. 1. l. iubemus, C. de Praeposit. Sacr. Cubic. lib. 12. vbi Gothofred. Toletan. Didac. Perez, Gutther. de offic. Dom. August. lib. 3. cap. 18. & 29. Amaya. Obseruat. lib. 3. cap. 6. num. 12. Loais. in not. ad Concil. Toletan. VIII. fol. 462. Vt Honoribus decorentur haec, quibus concessum, vt inter obsequia numerosa ante pedes Regios in sedeant primae, *Cassiod. lib. 1. cap. 1.**

15 Quam quod, cum ex more etiam Gentium Tituli Honorum cōpetant ex munere, aut Imperio, vt de Illustrissimorum, Clarissimorum, Spe-

Spectabilium, laudatorum Regalibus Dignitatibus, Ducatus, Comitatus, Marchionatus (diximus suis in locis) Illustriori origine competere fatendum: *Alas Dueñas, y Damas de la Reyna*, si illarum inelyta munera, & decorosa obsequia recolimus.

16 Notum est enim præter penetralem Gymnacæi structurâ, Claustrorum, Thalamorum, Lectulorum culturam commendatam famulabus. Ut de Didonis Aula, Virgil. 1. *Aneida*, vers. 705.

Quinquaginta intus famula, quibus ordine longo,

Cura penum seruire, & flammalis adolere penates.

Homer. *Odif.* 6.

Quinquaginta autem ei Ancilla per Dominum femina.

17 Ad Maiestatem, & gloriam Reginarum necessariam esse in ornatu corporis speciositatem, & pulchritudinem: Nec generaliter tantum in vestimentis, Tertul. *de habitu muliebr.*

18 *Habitus femina duplicem speciem circumfert cultum, & ornatum.* Ut de Diuina Sponsa Reg. P. salmist. Psalm. 44. *Adstitit Regina a dextris tuis investitu decorato circumamicta varietate.* vbi Lorin. *Ezech. cap. 6. Vestita est Byfso, & Polimito, Apocalypf cap. 19. Vxor eius preparabit se, & datum est illi, vt cooperiat se Byfino splendenti, & candido, Pined. de reb. Salomon. lib. 6. cap. 4. & 5.* Sic de Didone, Virgil. lib. 4. *Aneid.* vers. 135.

Sydoniam picto clamydem circumdata Limbo,

Cui Pharetra ex auro, Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Et antea lib. 1. vers. 652.

Pallam signis auroque circumgentem,

Et circumtextum croceo velamen Acantho:

Ornatus Argivæ Helene.

Stat. lib. 10. *Theb.*

Varijs vbi plurima floret

Purpurea picta modis.

Tibul. lib. 2. *Eleg.* 3.

Illam gerat vestes tenues, quas femina

Coa,

Texuit auratas.

De Cleopatra Dyon. *Cap. lib. 51.* Agripina, Tacit. lib. 11. Lazaro Vaifio, *de re vestiar. cap. 11.* Meurs de Lux *Dom. cap. 13.* Theodora vxore Iustini, Procop. *Histor. Arcan.* vbi Alemani, fol. 48.

19 Sed in vnoquoque (ornatu scilicet) corporis à planta pedis, vsque ad verticem capitis. Prodeat in probationem Solamitis à Salomone decantata, *Cantic. cap. 7.* De cuius speciositate, & à calceamentis sic, vers. 1. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis,* Ezech. cap. 16. *Calceauit te hyacintho.* Et Manilius:

Et pedibus niueis fulserunt aurea vincla.

Ex quo receptum, vt Illustrissimæ feminae vinculis vterentur aureis, Plin. lib. 9. cap. 35. Clem. Alexandr. lib. 2. *Pedagog. cap. ult.* Vnde Perfius, *Satyr. 2.*

Quidquid calceauerit hic Rosa fiat.

Gasp. Sanch. in *Cantic. cap. 4. num. 45.* & cap. 7. num. 3.

Prodeat etiam gloria Israel in decore necessario ad cultum, 1. Regum, cap. 2. *Qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.* Laudata ab Ezechiel, cap.

21 cap. 16. Ex muliebri Regio mundo, tam corporis, & colli: Vestiu te discoloribus, calceau te hyacintho, & cincti te Byssu, & indui te subtilibus, & ornau te ornamento, & dedite armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuam, & aedi in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata est auro, & argento, & vestita est Byssu Polinito, & multis coloribus. De quo antea, Canticor. cap. 1. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento, D. Ambros. lib. 1. de Virgin. Coniun catena confringit, Ioseph. antiquit. lib. 1. c. p. 8. Div. Hieronym. Epist. ad Letam: Nec collum auro, & margaritis premas, Merus, de Lux. Roman. cap. 5. Virgil. 1. Aeneid. vers. 658.

----- Colloque monili
Bachatum, & duplicem gemmis, auroque Coronam.

Gasp. Sanch. in Cantic. cap. 1. ex num. 61. & cap. 7. ex num. 11. & cap. 8. num. 34. Salazar in Prouerb. cap. 1. ex num. 63 & cap. 3. num. 176. & cap. 31. num. 50. Cerd. in Tertul. ad uxorem, cap. 8. 22 lib. 14. num. 74. Quam capitis, cuius pulchritudinem ad cultum Reginae decantauit etiam Salomon, Cantic. cap. 5. Caput tuum aurum optimum, & cap. 7. vers. 5. Caput tuum sicut Carmellus, & coma capitis tui, sicut purpura Regis vineta canalibus. Faemenino sexu ex Gentium placito necessarium, Mannilius, lib. 5.

----- Toruosque inflexum ponere crines,

Aut nodis reuocare, & rursus vertice denso

Fingere, & appositis caput emutare capillis.

Claud. Panegy. in 6. Consul. Honor.

Substringitque comam gemmis, & colla monili

Circuit, & baccis onerat candentibus aures.

23 Sed vnde illius decor ex similitudine auri, purpuræue Regiæ
24 vinetæ canalibus? Quia capilli varijs formis assumpti modo in nodum colligebantur, Marcial.

----- Crinibus in nodum tortis,

Et lib. 5. Epigram. 38.

Qua crine vincit Belgici Gregis vellus
Rhenique nodos.

Modo in reticulam, modo in vndularum flexus, Tertulian. de cultu feminar. Div. Nazianc. Carmin. 63.

Sive Coma huc, illuc agitata, et pend
vagantes
Per lues auras Menadis instar eant.

Ramentisque auri aspersi, ad Solarium radiorum contractum fulgore reflectebantur, vt notant ex Ioseph. Gasp. Sanch. in Cantic. cap. 4. num. 64. & cap. 5. num. 66. & cap. 7. num. 41. Marcial, Ep. gram. 38.

Phenique nodos, aureamque nitelam.

Vbi Rader. ex Lamprid. & Solino, Velazq. at Optim. Princip. lib. 4. anno 25. tat. 19. num. 6. Sed vnde etiã Speciositas, quia sicut Carmellus credimas, ex eo quod flosculis aureis, ac Margaritis, sic redimebatur, Senec. de vit. Beat. cap. 17. Tertulian. de habit. muliebr. cap. 6. vbi Pamel. & Cerd. Ouid. Pastor. 6.

----- Fassis per colla Coronis,
Ferte Dea flores.

Virgil. lib. 4. Aeneid. vers. 138.

----- Crines nodantur in auro.
Et vers. 147.

Mol-

..... Mollique fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque
implicat auro.

Et lib. 10.

Crines molli subnectit circulus auro.

26 Taliter vt Mōtem, seu Tur-
rim foeminae construere in capitibus
viderentur, Iuuenal Satyr. 6.

Tot premit ordinibus, tot adhuc com-
pagibus altum.
Ad ficut caput.

Clement. Alexandr. lib. 3. Pedagog.
cap. 11. Gasp. Sanch. in Cantic. cap. 4.
num. 35. Capitis redimicula Corona cer-
ta erant floribus, quae pinnatum, & quasi
Turrim caput ostendunt. Aut Galeam,
vt ex illo Iuuenal, Satyr. 6.

Sed nigrum flauo crinem abscedente
galero.

Lauren. Pignor. de seruis, fol. 192.
Crini suppositio rotundo in modum galeae
facto.

27 Pariter etiā post personalē Re-
ginarum ornatū, ad Maiestatem ne-
cessarius habebatur mensarum splen-
dor, Athen. lib. 14. Dimnosophist. Ma-
crob. lib. 3. Saturnal. cap. 7. Bullenger.
lib. 2. de Imperat. cap. 36. & de conuiujs,
lib. 1. cap. 38. & 39. Ioan. Meurs, de
Lux. Romanor. cap. 9. Virgil. lib. 1.
Aneid. vers. 705. Cerd. num. 9.

..... Stratoque super discūbitur ostro
Dant famuli manibus Lymphas, Cere-
remque Canistis
Expediant, tonsisque ferunt mantillia
villis.

Valer. lib. 2. Argonistic.

Stant gemmis, auroque thori, mensaque
parata.

Regifico.

Papin. 11. Punic.

Reg fice structis celebrant conuiuia
mensis.

Idem 1. Theb.

Pars teretem leuare manu, ac dispo-
nere mensas.

De quo Sanch. in Cant. cap. 5. ex nu. 6.
& in Prolog cap. 5. ex Theocrito.

Argenti calatis seruati molliter adsunt
Aurea praeterea satiata alabastra li-
quore

Vnguinis Assyrij: sunt & pretiosa ci-
borum.

Qualia semper bona coxerunt fercala
matris:

Cum posita flores alba sartagine farri.
Miscuerunt varios, quos in dulcissima
mellis

Munera conijtiunt: Olei liquamini
mellis.

Sed & si ad hæc munera inter Ro-
manos communiter haberetur Puel-
læ, feruilis conditionis, ornatrices
dictæ, vt ex Vlpiano deducitur, l. Item
legato, l. Legatis, §. ornatricibus, vbi
Gothofred. de legat. 3. Cujac. lib. 11.
Obseruat. cap. 16. Famulæque ad stru-
cturam interiorem, de qua diximus,
num. 16.

Adhuc ad ornatum, cultum, Ma-
iestatē Reginarum eligebantur Puel-
læ Nobiles, Hæroines, Principū, si-
ue Primatum foeminae, vt præter ea,
quæ notat de Imperatricibus Con-
stantinopolitanis, Codin. de offic. Con-
stantinopol. cap. 22. Inuenimus receptū
inter Gentes, & euincitur ex Sacra
Historia, in qua Esth. cap. 2. de Puel-
lis ad cultum, & ornatum Reginæ re-
fertur: Et præcepit Eunucho, vt accelle-
raret mundum muliebrem, & traderet
eis partes suas, & septem puellas specio-
27 sissimas. Quas ad cultum, ornatū,
& obsequia Etheris designatas, no-
tant

tant Interpretes, Caietanus, Celada in *Efther dict. cap. 2. vers. 9.* ex more Regio, Pined. *de reb. Salomon. lib. 7. cap. 5. & 6.*

28 Ista equidem Virgines illae habendae sunt Proximae, Adolescentulae comittantes Sponsam, *Pfal. 44. vers. Afferentur Virgines post eam,* vbi *Lorin. vers. 10.* Adstantes Solamitidi, *Cantic. cap. 6 & 7.* Et Adolescentularum non est numerus, vbi *Gasp. Sanch. ex nu. 14.* Et antea, *cap. 2. n. 3.* super illa verba: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.*

29 His speciosissimis Puellis, quibus apud Nos libarunt Titulum Honoris de Damas, Aulica Regia: Munera decorosa commendantur, sicuti, & in Dianae credita Choro Nymphis, *Ouid. lib. 3. Metamorphos.*

*Altera deposita subiecit brachia Palla
Vincla duae pedibus demunt.*

Et in Aula Imperatoria, *Claudian. de Nup. Honor.*

*Casariem tunc forte Venus subnixae
corusco,*

Fingebat Solio: Dextra leuaque sorores.

*Stabant Idaliae, Largos haec nectaris
imbres*

*Irrigat, haec morfu numerosi dentis
eburno*

*Multifidum discrimen arat: sed tertia
retro*

*Dat varios nexus, & iusto diuidat
Orbes,*

*Ordine, neglectam partem studiosa re-
linquens.*

30 De quo plura Demster ad *Rosin. lib. 5. cap. 35.* Electa vna, dicta: *Tocadora, olim Ornatrice, Ouid. art. Amand. lib. 1. Eleg. 14.*

*Ornatrice toto corpore semper erat.
Praefecta capillorum, Ouidio lib. 2.*

amor, Eleg. 8.

*Ponendis in mille modis Praefecta capillis
Comere, sed solas Digna Cypasi Deas.*

Cui creditur ornatus personalissimus Reginae, *Ouid. lib. 3. de arte Amad.*

----- *Nec sunt sine lege capilli*

*Admotae formae dantque, negatque manus,
Nec genus ornatus unum est, sed quam
que decebit*

Eliat.

31 Sicuti, & in Dianae Choro Ismeniae, *Ouid. lib. 3. Metamorph.*

----- *Nam doctior illis*

*Ismenis, cracole Sparfos per colla capillos
Colligit in nodum.*

32 Pariter etiam ad mensarum cultum erant Puellae formosissimae, sicut, & hodie, las Damas, y Meninas, *Virgil. 1. Aeneid. vers. 709.* vbi *Cerda, num. 9.*

*Centum aliae, totidemque pares atate
Ministri,*

*Qui dapibus mensas honorent, & po-
cula ponant.*

Athen. de conuiuio Artaxerxis, lib. 1. 2. & 4. Quintilian. declam. 301. Bullenger. de conuiu. lib. 1. cap. 7. & lib. 4. cap. 7. & de Imperat. Roman. lib. 2. cap. 36. Codin. de offic. Constantinop. cap. 7. ex num. 11. Valer. 2. Argonistic.

----- *Pars epulas manibus, Pars aurea
gestat
Pocula.*

Sylui. 2. Pun.

*Posuisse dapes: his addita cura,
His adolere focos: his ordine pocula
ferre.*

33 Et vt in Regia Aula commenda-

datur vni speciosissimæ Puellæ obsonia scindere, à quo dicta: *Trincha-dora*; sic, & olim, Iuven. *Satyr.* 5.

Et Chyronomanta volanti cultelo.

34 Sydon. *Apolin. lib. 4. Epist. 7.* ubi Sauar. in not. ex Senec. Petron. & Clement. Alexandr. Bullenger. 35 *diēt. lib. 4. de conuiu. cap. 3.* Cui, & pocula conferre: qualiter creditum Ismenæ Virgini Setoftris Regis filia, Philon *de vit. Theodof. Bullenger. diēt. lib. 4. cap. 6.* & *de Imperat. Roman. lib. 2. cap. 37.* Demster *ad Rosin. lib. 5. cap. 34 in Paralytom.* Vnde Iuuenal, *Satyr. 9.*

----- *Puerum te,
Et Pulchrum, & dignum Cyatho.*

Marc. *lib. 8. Epigram. 39.*

*Hic haurire licet Sacrum Germanicæ
nectar,
Et Ganimedea pocula mixta manu.*

Rader. in Marc. *lib. 1. Epigram. 6.*
36 Ex his Decorosis, Regalibusque muneribus, inuenimus concessos Titulos Honoris Virginibus, Puellis, Adolefcētulis Regijs, a Regibus, à Principibus, à Politicis, à Sacris litteris *Speciosissimarum*, in *Esther, cap. 2. Et septem Puellas speciosissimas. Pulcherrimarū*, Virg. *Eglog. 6.*

Ægle Naiadum Pulcherrima.

Formosissimarum, Nobilissimarum, Inclytarum, Lorin. *Psal. 44. vers. 10. Sacrarum, Venerabilium*, 41. *C. de appellationib. & p. en. ear. l. 4. C. de silentiar. in Cod. Theodof. Symmach. lib. 2. Epist. 9. & lib. 9. Epist. 8.* Bullenger. *de Imperat. Roman. lib. 2. cap. 18. Naiadum, Dryadum*, Virgil. *Georg. lib. 1.*

----- *Dryadesque Puella.*

Nympharū, Ouid. *lib. 3. Metamorph.*

----- *Nympharum tradidit vni.*

Et postea.

----- *Excipiant laticæ Nymphaeque.*

Virgil. *Georg. lib. 4.*

*Eam circum Millefia velleræ Nymphae,
Carpebant bilari saturo fucata colore
Driamo, Xantoque.*

Et *lib. 1. Æneid.*

*Sant mihi bis septem præstanti corpore
Nymphae.*

37 Ex quibus Bullenger. Puellarum Regiarum Titulos Honoris referens, inquit, *diēt. lib. 2. de Imperat. Roman. cap. 32. Formulofos, Comitulos, quos Hyacinthos, aut Achileos, aut Narcifos nominant.* Et omnia complectens P. Lorin. *diēt. Psalm. 44. vers. 10. Pretiosas feminas Aulicæ, Comitatuque, Nobilissimas, maxime Inclytas, Gloriosas Insignes, tanquam Nymphas formosissimas Nereidas, Deas.*

38 Quod sic receptum inuenimus, sicque ex illo comitatu Dearum orta obsequialis, ac decorosa reuerentia Nymphis, Dryadis, vt eis credita sit qualis qualis mentita Deitas, proque Dijs Fluminū, Lucorū, Nemorū, Fontiū haberetur, Lil. Girald. *Cerd. Natal. Com. Fr. Geron. Roman. Republ. de el. Mundo, lib. 1. cap. 12.*

39 Si ergo Gentium placitum Regalibus Puellis hos Titulos concessit Honoris. Quare, & inter Nos eis non præscribenda Señoria; præci-40 puè: *Atento, que las Damas, y Meninas*, ex Aulo Politico munere Aulicæ filia, Proximæque Regis habetur. Ex quo fortasse ortum inter Gallos, vt Puellæ Regiæ dicantur: 41 *Fils de la Ren.* Quod Diuinis deductum exemplis patet, *Psal. 44.*

vbi

vbi Adolescentulæ Reginae sponsæ, & Filia, & Proximæ appellantur: Et filia Regum in Honore tuo. Et vers. 15. Et Proxima eius. Et in Cantic. quæ cap. 6. vers. 7. Adolescentulæ dicuntur: Et Adolescentularum non est numerus. Postea vers. 9. Titulo filiarum Honorantur: Viderunt eam filia, & Beatissimam prædicauerunt. Sicuti, & antea cap. 2. vers. 2. Sicut Liliam inter spinas, sic amica mea inter filias. Quæ verba in sensu nostro intellecta fuerunt à Gaspar. Sanch. in Cantic. cap. 2.

num. 3. Filia hoc loco intelliguntur Virgines Seionides, quæ cap. 6. dicuntur, Adolescentula, Chisler. super illa verba, dict. cap. 6. exposit. 1. num. 9. Nobilissima sunt Puella Regio adstantes Comitatu, Lorin. Psalm. 44. vers. 15. Proxima eius afferentur tibi. Campensis putat, Virgines, & Proximas, nimirum, Virgines, quæ cognatæ essent Reginae sponsæ. Alij Sodales interpretatur istas priores Ancillas. De quo vide Lorin. omnia congerentem, dict. Psalm. 44. vers. 10. relatum supra num. 8.

QUE EL ESTILO VSADO EN LAS PETICIONES que se dan en nuestro Consejo, y en los otros Consejos, y Chancillerias, y Tribunales, y el que se acostumbra de palabra, quando están en el Consejo, se guarde como hasta aqui, en todo lo que no fuere contrario à esta nuestra ley, excepto, que en lo alto se pueda poner: *Muy Poderoso Señor.*

SUMMARIUM.

- 1 Libelli alij supplicatiui, alij contentiosi.
- 2 Petition, quid sit?
- 3 Libellus Civilis dicitur demanda.
- 4 Criminalis, acusacion, y querella.
- 5 Libelli qualiter eduntur, coramque iudicibus?
- 6 Maiestas Regia residet penes indices representatiue.
- 7 Indicibus debetur reuerentia, & Honor.
- 8 Consuetudo in Honorabilibus seruanda.
- 9 Stilius absolutè seruandus, II.
- 10 Consuetudo curiæ seruanda.
- 12 Stili omisso, aut formula an inducat nullitatem?
- 13 Omissio impositionis signi Sanctæ Crucis, aut nominis Regis an inducat nullitatem.
- 14 Inscriptio de Muy Poderoso Señor, potest in libellis apponi.
- 15 Omissio huius inscriptionis an reddat libellum ineptum.

- 16 Formula Prætorum ob nimiam scrupulositatem ablata.
- 17 Libellus dum iura partis continet ex ommissione formulæ ineptus nõ redditur.
- 18 Omittens apponere formulam reuerentialem in libello puniendus.
- 19 Nomen Principis, aut iudicis apponendum ni libello accusatorio.
- 20 Et an illius ommissio reddat accusationem ineptam, 22. 23. & 24.
- 21 Accusatio qualiter edenda.
- 25 Mutatio iudicij post editionem libelli, an licita? quod non post litem contestatam, 26.
- 27 Mutatio libelli licita, usque ad sententiam, contrariam, 28. ratio, 29.
- 30 Mutatio iudicij de via ordinaria ad executiuam, an licita, 31. quod sic refusus expensis, 32. contrarium.
- 33 Ceuallus reijcitur.
- 34 Mutatio iudicij refusus expensis licita de via ordinaria ad ordinariam, non aliter, 35.
- 36 Capietus Latio, qualiter intelligendus circa variationem iudiciorum.

- 37 *Emendatio, vel mutatio libelli illicita in criminalibus, 38.*
- 39 *Actus substantiales iudicij voluntate partium non mutantur.*
- 40 *Utilitas publica adest in punitione delictorum.*
- 41 *Accusator post editam accusationem non habet Potestatem dimittendi, aut deferendi causam.*
- 42 *Iudex in criminalibus reuente accusatore potest procedere.*
- 43 *Etiam in crimine adulterij.*
- 44 *Maritus (ceteris exclusis) tantum potest agere de crimine adulterij.*
- 45 *Marito negligente non potest iudex ex officio prosequi causam adulterij, contrarium, 48.*
- 46 *Iudex in crimine adulterij non potest agere ex officio.*
- 47 *Accusatore omisso in causis, in quibus non potest iudex ex officio procedere, nec causam prosequi valebit.*
- 49 *Maritus requirendus est, vt adulterij accusationem prosequatur, & si omiserit eam intra terminos a lege prefixos, officio iudicis terminanda est.*

DE STILO SERVANDO IN INSCRIPTIONE LIBELLORUM: & an omisio reddat illum ineptum: an libelli mutatio, vel emendatio licita sit, tam in Ciuilibus, quam in criminalibus?

GLOSSA DEZIMASEPTIMA.

Notum est, & ex Iure Consultis; & Scriptoribus libellos dupliciter accipi. Nā vel supplicatiui sunt Principique exhibiti, vel contentiosi, in quibus actio editur scripto corā iudice, vt notauimus num. 5.

2 Omnes enim libelli editi in iudicio, vt ex nostra lege patet, genericè dicuntur apud Nos *petitiones deducto nomine fortasse, ex l. 1. C. de lit. contest. cap. dudum 55. vers. licet, de elect. Azeu. rub. n. 2. tit. 2. lib. 4. Recop. Pāc. var. lib. 1. c. 28. vers. qui vero, Matienç. Dialog. relat. par. 3. c. 43. n. 2. ex Blanc. & Marq. Canc. var. par. 3. c. 16. n. 24.*

3 In specie vero libellus, in quo prima actio proponitur in Ciuilibus appellatur *Demanda, tot. tit. 2. l. 3. tit. 10. p. 5. l. 1. & tit. 2. l. 10. tit. 17. lib. 4. Rec. Azeu. rub. dict. tit. 2. Matienç. d. cap. 43. n. 1. In criminalibus Acusaciō, t. 1. p. 7. 4. l. 10. tit. 17. dict. li. 4. Recop. l. libellor. & tot. tit. de accus. vbi DD. l. accusat. C. eod. Greg. Lop. l. 1. dict. tit. 1. Bosiotit. de accus. aut querella, Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 10. vers. Scias autē, Farin. in prax. q. 12. n. 4. Ant. Gom. to. 3. c. 11. ex n. 1. vbi Ayll. ex Scac. Ceual. Paz, & alijs.*

5 Eduntur ergo corā Sūmis Magi-

stratibus, seu *Se pone demāda*, in Supremo Consilio Ciuilitè, vel criminalitè accusatio, vulgo *Acusaciō, ò Querella*, etiam in ipso Summo Consilio in Aula iudicum criminalium: vel corā Supremis Magistratibus Chācellariarū ciuilitè, aut criminalitè corā Magistratibus criminalibus, vulgo *Alcaldes del Crimen*, vel etiam editur actio, vel accusatio, coram ordinarijs iudicibus dictis apud Nos *Corregidores, Alcaldes mayores de los Adelantamientos, Alcaldes Ordinarios.*

6 In omni vero iudicio, seu iurisdictionis actu, adest Regia Maieestas, Supremaque Regis representatio, l. 1. ad leg. Iul. Maieft. l. si fam. de iur. omn. iud. vbi DD. Tyb. Dec. tra. crim. lib. 7. c. 2. n. 4. Farin. q. 112. n. 13. & 15. post Gigātem, Clarum, & alios cōf. 99. à n. 1. 7 & adducti *Glos. 8. n. 17.* ex qua debitus honor, & reuerētia, tam verbo, quam scripto, sed distinctè secundum muneris qualitātē, talitè, vt qui eminentiori prerogatiua decoratur, illustriori honorificentur obsequio.

8 Quarè cum certū sit, quod in reuerētialibus, & in honorabilibus multū deferatur consuetudini, ex illaque

inducantur, ac firmetur, rectè cautū est, ac iuridicè in l. nostra, quod in apponēda inscriptione in libellis id ob-
 9 seruetur, quod stilo receptū sit, ac tēpo-ū diuturno stabilimēto cōprobatū, l. de quib. l. sed ea, de legib. Panor. c. Ecclesia Sancta Maria, col. pen. de const. & ibi Fel. Aret. cap. quod de Cler. col. 3. de for. comp. Petr. Greg. de iud. caus. feud. q. 16. n. 2. cum nihil magis aduersetur bono communi, quā receptas cōsuetudines subuertere. Iudicialēque stilum, ac formam quantum conferat, passim notant DD. pro eoque standū etiā contra dispositionem iuris, l. si quādo, C. de iniur. cap. ex litteris, de const. Crau. de antiq. temp. par. 4. cap. 1. n. 36. Menoc. de pres. lib. 2. pres. 8. n. 13. Ant. Leoncel. decis. ferrar. 12. ex n. 7. Bald. cons. 353. n. 3. lib. 1. Grac. decis. 237. à n. 18. Valēz cons. 94. n. 40. & cōs. 182. n. 30. Ioseph. Cumia. in ritu magna Curia Vicar. Sicilia in Procem. n. 22. Carau. ritu 72. n. 9. & 79. à n. 12. Menoc. cōs. 287. n. 27. Cur. iur. cōs. 162. n. 2. Paris. cons. 27. n. 30. lib. 3. Afflict. decis. 79. Franc. dec. 238. n. 3. Thes. Procem. decis. Pedem. n. 32. Ferrer. ad Obseru. Cathal. p. 1. cap. 505. Curc. iun. cons. 162. n. 2. Capic. Lat. dec. 30. n. 19. dec. 74. n. 17. & dec. 96. n. 14. Mar. Giurb. dec. 68. n. 13. & 14. Alex. Lud. dec. 126. n. 2. latè Azeu. l. 2. t. 10. n. 11. li. 4. Ceuall. cōm. q. 737. ex n. 19. D. Petr. Nogu. alleg. 11. n. 26. Burg. de Paz Procem. l. Taur. n. 225. Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 4. n. 2. Rico Collect. dec. p. 4. Coll. 794. & p. 5. col. 1838 & alij relati ab Aug. Barb. Collect. dict. oap. ex litteris, n. 7. de constit. Mastrill. decis. 134. n. 4. Ioan. Franc. prax. iud. consuet. 9. n. 1. Ioseph. Lud. decis. Lucens. 36. num. 9. & seqq.

10 Cū praxis, ac cōsuetudo Curia in iudicialibus pro lege seruetur, cap. ex litt. de const. l. Labeo, de stat. lib. Affl. dec. 135. n. 3. Carau. ritu 1. n. 23. Grac. discept. tom. 1. cap. 151. n. 15. Rouit. dec. 28. n. 4. & cons. 18. n. 4. Menoch. cons. 187. n. 4. Cap. Latr. selest. cōs. 83. n. 41. Burat. dec. 148. n. 6. & dec. 419. à n. 6.

11 quod taliter procedit, vt nullitatem continere decretum contra stilū prolatum firmēt, Guid. Pap. dec. 292. n. 2. Giur. dec. 68. n. 4. Carau. rit. 1. n. 1. Vant. de nullit. n. 68. fol. 283. sicuti cōtra legē, cū stilus pro lege habeatur, Carol. Rot. florileg. praet. concl. concl. 4. n. 28. Grac. li. 1. discept. cap. 191. n. 15. Ioan. Mar. Nouar. super Pragm. Neap. tit. de offic. iud. Prag. 7. col. 5. per tot. Camil. Borrel. in sum. dec. tit. 14. de cōsuet. n. 104. latè Aug. Barb. Collect. add. cap. ex litter. de const. n. 6. & 7. & ex Ludou. Rodolph. in ca. 1. n. 4. de sent. & re iud. latè Stephan. à Nathen. instit. vulner. par. 2. tit. 9. cap. 1. per totum.

12 Quod axioma aniam præbuit Scriptoribus, vt quærerēt, an si omiffa sit in Scriptura, aut rescripto formula, aut solemnitas apponi solita de stilo, instrumentum, aut actus factus omiffa formula nullus sit. Quod exē-
 13 plificant Scribentes in omiffione appositionis signi Sanctæ Crucis, aut nominis Principis. De quo Abb. Panor. in Procem. decret. verbo Gregorius, n. 1. & cap. 1. vbi Fel. de fide instr. Bart. Iaf. & Scribētes in rub. de nou. oper. nūciat. Bald. de nou. C. facien. n. 1. Couar. var. c. 20. à n. 1. Masc. de prob. li. 1. q. 6. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 11. ex n. 1176. Ioan. Harpr. Epigraph. Epit. inst. n. 12. Parej. de inst. edit. tit. 1. ref. 3. §. 2. n. 61. & 66. Mant. dec. 189. n. 2. Petr. Greg. lib. 46. Syntag. ca. 3. n. 9. Panc. var. li. 1. c. 22. Graf. de except. except. 19. n. 8. & 9. Cauale. de tut. & curat. sect. 3. n. 22. Theod. Hoep. de iure infig. c. 2. n. 107. & 120. Et cum in eo varius sit assensus Iuris Communis, attentata resolutione, ac recepta Prouinciarum praxi, vt obviam iret huic varietati opinionum, constituit Rex noster in hac lege, vt in opponenda inscriptione id seruaretur, quod cōsuetudine receptum fuisset secundum dispositionem, l. de quibus, & l. sed ea, de legib. latè Azeued. l. 2. tit. 10. lib. 4. Recopil.

14 Præmissis ergo, ac concessis, vt in inscriptione, aut initio libelli ædi-

æditi apud Summos, ac Supremos Iudices valeat apponi: *Muy Poderoso Señor*, Paz in *prax. par. 1. tom. 1. temp. 4. num. 51.* Et legitimè, cū ex illa clausula demonstratur reuerentia, ac Honor debitus Maieftati, Abb. Panorm. in *Procem. decretal. verb. Gregor. n. 1.*

15 Haud extra ré erit agere an si libellus æditus sit non seruato stilo apponendi hanc reuerentialé formulá, sic ineptus cēseri debeat, vt actor cadat à causa, vel ope exceptionis huius vallari possit reus ad cōtendendū secundum, *l. 1. de edendo, & Glos. in l. 1. C. de formul. sublat.*

In quo distinguendū est, aut loquimur in Ciuilibus, aut in Criminalibus. In Ciuilibus, cū nimia omnino cēseretur scrupulosa Prætoriarum formularum obseruatiã, de quo in *l. 1. de adend. taliter, vt iustum videretur, quod à iudicijs amouerentur, dict. l. 1. C. de form. sublat.* vbi Doctor Barb. *l. si debitori, num. 14. de iud. constituto, vt intentio actoris per libellum, non expectata Prætoris formula ederetur, Auth. offeratur, C. de lit. cōt est. Vultei de iudic. lib. 2. cap. 4. à nu. 33. Barb. dict. num. 14. August. Barbof. dict. l. 1. C. de formul. sublat. & in dict. Auth. aufertur.*

17 Ex quo apud Nos in *l. 9. seqq. tit. 2. par. 3. l. 1. tit. 2. lib. 4. Recop.* vbi Azeued. Paz in *prax. par. 1. tom. 1. temp. 4. Matienç. Dialog. relator. 3. par. cap. 43. Canc. dict. 3. par. c. 16. ex n. 18. Vultei. de iudic. dict. lib. 2. ca. 4. Vacun. à Vacun. declar. iur. lib. 6. declar. 88. Petr. Greg. lib. 43. Syntagm. cap. 2. n. 9. Couar. Regul. poss. s. par. 2. §. 6. n. 4. Valasc. de iur. emphit. quest. 6. nu. 9. seruatum est vt quomodocumque libellus (seu *demanda*) conceptus sit, & de iure actoris pateat, ineptus cēseri non valeat, & si formulæ non respicientes substantialia iudici omisæ sint, cum Iudices veritate inspecta, præcipuè Supremi procedere debeant.*

18 Ideò dicendum quod huius formulæ omisio nullum poterit reo

cōferre ius, nec per viã actionis, nec exceptionis, & si omittens ob nō seruatiã reuerentialem formam debitã Maieftati, puniri debeat officio Iudicis, ex *l. si familia, de iurisd. omn. iudic.*

19 Aut loquimur in criminalibus. In his enim ex *l. liberorū, de accusat.* ad hoc vt sciatur an Iudex competēs sit, ille antequè accusatio apponitur, vt ibi Gothofred. necesse est vt in libello nomen apponatur, quod etiam in *l. 14. tit. 1. par. 3. statuitur in qua Gregor. Lop. verbo La fazze.*

20 Ex quo cū receptum sit apud Nos, vt diximus *num. 14.* quod in Supremis Tribunalibus in libello apponatur: *Muy Poderoso Señor.* Videbatur, quod huius inscriptionis omisio illegitimum redderet libellum, ad hoc vt reus ab instantia absoluat, tã ex eo quod contra stilum formatus sit, quam ex quo est omisã qualitas designatiua fori, aut Magistratus, à quibus causa est discutienda. De quo & an Iudicis mentio, seu Principis necessaria in accusatione sit, in *dict. l. Liberorum, Bart. Salicet. & Scriptores, Paz in praxi, tom. 1. §. 5. par. cap. 3. §. 6. à nu. 15. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 12. num. 7. Scac. de iudic. cap. 51. nu. 23. ex Marant. & Scap. Guac. de defens. reor. defension. 3. cap. 3. à nu.*

21 Et vt in hoc dubio procedamus attētis iuris principijs, recurrēdum est ad *Glos. in l. in causis, C. de accusat.* vbi formula accusationis adfertur ab Acurfio, ex qua in ipsa lege Salic. *nu. 3.* deducit de forma libelli accusatorij esse, vt nomē Principis apponatur taliter, vt illa formula omisã ineptus cēseatur, quã mentē probare videtur, *Scac. d. cap. 51. d. n. 23.*

22 Hanc quæstionem haud reliquit intactã, Greg. Lop. *dict. l. 14. verbo La fazze, tit. 1. par. 7.* qui contra Salicetum, cum Bart. in *l. Liberorū, à n. 1.* tenet huius formulæ omisionem nō facere libellum ineptū, ad hoc vt illius causa absolui debeat accusatus.

23 Sed in hoc tãtorum virorum



dissensu prænотandum est, quod Iure communi attēto cuiuscumque clausulæ cōtentæ in *dict. l. Liberatorum, dict. l. 14.* omisio ineptū reddebat libellū accusatorium. Vsu verò hæc Iuris regula antiquata fuit. Ideò si libellus delicti qualitatem, substantialem ad criminis cognitionem contineat, nõ vitiatur, nec absoluetur reus, vt ex Angelo, & Salic. Iul. Clar. *dict. lib. 5. §. fin. quest. 12. num. 7.*

24 Quare si illa formula, ac inscriptio de *Muy Poderoso Señor*, omissa sit, libellus ineptus nõ reddetur, sicuti neque ex eo quod nomē Principis omissum, vt Greg. Lop. *dict. l. 14. verbo La faze*, Guac. *de defens. reor. defens. 3. cap. 3. num. 13.* Paz in *Prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 6. num. 15. & seqq.*

25 Supradictis prænотatis, cognitioque omisionē formulæ ineptionem non conferre libello Ciuili, vel criminali. Quærendum est, an post illius æditionē iudicialē locus maneat aëtori, vt illū mutet? quam quæstionē agunt Scribentes in *l. edita, C. de aded.* in Ciuilibus, in criminalibus verò in *l. si in delictis, §. si detracta, de noxalib.*

26 In Ciuilibus enim conclusio est recepta post contestatam litem ad mutationem libelli locum non dari, scilicet vt incepta lite in via ordinaria ad viam executiuam trāsitus fiat, seu absolutè, vt actio iā incepta mutetur, nā oblatio libelli, post antiquarum repulsas, introducta, sic immutabile iudicium constituit, vt repugnāte reo id licere aëtori nõ possit.

27 Petrus Gilkenius in *dict. l. edita, C. de aded.* duos Doctores in eo assensus fuisse notat, dicentes mutationem, & emendationē libelli fieri, vsque ad sentētiā posse: aliorum 28 vsque ad contestationem litis tantū, pro quo in illa lege adducit Bald. Paul. de Castr. Dec. Alex. Alciat. Alber. & Fulgos. Rot. Bonon. *decis. 107. n. 31.* Ripol. *variar. cap. vlt. ex n. 438.* Assatim enim patet ex Alciat. *int. p. enyia*, verbo 178. §. actionis, de verbor.

signif. & lib. 4. disp. cap. vlt. quem sequitur Barb. in *l. si debitori 21. de iud. n. 3.* Afflict. *decis. 44.* Crauet. Tiraq. adducti ab Aug. Barbof. in *dict. l. edita, num. 5. qui ex num. 7.* Donel. Camil. Borrei. & Mascard. adducit.

29 Post litem enim contestatā, cum iam cōmune factum sit iudiciū, quæsitumque adsit parti ius, absque reciproco consensu difficilinus admitenda est mutatio, vt omnes ipsi tradunt, & disputat Ceuall. *cōmun. quest. 815. per tot.* Couar. *pract. cap. 20. n. 7.* Caualc. *tom. 1. decis. 1.* Roman. *cōf. 33. in fin.* Alex. *conf. 112. nu. 12.* Federic. Scot. *lib. 6. tom. 1. resp. 18. n. 18.* Costa *de in integr. dist. 85.* Tusc. *litt. A. concl. 395. n. 16.* Cagnol. *dict. l. edita, n. 139.* C. de *adedo*, Turret. *conf. 46. n. 4. vol. 1.* Bologn. *conf. 28. n. 8.* Mar. Giurb. *decis. 108. n. 2.* Hermos. *l. 56. glos. 7. n. 37. tit. 5. par. 5.* Petr. Gilken. *dict. l. edita, n. 23. & n. 36.* Rot. Bonon. *decis. 107. n. 31.* Ioseph. Ludou. *decis. Penes 65. n. 20.* Ripold. *dict. cap. vlt. n. 438.* Argel. *de legitim. contradict. quest. 3. n. 48.*

30 Sed maior difficultas in eo viget, an incipiēs iudicium in via ordinaria virtute instrumenti, possit virtute eiusdem agere via executiua, vel licite apponatur exceptio litis pendētis, taliter quod via executiua suspendatur, & via ordinaria tantū agēdum sit? Varius quidē est in hac re assensus; nam Paz in *praxi, 4. par. tom. 1. 31. cap. 2.* Solis *de cōsib. lib. 2. c. 1. n. 34.* ex Rebuf. *1. tom. const. ad ll. Gallio. de litter. oblig. glos. 3. n. 3.* asserūt refusus expensis licitam esse iudicij mutationē ex glos. Bart. Bald. Patavin. Angel. Fulg. Aretin. Salic. Roman. Purpur. Alciat. Alex. Corn. Ias. Done. in *dict. l. edita*, Petr. Gilken. *n. 13. & seqq.* sequitur Ceuall. *cōmun. quest. 815. ex n. 22. vsque ad fin.* Hermos. duplicem refert opinionem, *l. 65. glos. 11. n. 157. tit. 5. par. 5.* quos sequuntur Coler. *de proces. executiu. par. 1. cap. 8. nu. 47.* Gail. *lib. 1. pract. obseru. 60. num. 4.* Capic. Latr. *decis. 220. num. 20.*

32. Contrariam sententiam, scilicet transfusioni iudicij locum non esse, dum via ordinaria actum est ad iustitiam tantum consequutionem, nec virtute instrumenti quarentigij executio petita fuit, defendit late Burgos de Paz, pluribus adductis, *conf. 39. num. 7.* Gutierr. *lib. 3. præd. quest. 39. ex num. 3. & 5.* Azeved. *l. i. tit. 21. lib. 4. ex num. 142. præcipue num. 153. & 155.* Parlad. *rer. quotid. cap. fin. 5. par. 5. l. 1. num. 20.* Valenc. *conf. 49. nu. 15.* Aluar. Valasc. *conf. 58. num. 8. & 9.* & quos adducit Herinos. *dict. glos. 1. num. 56.* Rodrig. *de execut. cap. 2. nu. 2.* Graf. *de exception. in prælud. num. 53.* Coler. *de proces. execut. cap. 5. num. 35. cum seqq.* Marefcot. *variar. lib. 1. cap. 38. num. 4.* Camil. Gyps. *Add. ad Rot. Bonon. decis. 107. vers. Aut vero,* Gonçal. *ad Reg. Chancel. glos. 6. num. 196.* Scac. *de iudic. cap. 70. num. 9.* Giurb. *decis. 17. num. 11. & decis. 280. num. 15.* Paz *de tenut. cap. 22. num. 5.* Lara *compend. vitæ homin. cap. 27. num. 19.* Add. Molin. *in not. num. 16.* Nouar. *de dat. in solut. sect. 2. quest. 9. num. 6. & 7.* de quo post hæc scripta late Salgad. *in Laberint. creditor. par. 1. cap. 17. per tot.* Qui omnes, præcipue Parlador. hanc conclusionem absolutè defendunt.

33. Et quavis Geuall. *dict. quest. 815. ex num. 22.* mutationi iudicij locum esse asserat, dum modo mutans soluat sumptus primæ litis, aut instatiæ secundum Barthol. *in dict. l. edita, C. de edend. num. 31.* Alex. *num. 21.* Iasson, *num. 37.* Dec. *num. 94.* Capic. Lat. *decis. 120. late Add. Molin. dict. n. 16.*

34. Illius reiecta sententia distinguendum venit. Aut in via ordinaria iudicium est inceptum, & hoc casu deducitis, seu solutis expensis ad similem viam ordinariam redire posse tenendum constat, cui calculum adhibuere album, Barth. Iasson, Dec. & 55 Sesse, *decis. 257. à num. 15.* Aut in via ordinaria iudicium inchoatur, & reus in executiuâ, seu sumariam transire vult. Hoc autem irritum facere

conatum fatendum est, quidquid contrarium asserat. Geuall. etiam si expensas soluere paratus sit, ac offerat, quia à via semel ab eo electa reuocare gradum, nõ valet, præsertim, cum post litem contestatam iudicium comune, & reo, & actori effectum sit, & fauorabilius sit reo agere via ordinaria: ideoque ni reus annuat, ab incepto iudicio recedere minimè potest, in iacturam cõsortis. Quam sententiam, Decio reiecto, comprobat Aluar. Valasc. *consult. 88. num. 8. & 9.* Marant. *in prax. art. 3. nu. 31.* Grammat. *conf. 91. num. 19.* Menoch. *de adipiscend. rem. 5. num. 57.* alios adducens Gracian. *discept. cap. 118. ex num. 49. & sequentib.* Lancel. *de attent. 2. par. cap. 4. limit. 30. num. 9.* traddito Graf. & alias decisiones Gonçal. *Reg. 8. Cancellar. glos. num. 192.* Scac. *de iudic. lib. 1. cap. 62. num. ult. & cap. 76. num. 9.* Marefcot. *variar. lib. 1. cap. 38. num. 4.* Censio *de censib. par. 2. cap. 2. quest. 5. art. 6. num. 28.* Cancer. *variar. lib. 1. cap. 17. num. 34. & lib. 2. cap. 3. nu. 91.* cum alijs plurimis adductis Salgad. *de Reg. protect. 3. par. cap. 4. num. 60. & 4. par. cap. 7. num. 172.* Perez de Lara, *Compend. vitæ homin. cap. 27. num. 18. & sequentib.* D. Ioseph Vela, *dissert. 23. ex num. 69. qui num. 74. pro qua opinione decisum testatur, quod defendit Mastrill. decis. 157. per tot.*

36. Et quamuis Capic. Latr. *decis. 120. ex num. 20. cum sequentib.* hanc discutiat opinionem, irresolutiue locutus fuit, cum *num. 30.* arbitrio iudicis conferat cognitionem ad mutationem iudicij.

Et si Doctoris autoritas perpendenda sit attenda allegatione, nostrâ resolutionem sequi nõ dubius feror. Nam Donellus ab eo in arenam exhibitus in *l. edita, C. de edendo, num. 17.* post litem contestatam negat mutationem libelli, aut iudicij, nec posse actorem mutare actionem defendit, præcipue cognitio, quod antea *n. 14.* tenet mutationem actionis fieri non



posse, si ex ea damnatum reo inferatur, cum ex ipso dictamine naturæ nemo possit alterius deteriore facere conditionem, quod propungunt Ossuald. ad Donell. lib. 23. cap. 5. Menoch. de arbitrar. cap. 176. Gilken. in dict. l. edita, num. 41. sequitur Capic. Latr. dict. decis. & dict. num. 30. Sed cum via ordinaria favorabilis sit reo, ut notat ex Authent. qui semel, C. quomodo, & quando iud. D. Ioseph Vela dict. dissert. 23. num. 70. eo renuente mutationem impediendam esse iudicij, ac actionis censemus.

37 His in causis Ciuilibus prælibatis, in criminalibus, ut diximus ex l. in delictis, §. si detracta, de noxalib. dicendum esset editionem libelli accusatorij mutationem, aut emendationem licitam non esse, erit tamen permittum qualitatem delicti addere, & si orta sit ante quærelam, seu accusationem, ut Bart. dict. §. si detract. ex l. denuntiasse, §. quid tamen, num. 5. ad l. Iul. de adult. Add. in dict. §. detracta, Bald. l. edita, lect. 1. num. 45. C. de adend. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 11. num. 8. & cap. 1. num. 27. cum sequentibus. vbi Ayllon, Petr. Cauat. resol. crim. cas. 17. num. 11. Zeuall. quæst. 815. num. 16. Scac de iudic. cap. fin. n. 8. Guacin. de defens. reor. defens. 2. cap. 5. Baiard. ad clar. quæst. 12. num. 11.

Quod sic procedit, ut quamuis in Ciuilibus mutatio libelli, detractioque permittitur ab aliquibus, ut latè 38 diximus supra num. 27. 30. & 33. adhuc à nemine dictum est in criminalibus, Gail. lib. 1. obs. 74. num. 8. & 9. Scac de iudic. cap. 51. num. 40. & cap. fin. num. 8. Guacin. dict. cap. 5. num. 2.

39 Et quamuis Andr. Gail. dict. obs. num. 9. illi innittitur principio, quod actus substantiales iudicij, voluntate partium non mutantur, glos. in cap. de causis, verbo Consonu, de offic. delegat. Alex. l. edita, ex num. 9. Cod. de adend.

40 Adhuc alia superior ratio ad denegandam detractioem in libello

criminali deducitur ex Iuris principijs, ratione publicæ vtilitatis vigētis in punitione delictorum, l. ita conueneratus, §. estimatio ad l. Aquilia, l. Siar, §. fin. de fideiussor. l. Bona fides deposit. l. Si opus 14. C. de pœn. Cauat. resol. crim. cas. 294. num. 71.

41 Quare Bald. in l. Quid ergo, §. pœna grauior. num. 14. de his qui notant. infam. tenet eleganter, quod post accusationem impositam accusator nō habet Potestatem mutandi, aut dimittendi causam, cum in criminalibus ex vi iustitiæ vindicatiuæ, ad iudicis officium pertineat illud exequi absque partis instantia, attenda tantum qualitate delicti, Bart. in ipso §. pœna grauior. Cauat. dict. cas. 173. n. 70.

42 Ex quo ortum in causis criminalibus ad vindictam publicam iudex etiam renuente accusatore impartire officium debet ad punitionem criminis, prouenit, ut etiam si accusator expressè pacto, vel tacitè omiserit causæ prosecutionem, vel requisitus prosequatur causam, responderit, nolle, ex l. Qui cetum, §. fin. ad l. Iul. de vi public. l. 2. & ibi Glos. C. de abolition. glos. in l. transigere, de transaction. l. 17. tit. 1. par. 7. iudex intra dies à lege præfixos poterit ex officio illam agere, Appgel. dict. l. transigere, nu. 7. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 1. num. 36. notab. 1. & num. 37. ad fin. Guacin. de defension. reor. def. 3. cap. 11. num. 9. Baiard. ad clar. quæst. 10. num. 5.

43 Quod sic procedit, ut adhuc etiam in crimine adulterij, si maritus accusationem dereliquerit officio Iudicis prosequendam, notant Iuris-Consulti in l. si constante, vers. derelicta, ad l. Iul. de adulter. de quo l. Quamuis, la 2. C. ad leg. Iul. de adulter. l. 2. tit. 17. quæst. 7. Anton. Gom. l. 80 Taur. n. 49. Baiard. dict. quæst. 10. num. 5. ex Afflict. & Grammat. decis. 31. Guacin. dict. cap. 11. num. 9.

44 Sed aduersus hanc resolutionem facere videtur, quod cum cautum sit iure nostro, ut ad adulterij accu-



fationem maritus tatum admittatur
ceteris absolute exclusis, etiamque
officio Iudicis, l. 3. tit. 7. lib. 4. For. vbi
late Montalu. Gregor. Lop. l. 2. ver-
bo *Tam negligente*, tit. 17. par. 7. Villa-
dieg. l. 12. num. 1. tit. 4. lib. 3. For. Iuz. g.
Anton. Gom. l. 80. Taur. nu. 49. Aze-
ued. l. 1. num. 6. l. 2. num. 1. tit. 20. lib. 8.
Recopil. Bernard. Diaz in pract. vbi
Salced. litt. O. cap. 85. num. 6. Sanch. de
matrimon. lib. 10. disp. 8. num. 32. Farinac.
quest. 141. num. 36. Petr. Caua. l.
resol. crimin. cas. 114. Vermigliol. conf.
55. num. 3. Domin. D. Christ. Crespi,
Obseru. 4. ex num. 178. dicendum vide-
45 batur, quod accusatio a marito
edita, si negligens fuerit in prosecu-
tione, suspendenda est, nec officio Iu-
dicis prosequenda, nec ad alterius
partis instantiam, etiam si fuerint de
admissis ad accusandum in hoc cri-
mine in dict. l. quamuis, C. de adulter. §.
l. 2. dict. tit. 17. par. 2.

46 Primò ex eo, quod cum in
causa adulterij ex officio iudex age-
re non possit, ex dict. l. 3. tit. 7. lib. 4.
For. Villad. dict. l. 13. num. 1. ex Ful-
gos. late Petr. Ceuall. dict. casu 114.
num. 12. §. 13. Vermigliol. dict. conf.
55. num. 4. & hæc prohibitio impe-
diat æditionem accusationis, tam ad
partis instantiam, quam ex officio,
tit. 17. par. 3. Cobb. in 4. par. 2. cap. 8.
§. 11. Boer. decis. 272. Cifuentes, l. 8.
Taur. quest. 3. Papon. lib. 24. Arrest. tit.
2. art. 5. Barbo. l. 2. par. 1. num. 112.
solut. matrim. Farinac. quest. 141. n. 36.
Petr. Caua. dict. cas. 114. Vermigl.
dict. conf. 55. nu. 4. Farinac. dict. quest.
141. a num. 36. etiam negligente ma-
rito, dict. l. 2. pariter dicendum, nec
accusationem a marito æditam pro-
sequi posse, nec officio Iudicis, nec ad
alterius instantiam, Gregor. Lopez,
dict. l. 2. verbo *Tam negligente*, Villa-
dieg. dict. l. 13. num. 3. vers. relinqui-
tur.

47 Secundo ex doctrina Clari,
lib. 5. §. fin. quest. 10. num. 2. dicentis,
quod si præclusa est via Iudici ad

procedendū ex officio, tunc nec cau-
sam prosequi, nec quidquam agere
poterit, & si ab accusatore omissa, aut
derelicta sit.

48 Sed etsi hæc sic se habeant,
& quæ notat Caua. dict. cas. 114. n. 3.
adhuc si ædita sit, ac proposita accu-
satio, ac quærela a marito, iaque ma-
trimonium foedatum, quod euitandi
causa extraneis, & Fisco ablatum est
ius quærelandi in causa adulterij,
dict. l. quamuis la 2. C. ad leg. Iul. de adul-
ter. dict. l. 3. tit. 7. lib. 4. For. cum accu-
satione viri notorium factum sit cri-
men, & si maritus ab accusatione de-
fistat, vel latitet, Iudicis officio pro-
sequenda est, vt late comprobatur l. 2.
§. 1. ad leg. Iul. de adulter. l. Abolitionem,
l. sine metu, C. eod. Baiard. ad Clar. §.
adulterium, num. 7. 14. §. 20. Carrer.
in pract. tract. de homicid. excusat. 9. nu.
37. fol. mibi 198. Bernard. Diaz, in
practic. cap. 85. num. 6. Farinac. dict.
quest. 141. num. 38. §. 39. Crespi, Ob-
seru. ad decis. Valenç. obseru. 4. ex num.
151.

49 Sed ne intactum relinqua-
mus notandum est quod ad hoc vt
causa a marito derelicta prosequatur,
necesse est si præsens sit vt requi-
ratur an prosequi velit, vel non ex
l. si maritus, §. si negauerit ad leg. Iul. de
adulter. Et si tacuerit prosequenda
est officio Iudicis accusatio, & ter-
minanda, ne indefensa mulier in rea-
tu permaneat, Guacin. de defens. 3. cap.
11. num. 2. Videndus Dom. Crespi in
loc. infra.

Si verò latitet, & absens sit per pro-
clamationem ei designantur dies ad
agendum, quibus tractatis causa etiã
ex officio prosequetur, l. qui crimen,
l. si ea, C. qui accusar. non poss. l. 2. Cod. ad
Turpilian. l. 17. tit. 1. par. 7. vbi late
Gregor. Lopez. De quo late Dom.
Christophor. Crespi, obseruat. in de-
cis. obseru. 4. ex num. 145. cum sequentib.
§. ex num. 183.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**umulatio iudicij petitorij, & possessorij an admittatur?
- 2 Quid dicendum ex Bartulorum?
- 3 Cumulatio, seu conuincio petitorij, & possessorij Iuris, ex quibus regulis cognoscenda, ut admittatur vel aenegetur.
- 4 Lite capta viuente possessore maioratus de illius successione, eo mortuo mutari valet, & agi ex noua causa in alio iudicio.
- 5 Mutationi iudicij an locus sit?
- 6 Lite pendente in petitorio apud Iudices Chancellariarum per remissionem Supremi Consilij, si possessor, cui tenuta delata fuit decedat an causa debeat terminari in petitorio, 7. Vel prosequi valeat, si ab alio fuerit interpositum iudicium tenuta morte possessoris.
- 8 Petitorio pendente, de possessorio agendum non est.
- 9 Lis agitari non valet coram duobus iudicibus super petitorio, & possessorio, 12. ratione repugnantie.
- 10 Possessorium, & petitorium iudicium non valent conuincari, si possessoriam habet ad mixtam causam proprietatis, 13. Vel repugnat natura iudicij, quod qualiter intelligendum, num. 50.
- 11 Iudicium tenuta ad mixtam habet proprietatis causam, & quomodo intelligendum, num. 19. & 51.
- 14 Possessorium iudicium tenuta & proprietatis simul concurrere posse certum, 15. cum iure prohibitum non sit, 20. & 31. 32. & 42.
- 16 Iudicium tenuta ad actualem possessionem, 24.
- 17 Naturalis, & Civilis possessio virtute, l. 45. Tauri, transit in verum successorem.
- 18 Iudices Chancellariarum in iudicio petitorio veros successores maioratus declarant.
- 21 Possessorio Maioratus impendente esse non potest.
- 22 Et transit in successorem etiam quoad

- qualitatem habitualem.
- 23 Litis pendente non impedit translationem possessionis.
 - 25 Possessor maioratus virtute sententia lata in iudicio tenuta potest esse, quod verus possessor non sit.
 - 26 Attamen, usque ad sententiam in petitorio latam possessor est.
 - 27 Possessor dum tantum de possessione agit, nihil interest an iuste, an iniuste possideat.
 - 28 Iudicium Tenuta, ut legitime introductum sit sufficit, quo de mortui possessione constat.
 - 29 Tenuta potest conferri in iudicio petitorio non habenti ius in petitorio.
 - 30 Possessio feudi non denegatur filie possessoris, & si agnatorum ius certum sit in proprietate.
 - 33 Iudicia possessoria, & petitoria simul concurrere non valent, si in idem tendunt, 47. Vel possessorium primo intentatum est.
 - 34 Secus si ratione personarum diuersa sint, & 35. Vel temporis, 36. Vel de iure incorporali agitur, 37. & 48.
 - 38 Vel si denuo possessio quesita sit ex noua causa.
 - 40 Suspendio iudiciorum voluntaria partibus est, non necessaria.
 - 43 Cap. Pastoralis, de causa possess. & propr. refertur.
 - 44 Clemen. 1. de caus. possess. & propriet. adducitur.
 - 45 Cap. cum super, de caus. possess. declaratur ex Iasson.
 - 46 Litigantes in iudicio Tenuta omnes sunt actores, & rei simul.
 - 52 L. incerti, Cod. de interd. l. Nulli, Cod. de iudic. declarantur.
 - 53 Decisio Supremi Senatus refertur statuens in causa comitatus de Cisuentis, ut simul concurrere possint iudicium petitorium, & possessorium Tenuta, absque alterius suspensione.

SI DELATA TENUTA A SUPREMO SENATU pendente proprietatis Iudicio, decedat Tenutæ possessor; an possit denuo causa in nouo iudicio Tenutæ agitari, vel tantum prosequi proprietatis.

GLOSSA DEZIMA OCTAVA.

OMnis enim Iuris Interpretes illam sanè, vt difficilem quæstionem discutunt, an cumlatio, seu conuincio petitorij Iuris, & possessorij admittatur? in quo discoloris fuisse sententias Ioan. Azon. Martini, glos. & Bella Pertic. notant Scriptores. In qua ardua materia nodus difficultatis dissoluitur ab ipsis, non Alexandrino gladio, sed ingenij acumine, ex ipsiusque Iuris penetralibus, quod necessarium censuit Vacun. à Vacun. lib. 2. declarat. declarat. 42. num. 1. ex l. naturaliter 12. §. nihil commune, de acquir. posses.

2 In qua Doctores discordia, Bart. omnium antesignanus distinctè se habet docens, quod, vel agitur rei vindicatione petitorio proposito iudicio, vel cõditione, actione, ex testamento, vel virtute iudicij, aut actionis directè ad rem vindicadam, & reus, vel ipse actor suspenso petitorio iudicio, possessorium intentare velit; tunc vt cumulentur iudicia, vel simul de his agnoscat, absque vnus suspensione, notandæ sunt regulæ sequentes. An Iure Canonico inspecto procedatur, vel Iure Ciuili: an sit conclusum in causa: an electione illa remedia tollantur, vel contraria sint: an ex iudicio petitorio, & possessorio idem, & vnum consequatur, vel non: an tendant iudicia ad vnum effectum: an sententia in possessorio lata pariat exceptionè in petitorio; vel si petitorio incepto res vindicada

ad rei vindicantem perueniat ex nouo Iure: an ordo iudiciarius subvertitur, vel si ex diuersis possessionibus agitur? Hæ sunt regulæ admittentes, aut prohibentes iurium, & iudiciorum conuincionem, vt ex dict. §. nihil commune, deducunt Bartul. Iaf. Alex. Ripa, Cuman. Fab. Acoromb. Bologn. Claud. Marmut. & Harmanct. Dettus. Anton. Rub. Abbas, & Scribentes in cap. Pastoralis, de caus. posses. & prop. Fachin. lib. 8. contr. cap. 6. Garc. de Nobil. glos. 11. August. Barbof. dist. cap. Pastoralis, de caus. posses. & propriet. Brun. à Sole, quæst. legal. quæst. 49. Vacun. à Vacun. lib. 2. declarat. iur. declarat. 44. Berengar. Ferdinand. lucubrat. add. l. naturaliter, §. nihil commune. Et ibidem Ioan. Corraf. Petr. Gilken. in l. adita, num. 157. vsque ad 164. C. de adendo, & num. 172. Hartman. Vultei, de iud. lib. 1. cap. 2. ex num. 43. cum sequentib.

Ex supradictis principijs, intraque circumscribitur materia, l. naturaliter, §. nihil commune, de acquir. posses. 4 decidenda est nostra quæstio. Molin. in annotat. num. 16. vers. Vterius, etiam quærit, an viuente possessore maioratus incepto petitorio ab aliquo, vt declaretur eiusdem maioratus successor virtute, leg. diffamari, C. de ingen. & manumis. poterit, mortuo possessore, omisso petitorio, ipse, iudicio agere possessorio ad adipiscendam Tenutam, & quamvis reiecta doctrina, dist. §. nihil commune, dicat hoc casu transitum concedi de peti-

torio ad possessorium, quia agitur de noua possessione quaerita morte possessoris maioratus, quae non erat deducta, nec in rerum natura, tempore, quo iudicium inceptum fuit, Paz, de Tenuta, cap. 22.

5 Hæc non est quaestio in presenti à nobis explicanda, nec quæ ex Lancellot. Parlador. Gutt. Auend. Greg. Lop. Giurb. Sesse, Paz, Ganc. & Lara annotat additionator, Molin. dict. num. 16. latè quaerens, vt apud ipsas patet, an vna via ad agendum incepta, ad aliam transitus admittatur, veluti de executiua ad ordinariam, vel contra? De quo diximus, Gloss. 17.

Erit enim si delata actuali possessione per sententiam diffiniendam iudicium possessorium Tenutæ, remissaquæ causa ad iudices Regios, decedat pendente iudicio proprietatis, ille, cui delata fuit possessio in iudicio Tenutæ, an alius possit per mortem possessoris huius actualis possessionis, agere ad iudicium Tenutæ, vel an sic causa possessionis obforta fuit per remissionem ad Regios iudices, perquæ litis pendentiam iudicij petitorij vt locus non sit nouo iudicio possessorio.

7 Vel an iudicium possessorium Tenutæ per mortem possessoris de nouo incipi debeat, & terminari suspensio proprietatis vsque ad huius declarationem secundum dispositionem. L. cum fundum, §. final, de vi, & vi armata, cap. pastoralis, de caus. possess. & propriet.

Quæ quaestio nec tacta fuit à Molina, nec ab vlllo Scriptorum, sed ex visceribus materiæ, dict. §. nihil commune, decidenda est.

In quo dicendum quod si lis agitur in iudicio proprietatis de iure maioratus, si actualis possessor decedat petitorio incepto, nec tantum voluntate litigantium, sed remissione supremorum iudicum, amplius in iudicio possessorio agendum non est de succes-

sione illius. Primo ex dispositione, l. incerti, Cod. de interd. vbi latè Gloss. notat de possessione agi non posse, proposito petitorio, secundum doctrinam Acon. asserentis nullum possessorium posse cum petitorio cumulari, vt in dict. §. nihil commune, notant Bart. Iass. Alex. Cuman. & gloss. in dict. l. incerti, verb. quaestionem, Fab. à Carabon. dict. naturaliter, §. nihil commune, num. 99. de acquir. possess. Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 521. Anton. Thes. decis. 15. num. 1. Paul. Christ. decis. Belg. 138. ex num. 1. vol. 4. immo suspensionem vnus necessariam esse, cap. Pastoralis de caus. possess. Ludou. decis. 307. num. 19. Cephal. conf. 30. n. 1. Marc. Anton. Eugen. conf. 4. num. 20. lib. 1. Valenç. conf. 70. num. 55. Fachin. lib. 8. contra. cap. 6. Brun. à Sol, quaest. legal. quaest. 49. num. 4. Burat. decis. 686. num. 2.

9 Secundo ex l. nulli, Cod. de iudic. vbi prohibitum est apud duos iudices agere, coram vno de possessione, alio de proprietate, ideò possessorium, aut petitorium necessario suspendendum ne detur combinatio diuersorum iurium, Brun. à Sol dict. quaest. 4. num. 7. ex pluribus I. C. responsis, Petr. Gilken. in l. edita, num. 167. & 168. Cod. de edend. Argel. de legitim. contradic. quaest. 5. num. 79.

10 Tertio ex eo quod quamuis DD. in dict. §. nihil commune, dicant posse iudicia possessoria, & petitoria conuinari, procedit casu, quo iudicium possessorium non habet ad mixtam causam proprietatis, vt Bart. in dict. §. num. 2. & Alex. num. 74. Rip. num. 155. Fab. à Corombon. num. 131. Claud. Marmer, num. 160. Garc. de nobilit. gloss. 11. num. 38. Ioan. Corrafc. dict. §. nihil commune num. 2.

11 Et cum iudicium Tenutæ illam qualitatem sustineat, vt inconcusè per nostros fatetur, Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. num. 9. & diximus ad l. 4. cap. 24. tit. 14. lib. 3. num. 62. pendente iudicio proprietatis, apud Re-

Regios Iudices, agendum non est de possessione maioratus illius, etiam si actualis possessor decedat, cum aduersetur naturæ huius iudicij, vt de rei vindicatione, & possessione retinenda simul agatur Doctores in *dict.* §. *nihil commune*, *glos. 1. in dict. l. nulli, C. de iudic.*

12 Quarto; quia secundum doctrinam Petr. Bellapert. & Paul. de Castr. traditam à Ias. in *dict.* §. *nihil commune*, concursus iudicij possessorij virtute, l. 45. *Tauri*, & proprietatis exhiberi simul nõ possunt, quia in illis repugnancia inuenitur, & contrarietas possessionis & iuris. Quo casu impeditur horum iurium cumulatio, seu conuinatio, cum necessariũ sit, vt 13 contrarietas inueniatur iuris, & possessionis, cum fateri possidere, & non possidere à collitigantibus requiratur, quod repugnat naturæ iudicij petitorij, & possessorij tetinenda, vt Bart. Ias. Rip. & Alex. *dict.* §. *nihil commune*, Abbas, *cap. Pastoralis, num. 5. de caus. posses. & propriet.* Crauet. *conf. 845. num. 2. Tusc. litt. P. conclus. 450. num. 5. & 8. Socin. reg. 13. Cuiac lib. 7. obseru. cap. 28. Fachin lib. 6. contr. cap. 6. Garc. de Nobilit. glos. 11. num. 5. vers. Sed tantum*, Ioan. Corraf. *dict.* §. *nihil commune*, num. 2. & lect. 3. num. 9. Petr. Gilken. in l. edita, n. 153. C. de edendo, ex Beroi. Fu glos. & Menoch. Rota Bonon. *decis. 14. num. 83.*

14 Nihilominus tamen, dicendum est illa duo iudicia proprietatis coram Iudicibus Chancellariarum, 15 & possessionis ad Tenutam maioratus coram Supremis Iudicibus mortuo actuali possessore concurrere simulque agitari posse. Primo ex eo, quod nulla ratio ex qua conuinatio iudiciorum prohibetur, in his Iudicibus inuenitur teste Bart. doctrina in *dict.* §. *nihil commune*, nam verum est attenda natura iudicij possessorij, de quo in Supremo iudicio agitur ad actuale tantum possessionem maioratus, ex l. 45. *Tauri*. & l. 9. & 10. tit. 7.

16 lib. 5. quod actualis possessio potius detentio, quam possessio dici poterit secundum Aretin. & alios in *dict.* §. *nihil commune*, Claud. Marmer. num. 130. & cum naturalis possessio, & Ciuilis, virtute l. 45. *Tauri*, transf. 17 lata in verum successorem sit, & huius translationis declaratio pertinet ad Regias Chancellarias, Paz de Tenuta, *cap. 1. num. 61.* vbi plene agitur de illo iure verè proprietatis, & processione, vt Paz, subdit. num. 62. firmans hæc Iura Tenutæ, & proprietatis nihil commune habere ad cumulationem, incongruè conuinatio ad illam detentionem possessionis despicietur, vt Marmer. *dict.* §. *nihil commune*.

19 Nam etsi Molina, cæterique supra adducti tueantur Iudicium Tenutæ ad mixtam habere proprietatis causam, intelligendum est quoad cognitionem, & litis progressum, non vero quoad commixtionem iudiciorum, & Iurium, vt notat Paz *dict.* *cap. 1. num. 62.*

20 Quapropter si pendente Iudicio proprietatis possessor Tenutæ decedat, seruandaque sit dispositio, l. 45. *Tauri*, transferentis ipso iure in sequentem possessionem Ciuilem, & naturalem maioratus, absque dubio posse agitari duplex illud iudicium absque alterius suspensione, scilicet, vt coram Iudicibus Supremis ad declarationem illius Iuris possessorij Tenutæ in possessore procedatur, & eodem tempore coram Iudicibus Chancellariæ ad declarationem veri successoris in Iudicio petitorio, cum repugnancia non inueniatur; imò sententia declaratoria Tenutæ collatæ defuncto, de cuius possessione agitur, denotet possessionem iustam, siue iniustam penes illum possessore, vsque ad declarationem iudicij petitorij commorari, & cum ad recuperationem admittatur concursus petitorij, & possessorij, vt Doctores omnes in *dict.* §. *nihil commune*, pariter,

ter, & in hoc casu ad collationem actualis possessionis per constitutionem, l. 9. & 1. tit. 7. lib. 5. sine obice litis pendentia.

21 Hoc deducitur ex ipsa natura dispositionis legis 45 *Tauri*; nam ea attendenda, & l. 8. tit. 7. lib. 5. verum est possessionem maioratus mortuo possessore impendenti non esse, nec existere posse, nec per momentum, Paz de *Tenuta*, cap. 10. num. 3. Molin. lib. 5. cap. 12. num. 20. Gracian. *discept.* cap. 113. num. 19. Christophor. de Paz ad l. 251. *stili*, num. 25. taliter, ut hæc translatio possessionis ansam præbuerit, Bald. & Tiraquel. teste Molin. *dict.* cap. 12. num. 22. ad dicendum eandem, ipsamque possessionem possessoris in sequentem trāsire per dispositionem legis vi translatiua virtutis, Christophor. de Paz, l. 251. *stili*, num. 26.

Quod sic operari dixit Molin. & cum illo Stephan. Gracian. *disceptat.* cap. 113. num. 9. ut possessionem ipsam penes possessorem maioratus existentem, in sequentem transeat quoad qualitatem habitualem, & ut pro possessore illius Iuris possessorij à possessore maioratus ceseatur, l. cum *milles*, ex quib. *caus. maior.* Castill. cap. 91. *contr.* num. 50. tom. 5. Molin. *de iust. & iur. disp.* 636. num. 5.

23 Taliter ut ipse D. Ioan del Castillo *dict.* cap. 91. num. 50. dicat, nec litis pendentiam, nec aliam rem inhibere translationem possessionis, sed ipsam à possessore habitam transfundi in sequentem.

24 Quo perpenso, cum secundum constitutionem, leg. 45. *Tauri*, virtute dispositionis maioratus, declaratum sit actualem possessionem translata in expetentem possessionem illius, eique virtute, ac ministerio sententia Regalis, ac Supremi Consilij actualement, ac naturalem Tenutam collatam, si possessor huius actualis possessionis decedat, in dubium est agi posse ad adipiscendam

possessionem huius Iuris, ac successionis possessa ab illo actuali possessore Tenuta.

25 Nec etiam oberit quod fortasse possessor actualis possessionis verus successor non sit, possessioque illius existat iniusta, ab eoque remoueat iudicio petitorio declarante alium esse verum successorem.

26 Quia iste vsque ad declarationem legitimus possessor est, attendita possessione, siue iusta, siue iniusta vltimi possessoris, iustamque habet possidendi causam per decretum Iudicis, & cum de sola possessione agatur, nihil interest quoad idiuste quis, an iniuste possideat, l. 3. §. *ex contrario*, de *acquir. posses.* Roland. *cons.* 8. num. 26. & 29. vol. 4. ex Laderch. *cons.* 94. num. 4. Menoch. *decis. Bononiens.* 30. num. 12. Cyriac. *controu. Forens. controu.* 27. *trouers.* 10. num. 6. Præcipue attento, quod ad agendum virtute, leg. 45. *Tauri*, tantum possessio defuncti requiratur ad introductionem huius Iudicij Tenuta, licet euenire possit ut iste possideat iniuste, & apud eum naturalis possessio tantum sit, penes alium Ciuilis, & naturalis, ut in *dict.* §. *ex contrario*, notant Bart. Alex. & Doctores.

Quod præcipue locum sibi vindicat, attento quod in materia, ac successione maioratus esse poterit, ut vnus verus Dominus illius sit, alius vero tantum obtineat ius ad adipiscendam actualement Tenutam maioratus attendita proximitate possessoris, ut quotidie est in propatulo, & notauit Capic. Latr. *variar. consultat.* tom. 2. *cons.* 86. num. 41. exemplificato 30 in successione filia possessoris feudi, nam etsi in petitorio Iudicio agnatorum ius certum sit, possessio non sic denegatur filia, ut exclusa dicatur ab ea. Doctores, adducti per Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. num. 379. Rosent *de feud. cap.* 7. *conclus.* 49. *ubi addit. litt. B. & C.*

31 Quam quod in Iudicio Tenuta de-

delatæ morte possessoris tatum agamus ad possessionem naturalem iustam, siue in iustam attento possessionis iure delato per sententiam Iudicum Supremorum defuncti possessore, iudicio nouo Tenutæ, locum esse non dubito, nec obesse, quod iudiciu proprietatis, & possessionis concurrere minimè valeant vt in principio notamus.

32 Quia illa communis Regula limitatur dum in vno iudicio de possessione Ciuili, ac Dominio, vt in rei vindicatione, & in alio de naturali possessione tantum agitur, nam tunc cum ad diuersa agatur, dubio non subest agitari vno tempore posse iudicia, Bart. in dict. §. nihil commune, num. 24. & 25. & Alex. num. 46. per tot & num. 72. Ias. ibidem, num. 98. & 143. Ioan. Corraf. eleganter ibidem, num. 2. & in 2. lect. num. 26. Menoch. conf. 2. num. 195 & de adipiscend. poss. Rom. 2. num. 108. Paul. de Castr. conf. 29. vol. 2. Neuizan. conf. 80. num. 38. Surd. conf. 273. num. 33. Fachin. l. 3. §. qui ad nundinas, de acquir. posses. notat lib. 8. cōtrou. cap. 6. Petr. Gilken. in l. edita, num. 263. & 269. C. de edendo, & num. 325. Rot. Bononien. decis. 14. n. 110.

33 Ob idque in l. ordinarij, & l. incerti, supra adductis iudicium proprietatis, & possessionis diuersè non discutitur, quia non in diuersum; sed in idem tendunt, vt notauit Alex. in dict. §. nihilominus, num. 47. Petr. Gilken. dict. l. edita, num. 271. Cod. de edendo.

34 Fulcitur hæc nostra sententia etiam ex distinctione iudicij, qualitatèque litigantium, diem autem functo possessore maioratus iudiciu proprietatis litigati patet, cum Reale fit, nec morte extinguatur; quod diuersum in iudicio possessorio inuenitur, cum dirigatur ad Tenutam actualem; neque bona maneant in vacuo; tum pro vitandis iurgijs, l. 9. & 10. tit. 9. lib. 5. Recopil. Tum, vt subtiliter exemplificauit Ias. num. 89. be-

nè concurrunt, dict. num. 47. Alex. cum neque origine paghent iudicia, nec sententia pariat exceptionem, Garc. de Nobilit. Glor. 11. num. 11. vers. Inde, quo casu conuinari possunt.

35 Quod procedit ex mente Bart. in dict. §. nihil commune, col. 4. quem Alex. sequitur num. 88. scilicet, quod licet virtute possessionis ipsius translata legis ministerio de possessore ad successorem, quoad habitualement qualitatem iudicium Tenutæ proponatur, tamen quoad substantiam, & effectum non est ipsa possessio, sed alia ex diuersitate personæ, & circumstantia iudicij, ex his etiam diuersa censerit debeant iudicia, ad conuinationem, Ias. num. 142. ex Roman. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 14. Surd. conf. 273. num. 31 Sic ex Tiraquel. Menoch. & alijs Petr. Gilken. in dict. l. edita, num. 329. C. de edendo, cum teste Ripa num. 42. ex Bart. ab vno litigante iudicia hæc ex ipso iure, actione, ac iudicij qualitate agere tantum prohibitum fit.

36 Pensato etiam tempore non repugnat cumulatio horum iudiciorum, nam cum diuersis temporibus illa proponantur, benè excipiuntur Ias. dict. §. nihil commune, num. 98. vers. non omitto.

37 Ac etiam attenda incorporalitate actionis, & successione maioratus; nam cum de iure incorporali, aut de incorporalibus agitur, concursus iudiciorum non impeditur, Ripa post Bart. Ias. & Alex. dict. §. nihil commune, num. 150. Bald. conf. 16. vol. 3. Paul. de Castr. conf. 110. vol. 2. Thusc. litt. P. concl. 450. num. 1. & 9. Petr. Gilken. dict. l. edita, num. 302.

38 Adest etiam pro hoc assensu recepta scribentium mens dicetium, quod si post inceptam iudicium petitorium, possessio denuo adquisita est, tunc poterunt concurrere petitorium, & possessorium iudicium, vt Bart. Ias. & Alex. num. 46. Ripa num. 153. cum non agatur causa ipsius

O pos



possessionis, de qua in iudicio proprietatis agebatur, sed diuersè, Ripa *dict.* §. *nihil commune*, nu. 153. Fab. Acorombon. num. 102. 130. & 147. Claud. Mamer. num. 166. ex Lanfr. Oria, & alijs, Menoch *de adipiscend. rem.* 4. num. 543. & clarius ex multis Doctoribus, num. 546. Abbas *in dict. cap. Pastoralis*, num. 17. *de caus. posses. & propr.* Paul. de Castr. *conf.* 110. vol. 2. Socin. *regul.* 15. Thusc. *dict. litter. P. conclus.* 450. num. 4. Garc. *de Nobilit.* pluribus adductis Doctoribus, *Glof.* 11. num. 9. *vers. Ideo*, Ioan. Corras. *dict.* §. *nihil commune*, nu. 4. Et cum mortuo possessore maioratus, & si tantum possideat actualem Tenutam illius, transferatur denuo possessio illa ab eo obtenta qualis qualis fit in sequentem, poterit agi de possessione apud diuersos Iudices, ex *l. 1. §. hoc interdictum, uti possidet, l. 1. C. de alien. iud. mut. caus.* Alexand. *dict.* §. *nihil commune*, num. 53. Ripa num. 166. Acorombon. *ibidem*, num. 99. & 109. quæ fuit opinio Azon. & antiquorum.

39 Nec dicendum est in hoc casu recedendum esse per inductionem iudicij possessorij à iudicio proprietatis, cum in eo casu conuinari non possent hæc duo iudicia Fab. Acoromb. *dict.* §. *nihil commune*, num. 101. Nam cum ad diuersa tendant, causa diuersarum personarum, & diuersorum Iurium, ac possessionum concurrere sine alterius impedimento possunt, Cujac. *lib. 7. Obseru. cap. 8.*

40 Præcipuè attento Ioan. Corras. *ad dict.* §. *nihil commune*, *lect.* 3. num. 9. notante quod suspensio petitorij iudicij ex possessorij propositione voluntaria partis est, non necessaria ex legis prouidentia, cum nulla in iure sit dispositio prohibens cumulationem horum iurium, & si hæc opinio sit à Bartul. *in l. certi, C. de interd.* tradita, & reiecta, tunc est doctrina Corras. pro affirmatiua resolutione, dicentis nullam

esse in iure dispositionem prohibentem horum iurium conuinationem. Ideo licitum erit prosequi hæc duo iudicia simul: vnum ad declarationem veræ successione, tam in proprietate, quam in possessione. Aliud ad actualem apprehensionem possessionis, Abbas *in dict. cap. Pastoralis*, num. 17.

41 Secundum hunc intellectum procedit dispositio, *cap. Pastoralis, de caus. posses. & propriet.* nam ibi cumulari iudicia possunt, sed suspenditur proprietatis iudicium, vsquequo de possessione agnoscatur. Sed ex eo est quod in illo textu erant contraria iudicia, electioneque tollerantur: quo casu generalis Regula est ex Bart. Ias. Ripa, & Acorombon. *dict.* §. *nihil commune*, non posse cumulari, quia electione vnius alter extinguitur, vt Bartul. *dict.* §. *nihil commune*, Com. 1. quem Scriptores sequuntur.

42 At secus se habet in casu nostro, cum iudicium Tenutæ, & proprietatis non contrariantur, nec tollantur electione, imo vt diximus concurrere, & conuinari, attendente illorum natura, possint, cum ex diuerso iure, possessione, personaque agatur, nec vnum ab alio tollatur electione, contrarietate, nec iuris ordine, ex quibus denegatur conuinatio, Fab. Acoromb. *dict.* §. *nihil commune*, num. 146. Garc. *de Nobilit. Glof.* 11.

Nec repugnat simultaneo tempore proprietatis iudicium, & possessionis concurrere, ac de vtroque discuti; nam cum secundum Constitutionem, *l. 9. tit. 7. lib. 5.* in iudicio Tenutæ, vterque actor sit, ac reus, amboque coniectentur possessores, vt ex *l. si de eo, §. hoc interdictum uti possit, Paz de Tenut. cap. 24. num. 1.* onique probandi incumbat equaliter litigatoribus, conuinatio, & concursus iudiciorum hoc in casu non despicitur, Bart. *dict.* §. *nihil com-*

mane, Comb. 2. num. 21. etiam sine suspensione vt Affleclæ Bart. notant Iaf. & Alexand. Acoromb. ibidem, num. 133. Claud. Marmer. num. 158. Et ita ad casum nostrum ex Butr. tenuit Menoch. de adipiscend. remun. 4. num. 544. vers. Quod tamen, ex quamplurimis Doctoribus, Pet. Gilken. in dict. l. edita, num. 178. Cod. de edendo, Andres Gail. lib. 1. Observat. 63. n. 2.

Et licet Fabr. Acoromb. num. 134. detractet Bart. doctrinam tamquam absouam ordini, ac rationi iuris, dum asserit remedia possessoria concurrere cum proprietate nequire. Id ex mente Doctorum procedit, quando primo possessorium est propositum, & coram ipso iudice petitorium proponitur, tunc enim electione petitorij renunciatum videtur possessorio. At quando primo petitorium, posteaque possessorium exhibetur, & quod magis est apud diuersos iudices, à diuersisque personis ex iure diuerso, secus dicendum, vt Doctores obseruant ex cap. Pastoralis, de caus. posses. & dict. l. cum fundum, §. fin. de vi, & vi armat. Iaf. Aretin. & cæteri adducti à Fabr. dict. §. num. III.

40 Ideo Fabr. Acoromb. aiebat monstruosum esse iudicium possessorium naturæ summaræ, quod valet expediri cito ad conferendam actualem Tenutam bonorum maioratus, & sine altiori indagine requisita ad iudicium proprietatis, suspendi, seu denegari, ex quo de proprietate, coram alio iudice agitur, vt notat num. 134. Ioan. Corraf. in dict. §. nihil commune, iect. 2. num. 19.

Debilius obstant, quæ in principio notamus, scilicet conuinari iudicium possessionis, & proprietatis non posse, cum iudicium possessionis sapit proprietatis naturam. Nam Doctores in dict. §. nihil commune, id procedere notant, quando sententia lata in iudicio possessorio parit exceptionem in iudicio petitorio, Cu-

jac. Garc. Fachin. Thusc. adducti supra vide Petr. Gilken. in l. edita, num. 157. C. de edendo, vel cum ea norma agitur, vt iudicium, tam de proprietate, quam possessione sententia in causa possessionis lata, finiatur, vt in casu, l. 1. C. de aqua quotid. & aestiu. & notat Gilken. in dict. l. edita, num. 185.

Sed iudicium Tenutæ, licet ad mixtam imbibat proprietatis naturam, vt diximus ex Molina, tantum se habet, quoad cognitionem exceptionum, ordinisque iudicialis, ac Iurium, ex quibus terminanda est delatio, successio uè maioratus: quoad cætera uero iudicium, uerè possessorium est, ideoque illius proprietatis, & naturæ inhærens, quoad impedimentum conuinationem illius, & iudicium proprietatis nihil est defendendum.

Nec fortius impugnant dict. l. incerti, & l. nulli, quia vt Doctores in dict. §. nihil commune, ex illis notant, influunt, dum contraria sunt iudicia possessoria, & petitoria, vel electione tolluntur, vel in se continent repugnantiam, Cuman. Alexand. Iaff. cæterique scribentes Garc. & Fachin. in dict. locis, respondent ad Doctores.

Et pro hac opinione, scilicet, vt locus sit iudicio Tenutæ per mortem possessoris, & si apud alios Iudices agitur de proprietate iudicio petitorio, fuit decisum à Supremo Senatu in causa Status de Cifuentes, post iterum, atque iterum rimatos actus, quod seruandum ob testor, tum ob doctrinæ fulcimenta, tum, quod magis est, ob tanti Senatus authoritatem.

S V M M A R I V M.

- 1 **I**udicium inceptum in vita possessoris de successione maioratus, eo mortuo, an mutari possit, virtute, l. 45. Taur.
- 2 Quod sic ex Molin. & praxi Supremi Consilij, num. 3.
- 4 Molina nosler, & Molina Theologus qualiter scripsere circa mutationem iudicij incepti viuentis possessore, & in quibus intelligendi, 5.
- 6 Mutatio iudicij renuente colligante permessa non est.
- 7 Hæres per additionem ad iudicem amittit ius accipiendi possessionem hereditatis auctoritate propria.
- 8 Causa terminanda ubi capta est.
- 9 Iudicium Tenute agitari valet mutatio iudicij, & si lis capta sit coram alijs iudicibus.
- 10 Iudicium Tenute captum legitime absorbet cetera iudicia.
- 11 Sententia lata de successione maioratus viuentis possessore non facit rem iudicatam in iudicio Tenute. De quo referuntur decisio. Supremi Senatus, 12. quo defenditur, 59.
- 13 Res iudicata suscitari non debet.
- 14 Sententia cum possessore, aut prætenore maioratus lata an noceat successoribus: quod sic pro re cõmuni fertur, 15. & quare, 16. quomodo intelligendum ex Molina, 17.
- 18 Sententia lata super validitate maioratus, aut qualitate bonorum præiudicat omnibus.
- 19 Sententia lata de qualitate succedentium præiudicat ius habentibus a litigatore, sicutati sunt, 20. & 21.
- 22 Sententia lata super qualitate successoris personatis censetur, ob id non præiudicat successoribus.
- 23 Actiones non transeunt iure sanguinis.
- 24 Successor maioratus non succedit possessori iure hereditario, sed proprio iure, 36. & 41.
- 25 D. loã dei Castillo, refertur circa questionem illam an sententia lata cum possessore præiudicat successoribus.
- 26 Arias Pinel. refertur circa idem.
- 27 L. 1. §. denunciari, de ventr. insp. ponderatur.
- 28 L. Si Patroni, §. fin. ad Trebell. & 32.
- 29 L. ex contractu, de re iudic.
- 30 L. si seruus plurium, §. de leg. 1. l. si suspectus, C. de inoffic. testam.
- 31 L. si superatus, de pign. & hypot. refertur.
- 33 Iura loquentia, circa præiudicium obueniens successoribus ex sententia lata cum possessore, loquuntur, dum actiones in successores transeunt iure hereditario.
- 34 Sententia lata cum possessore maioratus non præiudicat successoribus remoto, & non nato, 40. & 42. nec cum possessore fundi, 39. & 43.
- 35 L. Claudius felix. Qui potiores in pignor. habeantur, refertur.
- 36 Res iudicata, ut præiudicet necesse est ut adsit identitas rei personæ, & causæ.
- 37 Sententia cum cohæredes delata non obest.
- 43 Rosentalis verba referuntur.
- 44 Responsio ad Doctores dicentes sententiam cum possessore latam præiudicare successoribus.
- 45 Ad Bartholum, Angelum, & Paul. de Castr.
- 46 Ad Raphael, Iasson, Alex. Rip.
- 47 Andreae Iernia refertur.
- 48 Res iudicata non facit ius contra successores sanguinis.
- 49 Sententia contra Regem lata obstat Regi hæredi.
- 50 Sententia lata contra habentes primas defensionis partes, obstat sequentibus hæredibus ex Orosch. 51.
- 52 Quod qualiter intelligendum notatur.
- 53 Successor iure sanguinis non representat antecessores in maioratibus.
- 54 Testator, & hæres vnã efficiunt personam.
- 55 Possessor maioratus, & successor non faciunt vnã personã, & quare, 56.
- 57 Sententia, seu possessore maioratus lata an obstat successoribus difficultis questio est.
- 58 Ideo arbitrio iudicis remittenda.

IVDICIA PROPRIETATIS, AVT POSSESSIONIS incepta apud ordinarios Iudices, vel Supremos Chancelliarum, an mutari possint proposito iudicio Tenutæ in Supremo Consilio virtute,

l.45. Tauri.

GLOSSA DEZIMANONA.

1 EX supradictis *Glof.* antecedenti incidimus in quaestionem adductam à Molina in *annotat. de primogen. lib. 3. cap. 13. num. 31.* vbi quaeritur, an incepto iudicio, seu pendente lite in vita possessoria super declaratione successione, mutari possit, agique, eo omisso, aut reiecto post mortem possessoris, in Regio Consilio, virtute, *l.45. Tauri.*

2 Qui enim, *num. 16.* inconcussè fatetur, hanc mutationem permissam, ac receptam fuisse, agitarique in Consilio Supremo litem morte possessoris, mutato libello, & si apud Iudices ordinarios, vel Supremos Chancelliarum lis sit de successione post mortem successoris incepta, virtute dispositionis, *l. diffamari, C. de ingen. & manumif.*

3 In qua opinione cum Suprema praxi firmata, sit immorandum non est, sed notandum quod Molina, *dict. 4 nu. 31.* scripsit diuersè, quam Molina Theologus *de iustit. & iur. disput. 638. num. 8.* Paz de Tenut. *cap. 22.* Nam noster Molina egit, an, non solum minori, vi restitutionis, sed maiori, licitus sit recursus ad iudicium Tenutæ virtute, *l.45. Tauri*, casu quo viuento possessore maioratus actum est inter duos de iure succedendi ex vi, *l. diffamari, C. de ingen. & manumif.* Et hoc ommissa prima lite: in quo et si explosis iuris principijs cogitandum relinquat, attamen verior opinio, & praxis induxit, quod remedium Tenutæ

intentari valeat. Non enim hoc casu agitur, nec actio editur vi illius iuris deducti ex dispositione, *dict. l. diffamari*, sed possessionis per mortem possessoris maioratus translatae ex legis ministerio: & cum hæc actio noua sit, nouumque ius per mortem possessoris maioratus conciliet, credimus non esse dicendam mutationem iudicij, sed editionem orti iuris translati, quibus adsentit Molina, *n. 16.*

5 Molina vero Theologus, *dict. disp. 638. num. 8.* & Paz de Tenuta, *dict. cap. 22. num. 8.* Scripsere vltimentem Molinæ, asserentes etiam capto iudicio in vita possessoris, vel post mortem illius, super possessione maioratus coram inferioribus Iudicibus, & si ordinarijs, de possessione ipsius licere litigatoribus mutare iudicium, agereque virtute, *l.45. Tauri, ac l. 9. tit. 7. lib. 5.* in Supremo Consilio. Hoc enim, & si acerbum mihi, ac contrarium iuris dispositioni, ac placito ipsius Molinæ videatur, cui assentit Additionator, dum inquit dari regressum de petitorio ad possessorium, quoties possessorium caput ex noua causa competere; si vero ex noua causa, veluti in casu Molinæ Theolog. & Paz ius non competat, denegari regressum fatendum est, cum iam remedium, *dict. l.45. Tauri*, seu iudicium ex ea germinatum renuntiatione exceptum videatur; quæ renuntiatione per conuentionem coram alijs iudicibus, quam Supremis, sufficiens erit iudicanda, taliter, vt mutatione

iudicij renuente litigante admittenda non veniat ex his, quæ latè scriptimus *Glof. 17. ex num. 25.*

7 Et quamuis hæc cōclusio probata sit in *l. edita, C. de edendo*, adhuc ultra ea, quæ ibi adduximus, dicendum videbatur, quod in iudicio, *l. fin. C. de edicto, D. Adrian.* summario quidem, ac ad Tenutam adipiscendam, seu possessionem bonorum hæreditariorum obseruat Philip. Dec. in *dict. l. C. cons. 460. num. 7.* quod si hæredi competeret ius adipiscendi possessionem hæreditatis autoritate propria, iudicè verò adierit, per additionem, seu implorationem iudicis, amittit ius competens ex ministerio legis, aut iuris dispositione, *l. si quis rem, ac recept. arbitr. Bald. l. 2. nu. 19. de seruit. C. aqua, Mantic. de contract. lib. 22. C. 23. num. 13. Surd. decis. 92. num. 74. Argel. de legitimis contradict. quest. 3. num. 47. Menoch. de adipiscend. remed. 4. ex nu. 422. C. 423. Achil. Person. de adipiscend. possess. nu. 296. C. num. 325. Mangil. de euction. quest. 15. num. 23. Nouar. in prax. dat. in solut. par. 2. quest. 62. num. 4. C. 5. Camil. Borrel. in summ. decis. tit. 44. de citat. 443. Franc. Baron. tract. de citat. quest. 16. num. 306.*

8 Taliter, vt Aluar. Valasc. *consult. 88. num. 8. C. 9.* expungat electa via ordinaria ad adipiscendam possessionem rei hæreditariæ, censeri amissum ius recuperandi per aliam, cum causa eo iudicio, in quo cepta sit debeat terminari, *Glof. fin. in l. proinde, §. notandum, ad leg. Aquil.*

9 Nihilominus post habita Aluar. Valasc. resolutione seruanda est doctrina Paz *dict. cap. 22.* & Molin. *dict. disp. 6. 8. num. 8.* non tam ex iuris dispositione, quam ex autoritate Supremi Consilij, cuius resolutioni standum fatemur. Et ideo tenendum, quod & si electa sit via agendi coram inferioribus iudicibus, adhuc intra sex menses à lege cōstitutos licitum est mutato iudicio edere, accessioque

ad iudicium Tenutæ in Supremo Consilio, & ita iudicatum fuit in causa quadam D. D. Ioan de Chaves, & Mendoça Supremi Consilij, Cameræque Senatoris, & in alia cuiusdam maioratus Ciuitatis Conchenfis, & in mense Maij ann. 1644. iudicatum vidimus huic remedio locum esse, etiamsi coram iudice ordinario de successione maioratus iudicium sit inchoatum, & sententia ab eo lata.

10 Sed quod animaduersionem vellicat est, hoc iudicium Tenutæ sic fauorabile censeri, vt absorbeat cæterorum iudiciorum causam, Molin. *lib. 3. de Primogen. cap. 14. num. 16.* nam eo ipso quod intra sex menses à lege cōstitutos pars coram Supremis Senatoribus compararet, ad illius additionem, & progressum, non obstabit exceptio litis pendentia.

11 Et quod magis est etiam in illo despicitur exceptio rei iudicatæ obtentæ virtute, *l. diffamari, C. de ingen. C. manumif.*

12 Et ita fuit à Supremo Consilio iudicatū in causa Maioratus de Vlloa, quæ inter equites incolas Vllæ de Caceres, acta, apud Granatensem Conuentū de incompatibilitate maioratus inter Fratres scilicet D. Bernardinum de Guzman, & D. Didacum de Vlloa, qui iure proprio, & filiorum, quos procreatos habebat, egit, & succubuit lata sententia à iudicibus Chancelleriæ pro dicto D. Bernardino, eum, mortua matre successorem declarantibus. Qua diem functa apud Supremum Consilium denuo actum fuit, iudicio possessorio, *l. 45. Tauri*, cepto à D. Francisco de Vlloa filio D. Didaci, qui apud Chancelleriam succubuerat, & licet à Patruo exceptio rei iudicatæ obtentæ in Granatensi Conuentu, iustque ei competens per sententiam fuit oppositum, nihilominus aduersus re iudicatam fuit declarata successio, ac Tenutæ iudicium latum pro dicto D. Francisco de Vlloa.

13 Sanè à iuris dispositionibus abhorrere videbatur sententia, cum res iudicata amplius suscitari non debeat, *l. singulis, de except. rei iudic. l. terminato 3. C. de fruct. & litium expens. cap. 1 de litis contestat. lib. 6.*

14 Quæstio certè satis cōtrouersa apud nostrates est, an sententia, cū possessore, aut prætenfore maioratus lata noccat successoribus: circa quod hinc inde varius digladiatur Doctōrum assensus: nam si sententia fertur pro re communi, tunc magis prædico, 15 quam personæ adscripta censetur, ob idque omnibus nocere, Molin *lib. 4. cap. 8.* Mier. *de maiorat. par. 4. cap. 14.* Oldrald. *cons. 94. num. 22.* Alueric. *in l. donationibus, col. 4. nu. 4. C. de donat. inter virum, & vxor.* Boer. *decis. 255. num. 12.* Honded. *cons. 28. num. 34. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 53. num. 48. & num. 50.* Iacob. de Sanct. Georg. *de feud. verb. & dicti vassall. num. 33.* Curt. iun. *cons. 23. num. 8. lib. 1.* Alciat. *cons. 492. na. 53.* Marz. *de fideicom. quæst. 72.* Beroio *cons. 102. nu. 46. lib. 2.* Ofatch. *decis. Pedem. 157.* Suar. *alleg. 27. num. 3.* Anton. Gomez *l. 40. Tauri, num. 73.* Couarr. *præctico. cap. 13. nu. 6.* Menchac. *de succes. creat. lib. 1. §. 6. nu. 28.* Pinel *in l. 1. C. de bon. matern. 3. par. num. 48. & 49.* Menes. *in l. vnum. ex familia, §. si de falsâ. 14.* Simanc. *de Primog. lib. 4. cap. 23. adducti à Molin. dict. lib. 4. cap. 8. num. 3. per tot. vbi, & alios etiam inuenies, Addit. ad Molin. dict. cap. 8. num. 3. adducit Stephan. Gracian. disceptat. cap. 287. ex num. 9. & cap. 456. ex num. 85.* Cancer. *tom. 2. variar. cap. 16. num. 98.* Burg. de Paz *cons. 14. num. 69.* Hercul. Marefc. *variar. lib. 1. cap. 86. num. 56.* Surd. *cons. 149. nu. 28. & 41.* Cauale. *decis. 2. num. 46.* Peguer. *decis. 121.* Mohedan. *decis. 217.* Riccio *Collected. 8. 7.* Ludouif. *decis. 286. num. 9.* Giurb. *decis. 1. num. 15.* Mastrill. *decis. 172. & decis. 114. num. 24.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 5. §. 9. nu. 22.* Paz de Tenuta, *cap. 43. num. 1. &*

seqq. pluribus adductis Fufar. de substitut. quæst. 622. ex num. 1. Cenall. comment. quæst. 637. Scip. Rvuit, decis. num. 38. Viric. Ann. allegat. 47. num. 4. Hector, Capic. Latr. Selectar. consult. lib. 1. cons. 23. num. 49. & ex Mazar. & Molin. lib. 2. cons. 85. num. 29. de qua quæst. Petr. Greg. de iudic. cans. feud. quæst. 44. & ad eum Mastrill. DD. referēs pro hac sententia, Pereir. decis. Portug 26. num. 11. & decis. 63. num. 1. Camil. de medic. cons. 129. per totum, & cons. 16 num. 13. 14. & 15. Scac. de re iudic. Glos. 14. quæst. 12. nu. 93. & seqq. Capic. Latr. dict. tom. 1. cons. 52. ex nu. 1. August. Barbof. cap. cum super 17. ex num. 12. de sentent. & re iudic. Hodier. ad Surd. decis. 257. num. 14. 15. & 16. Post hæc scripta Excellentissimus Dom. Christophor. Crespi, obseruat. 22. ex num. 201.

16 Hæc conclusio ab his sanè Doctōribus stabilita, eo innittitur, quod lis acta est cum eo, qui primas habet defensionis partes, & cui principaliter interest: ideo præiudicat omnibus successoribus, Peregrin. *de fideicom. art. 13. num. 46. & sequentib.* Doctores adducit Castill. *lib. 5. controu. cap. 157.* Post omnes Doctores Ioan Baptist. de la Rea *decis. Granatens. tom. 1. disp. 35. per tot. & tom. 2. decis. 77. num. 10.* Censal. *Add. ad Peregrin. art. 53. fol. 558.*

17 Attamen patitur limitationes traditas à Molin. *dict. lib. 4. cap. 8. ex num. 7.* quas sequuntur Doctores, adducti à Fufar. *de substit. dict. quæst. 6. num. ex num. 13. & sequentib.* & omnes Doctores ab addit. Molin. *dict. cap. 8. num. 3. & 7.* Arias Pinel. *in l. 1. 3. par. num. 50 C. de bon. matern. D. Ioã del Castill. dict. cap. 157. ex num. 25. & 26.* Leon *decis. Valent. 173. nu. 2. 6.* Barbof. *dict. cap. cum super, num. 14.*

18 Quibus omisissis notandum est hanc communem Regulam locum habere, dum sententia lata est de validitate maioratus, institutoris potentia, aut voluntate, qualitate ve

bonorum, quia omnibus ius habentibus, aut vocatis præiudicat, & ita assentiunt Paz de Tenuta, dict. cap. 43. num. 7. Quam distinctionem Addit. Molin. refert dict. cap. 8. num. 3. insinuat Arias Pinel. in l. 1. 3. par. n. 48. vers. Sed contraria, C. de bonis matern. ibi: In bonis feudalibus, ex Menoch. conf. 311. num. 2. Censal. ad Peregrin. art. 153. fol. 558. vers. at hinc.

19 Sed dum sententia lata est de qualitate succedendi, scilicet an in maioratu agnati, cognati, vel foemina succedant, aut (vt in terminis loquamur) an maioratus Irregularis, aut Regularis sit, tunc inter Doctores discrimen est, dicentes sententiã, cum possessore latam omnibus successoribus, iusvè à litigatore habentibus nocumentum afferre: pro qua opinione extat Molin. dict. cap. 8. n. 3. Fufar. Castillo, & alij ex adductis supra traditi ab Addit. Molin. dict. num. 3. quam indistinctè sequitur Pinel. dict. 3. par. num. 48. & 49. qui innittuntur l. 1. §. denuntiari, de ventr. inspiciend. l. ex contractu, de iudic. & adducti à D. Ioan de la Rea, disp. Granatens. 35. num. 17. & quæ latè congerit D. Ioan del Castillo dict. lib. 5. cap. 157. ex num. 11. Mar. Giurb. decis. 1. num. 15. Scipio Rouit. conf. 11. num. 33. ex Couarrub. pract. cap. 13. num. 6. Padilla, l. vnum ex famil. §. si de Falcidia, num. 13. de legat. 2. & absque delectu hanc opinionem ab his defendi tenet Menoch. conf. 501.

20 At hæc quæstio etiã à Doctoribus distinguitur; an successores citati sint, vel non? nam primo casu sententia obest; non verò secundo, ex Bart. doctrina in l. filius familias, §. Diui, num. 9. de legat. 2. de quo consulendi Arias Pinel. Molin. Theolog. Fufar. D. Ioan del Castillo, & ab his adducti Petr. Gregor. de iudic. caus. feud. dict. quæst. 44. Quamuis omni tempore nocere dicat Rouit. dict. conf. 1. num. 33. Videndus Hodiern. ad Surd. decis. 256. num. 14. 15. & 16. Censal.

ad Peregrin. art. 53. fol. 558.

21 Secundo distinguitur, aut descendens ex victo est qui ad successorem admitti fattagit, & hoc casu sententia nocet successoribus, aut vero non descendit, & non præiudicat, Menoch. dict. conf. 501. num. 2. Castillo, & cæteri.

22 Contrariam verò sententiã, scilicet latam de iure succedendi, cum personalem habeamus, personam egredi non debere, ideoque successores non labefactare, cum vnusquisque proprio iure à fundatore dependenti, non à possessore maioratus succedat: eleganter ad casum ex Camerat. in repetit. cap. Imperialem, §. præterea, de prohib. feud. alienat. fol. 94. Ioseph. decis. 1385. num. 3. Gabriel. de Bell. tract. de feud. par. 2. cap. 3. §. 10. num. 4. Cuman. l. cum ita, §. in fideicom. de legat. 2. Rubens conf. 82. num. 4. & conf. 85. Bald. & Martin. Laudens. cap. 1. de eo, qui sibi, & hered. suis, Rip. lib. 1. Reip. cap. 1. num. 78. Couar. pract. cap. 38. nu. 1. Michael ab Aguir. Apolog. de succes. Regn. Portug. par. 1. num. 54. Arias Pinel. l. 1. par. 3. num. 49. vers. infertur, C. de bon. matern. ex 23 eo, quod actiones ad successores sanguinis non transeant, l. eum qui, de interdicit. & re leg. l. emancipatum, §. fin. l. filius Senatoris, de Senator. Tiraquel. de Nobilit. cap. 35. num. 4. ex Fab. de Ann. & alijs, Censal. obs. & Addit. ad Peregr. art. 53. fol. 361. vers. Primo expressa, cum sequentibus. Sed ad hæredes: 24 ideoque, cum non iure hæreditario succedatur in maioratu, sed iure sanguinis sententiam cum possessore maioratus latam non obesse successoribus, Fouent traditi à D. Ioan del Castillo, dict. cap. 157. quos vide Decius conf. 445. num. 29. Gregor. Lop. l. 10. tit. 26. par. 4. glos. 3. verbo Non le empece, Burgos de Paz conf. 14. n. 69. Afflict. decis. 345. num. 10. & 11. Tirraquel. de Nobilit. cap. 37. num. 7. & de leg. commub. glos. 5. num. 207. Freuia de sub feud. lib. 3. quæst. 9. Orator. de Nobilit.

lit. 3. par. 2. par. princip. cap. 8. Tyber. Decian. *conf.* 54. *num.* 54. *vol.* 2. & *conf.* 54. *vol.* 3. Socin. & si reprobato à Pinel. *conf.* 18. *num.* 93. *lib.* 2. Crauet. *conf.* 197. *num.* 7. *vol.* 1. Vinc. de Ann. *sing.* 474. & ibi Add. & Fab. de Ann. *conf.* 18. *lib.* 1. Castill. *decif.* 61. *num.* 11. Roger. *conf.* 8. *num.* 70. & 71. Valenç. *conf.* 60. *ex num.* 26. Cabed. *decif.* 198. *num.* 4. *par.* 1. Paz de Tenuta, *dict.* cap. 43. *num.* 7. Giurb. *dict.* *decif.* 1. *num.* 17. Rouit. *conf.* 82. *per tot.* Cacher. *decif.* 157. *num.* 6. Quam opinionem probabiliorem dixit ex Borrel. *in summ. decif. tit. de feud.* *num.* 656. Capic. Latr. *sel. et. consult.* *lib.* 1. *conf.* 23. *num.* 49. Camil. de Medic. *conf.* 129. *per tot.* *præcipue num.* 26. Rodr. Suar. *l. quoniam, in prioribus, ampl.* 7. *num.* 4. Peralt. *rubric. de hæred. instit.* *num.* 94. Pinel. *l. 1. C. de bon. quæ liber.* 3. *par.* *num.* 99. *vers. Sed pro successore.*

24 Et quamvis Paz, Giurb. & ab his relati contrariam sententiam tueri videantur, tamen Paz, hanc nostram distinctionem sequitur, quam probat pluribus adductis, Giurb. *dict.* *decif.* 1. *num.* 17. & 18.

25 Et si D. Ioan de el Castillo, *dict.* cap. 157. Doctores, ac rationes pro vtraque parte adducens amplectatur opinionem dicentium absolute transire in successorem actionem, aut exceptionem rei iudicatae, tamen *num.* 37. ex Paz hanc distinctionem exponit, nec quidquam aduersus eam obijcit, imò pro ea adducit Auendañ. *l.* 45. *Tauri*, *Glof.* 6. *num.* 7.

26 In quo scriptorum dissensu prænotandum censemus, quod omnia iura, ex quibus Arias Pinel. Molin. & Castill. D. Ioan de la Rea, *disp. Granatens.* 35. *num.* 17. conantur hanc absolutam conclusionem defendere, loquuntur casu, quo lis agitur de re, vel maioratui, vel fideicommissio subiecta, tunc enim cum Realis sit, iam diximus latam sententiam omnibus nocere, sed cum agitur de iu-

re personali tantum, iura ab illis adducta non loquuntur ad hoc, ut res iudicata vim teneat, in non colligentes in illo iudicio Quod euincitur rimatis iuribus ex quibus fulcitur contraria sententia.

27 Nam in *l. 1. §. denunciari, de ventr. inspiciend.* de ipsa hæreditate agebatur, quæ natiuitate filij pertinere non poterat ad hæredem scriptum, vel ad legitimum successorem, & tunc cum de re hæreditaria agatur, sententia cum hærede lata ius facere dicendum est, præcipue cum ibi non de iure successorio, sed de denunciatione ad inspectionem ventris ageretur: quod omnino diuersum notat Alexandr. in *l. filius famil. §. Diui, num.* 9. *de legat.* 1.

28 Eadem ratio induxit responsum, *l. si Patroni, §. final, ad Trebelian.* nam in eo textu disculio erat, an deberetur fideicommissum, nec ne Alex. *dict.* §. *Diui, num.* 9.

29 Nec quidquam obstat, *l. ex contractu 44. de re iudicata*, ex qua hanc conclusionem deducit Arias, *dict.* *l. 1. 3. par.* *num.* 49. & à Domin. Ioan de el Castillo, *dict.* cap. 157. *num.* 12. Roderic. Suar. *in allegat.* 27. *num.* 3. qui dicit esse bonum textum, Iasson in *l. filius familias, §. Diui, num.* 48. *de legat.* 1. Nam in specie illius actum est cum legitimo contradicte, nec tempore litis ad alium defensio, iusvè pertinere valebat, cum directè ipso iure, vel ex testamento filia hæres patris extitisset, & cum tunc iure proprio ageret, iudicium vires habere debet, nec vllum ius substituto iuxta *legem additam, Cod. de Imperat. & alijs substitut.* competebat post additam hæreditatem; imò absolute erat extinctum taliter, ut inter Doctores dissensio magna sit in illa lege an ad Fiscum, an ad substitutum, vel hæredes legitimos hæreditas spectaret. Sed cum iure speciali

competat restitutio minori in illo textu, nihil mirum actum tempore legitimo nocere substituto, cuius ius, ni ex particulari providentia minoritatis absolutè exanime diceremus, iuxta dictam legem additam.

30 Minus obstant leg. si seruus plurium, §. 1. de legat. 1. leg. si suspectus, Cod. de inoffic. testament. vbi sententiam aduersus hæredem nocere legatarijs notant Doctores. Nam in dict. ll. actum fuerat cum hærede de viribus testamenti, & cum si destrueretur ius testamenti hæreditas, ac consequenter legata nulla extarent: inde sententia cum hærede lata, habente præcipuas testamenti partes, obest legatarijs. Et quamuis à Castillo, dict. cap. 157. num. 18. reiiciatur hæc responsio auctoritate Hondedei, suadeor ad hanc tenendam sententiam, eo quod prædictæ leges intelligendæ sunt, vt diximus ex textu expresso, in l. superatus, de pignor. & hypothec. cuius verba sunt: Si superatus sit debitor, qui rem suam vindicabat, quod suam non probaret, aequè seruanda erit creditori actio seruiana probanti rem eo tempore, quo pignus contrahabatur, in bonis illius fuisse; sed, & si victus est debitor vendicans hæreditatem, iudex actionis seruianæ neglecta de hæreditate dicta sententia pignoris causam inspicere debet. At quin aliud in legatis, & libertatibus dictum est, cum secundum eum, qui legitimam hæreditatem vendicabat, sententia dicta est: (qualiter videre licet in dict. l. si seruus, §. 1. & dict. l. si suspecta.) Sed creditor non bene legatarijs per omnia comparatur, cum legata quidem aliter valere non possint, quam si testamentum esse constet: enim vero fieri potest, vt & pignus rectè sit acceptum, nec tantum ab eo lis bene instituta. In quo consideranda sunt Glos. & Scriptores ultra responsum latum à Menoch. dict. cons. 501. num. 19. di cente dict. l. si seruus, §. 1. esse iniquam, & iniustam.

32 Diuersa enim quidquid dicant Castill. & cæteri est à nostro casu species textus in l. si Patroni, §. actiones ad Senatus Coniuncto Trebellianum, nam vt ex lectura Glossæ (quæ discolor fuit inter Doctores) patet à Castillo non fuit comprehensa, nec adaptari ad casum, de quo Scriptores. Cum ibi agatur secundum Bartul. de lite mota super restitutione fideicommissi à substituto relictæ, ad quem peruenerat hæreditas, repudiatione minoris, fideicommissario iam possidente minor petit restitutionem virtute, l. fin. C. de repud. hered. à quo fideicommissum non erat relictum. Quæritur an competant actiones fideicommissario, sanè hic de casu nostro, nec de sententia præiudicium afferente successoribus loquitur I. C. sed de alia diuersissima specie, vt in illa l. Dyn. Bart. & alij.

33 Et si attentè perpendas (cãdidè lector) omnia iura, quibus hæc doctrina fulcitur tradita à Pinel. Molin. & Castill. nouiter à D. Ioan de la Rea dict. disput. Granatens. 35. num. 15. 18. & sequentib. inuenies loqui, dum iure hæreditario actiones, aut actiuæ, aut passiuæ translatae sunt in successorem, siue hæreditas iure suitatis ad filium delata, siue ex testamento ad necessarium, aut scriptum hæredem sit. Ideo, nec tuetur, nec labefactant hanc opinionem, cum verè Digestorum iure successio feudalis, aut quæ iure maioratus defertur, cognita non fuisset.

34 Quare, his omnibus omiſſis, ac assertionibus dicentium rem iudicatam cum possessore maioratus latã omnibus successoribus nocere, siue hæredes sint, siue non, successores litigatoris, siue transversales; fatendum est, veriore meo (& si fallaci, ac ignauo) iudicio esse relatione Doctorem afferentium sententiam latam cū possessore maioratus de qualitate iuris succedendi transversalibus, aut ius depēdens nō habētibus, absolutè non

non obesse successori remoto, ac non nato, vt notauit Menoch. *dict. conf.* 501. num. 13 ad finem, ex Afflict. & Hieronym. Gabriele, *conf.* 42. num. 27. lib. 2. & post habitis dispositionibus, seu legibus adductis à Doctoribus, vt sunt *l. ait Prator, de iure delib. l. sapè, de re iudic.*

35 Ex eleganti disposit. *l. Claudius felix, qui potior in pignor. hab.* vbi patet sententiam cum primo creditore de prælatione pignoris nõ præiudicare secundo creditori, qui ius separatum diuersum, ac independens à primo creditore habet. De quo textu D. Franc. Salgad. *Laberint. creditor par. 2. cap. 22. num. 133. cum seqq.* nam connexio, indiuiduitasvè necessaria ad hoc, vt sententia nocentum irroget, adeò debet esse inter hæredem, ac testatorem, vt eiusdem conditionis dicatur, ac illius personam; non qualitatem, verè, non fictè repræsenti, Menoch. *conf.* 501. num. 16. & alias sententiam non nocere defendit ipse D. D. Ioan de la Rea *allegat Fiscal. tom. 1. alleg 22 num 40. & 41.* quia ex noua causa possessionem descendere fatendum est: quo casu sententia cum vno lata, cæteris non nocet.

36 Sed sic est quod successor in maioratu non repræsenti possessoris, seu litigantis personam: quo casu desiderarentur qualitates illæ ad exceptionem rei iudicatæ apponendam necessariæ, videlicet, identitatis rei, personarum, & causæ, *l. cum quaritur, §. fin. & ll. sequentib. de except. rei iudicata*, quas omnes Doctores pòderant ad hunc casum passim, sed institutoris, quia vnusquisque proprio iure succedit: ergo sententia cum possessore lata non nocebit successorì, cuius personam non repræsenti, nec in cuius ius succedit; quam ob rem dixit Angel. Aretin. *in §. item, si in iudicio, instit. de exception. identitatem necessariam ad nocentum sententiæ esse, quæ inter testa-*

torem, & hæredem inuenitur.

37 Comprobatur hæc conclusio ex eo, quod cum successor, seu vocati ad maioratum, vnusquisque iure proprio succedat, Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 1. num. 17.* eos omnes iudicandos adstruo, aut tamquam cohæredes primi vocati, aut collegatarios: vtroque casu sententia cum possessore cohærede lata de iure succedendi, & si à fundatore incipiat, non obest cohæredi, *l. si cum vno, de exceptione rei iudicata*, nec hæredi legitimo in *l. proportione, C. de exception. inter*, nec collegataria in *l. 1. de except. rei iudicata, l. 1. §. cum dicitur, si cui plus, quam per leg. Falcidiam*, cui assentit Menoch. *dict. conf.* 501. n. 16.

39 Et cū hæc in successione feudi est recepta conclusio ab Andraea de Iern. *cap. 1. §. si vassallus, si de feud. fuer. contr. inter agnat. & vassall.* quem sequuntur Aluar. Afflict. Purpurat. Alex. Felin. & Ias. traditi à Zephal. *conf.* 133. num. 83. Freccia, Lofred. & alij adducti à Menoch. *conf.* 501. n. 3. & à Peregr. *art. 53. num. 51.*

40 Etiã in successione maioratus in quo iure sanguinis succeditur, videtur sequenda, cum nihil à iure in hac quæstione cautum sit, vt notat Rosental. *de feud. cap. 9. memb. 1. conclus. 17.* Imo tenent sententiam latam cum transversali; transversalibus non nocere, dum de iure succedendi agitur, quia vnusquisque proprio iure succedit, Alex. *l. sapè, num. 110. de re iud. & in l. filius fam. §. Diui, num. 9. de leg. 1.* Felin. *cap. ult. num. 5. de maior & obed.* Afflict. *cap. 1. §. si vassall. num. 9. si de feud. fuer. cont.* Frecc. *de sub feud. lib. 3. quæst. 9.* O fasc. *decis. Pedemont. 157. num. 5.* Tiraq. *de Nobilit. cap. 37. num. 7.* Othalar. *de Nobilit. 2. par. par. 3. præct. cap. 8. num. 5.* Cephal. *conf.* 133. num. 85. lib. 1. Menoch. *conf.* 118. num. 1. quod cogitandum relinquit Hodier. *ad Surd. decis. 257. num. 16.*

42 In hac sanè quæstione latè scrip-

scripsit Rosental. *de feud. cap. 9. concl. 27.* per totam, qui reiecta Menoch. resolutione asserit sententiam, cum possessore feudi latam, ceteris successoribus asserere præiudicium ex ipsis principijs à nobis supra relatis, & adductis à Castillo, tamen quamuis, *num. 26.* eandem tueatur conclusionem; in maioratibus, si rectè ipsius series attenditur, contraria est 43 opinioni Castill. & Molin. Nam ipse *num. 14.* ad hoc vt sententia successoribus præiudicet hæc exponit verba: *In primis si ius successorum istorum iuri victi ita fuit coniunctum, vt illorum ius sine iure huius consistere non possit.* Sed in maioratibus separatim est ius successorum per se taliter, vt à possessore nullum ius recipiat successor; sed à fundatore, independensque quoad successionem ab ultimo, ergo sententia obesse non potest, cum desideretur illa qualitas connexionis necessaria ad exceptionem rei iudicatæ.

44 Sed & si I. C. responsis superioris traditis satis ire videretur; tamen cum quæ plura Doctorum placita, pro contraria afferantur opinione: quæ autoritas etiam sine legum fulcro sufficeret, vt illorum opinio præponeretur: non erit extra rem quærere qualiter intelligi debeant, & cum Princeps sit noster Molina *de Primogen. lib. 4. cap. 8. num. 3.* qui sententiam, cum possessore maioratus latam omnibus successoribus obesse defendat adductis autoritatibus quamplurimis perpendendū est, an hi loquantur casu, quo actum fuit de qualitate bonorum, an de qualitate successionis, vt illo casu res obiter iudicata, vti vero neutiquam.

45 Bart. enim in *l. in diem, num. 1. de aqua plu. arcend.* qui se ipsum allegat in *l. vnum ex famil. §. ibi resp. ult. de legat. 1.* Angel. in *dict. l. in diem,* & Paul. de Castr. *l. in concedendo, num. 2. de aqua plu. arcend.* vt in eorum locis videre poteris, loquuntur casu,

quo lis acta est de iure, & qualitate rei, tradito exemplo a Bart. & Angel. an hypotheca constituta in re vendita cum pacto retrouendendi extinguatur remeans ad venditorem sine scientia creditoris hypothecarij: & tenent quod sic, quod diuersum est à nostro casu, cum illa qualitas proueniat ex pacto in ipsa re constituto voluntate contrahentium ante productionem hypothecæ.

46 Rapahel Iaf. Alex. Ripa, Immol. adducti à Molin. in *l. vnum ex famil. §. ibi, de legat.* si attente perpendantur, loquuntur casu, quo cum possessore actū est de qualitate rei prohibita alienari. Sic Immol. *dict. §. Diui, num. 28.* non vero dum de forma, aut qualitate successionis: & adhuc, vt ipsi prænotant necessario tenent, vt sententia adferat præiudicium, necessariam esse substitutorum citationem, vel personalem, si certus sit successor, vel per proclamatorē, si incertus, & alias haud obesse sententiā dixit Ripa, *dict. §. Diui, num. 63.* vel quando ius facit ad successores, vt Immol. *l. Diem, num. 6. de verbor. oblig. verbo Fallit etiam in casibus, in quibus sententia fuit ius.* Et Alex. loquitur, vt apud ipsum in *dict. §. Diui, num. 9.* patet, dum de re agitur; non de succedendi forma, in qua substitutus non iure hæreditario, ac representatiuo hæredis, & defuncti litigatoris petit; sed iure sanguinis, ac independēti à litigatore.

47 Nec in contrarium facit notata ab Andræa de Ifern. in *l. si vassallus, de suo in tit. si de feud. fuer. contr. interd. & agnat.* vbi concludit, quod si feudum antiquum erat apud primum de agnatione, cum quo litigabatur super re feudali, & lata fuit sententia contra eum, talis sententia non præiudicabit alijs sequentibus agnatis, ad quos deficiente primo agnato transire debet feudum, nisi illi sequentes agnati fuerint citati, vel sciuerint causam agitari cū illo agnato per

per *l. sept. de ne iudic.* & per id, quod habetur in rubro, & nigro, *G. res inter alios acta*, & ista opinio habet maximam æquitatem. *29. v. m. nov. d. h.*

48. At si Scriptores adductos à Molin. recolimus, eo innittuntur principio, quod res iudicata facit ius cōtra omnes, dum cum eo, cuius principaliter interest actum sit. Sed hæc ratio successores sanguinis meo videri non afficit, cum litigatoris personam, nec repræsentent, nec in eius actiones passivæ, aut activæ transeāt taliter vt Oldrald. *conf. 94.* & cum eo Tiraq. *de Primogen. quest. 35. per totā*, præcipue *num. 17.* tutari cōventur

49. iure hæreditario Regnorum successione deferrī, ad probandum, ac stabiliendum, quo sententia cum Rege Regni possessori lata successori noceat, ex quo firmamus iudicium cum possidere actū successori obesse non valere, ni successor simul, & hæres sit, & iure hæreditario petat, *l. cū quis, de inter, & relegat.*

50. Roderic. Suar. & Ant. Gom. Otalor. Pinel. Menchac. Padill. & Gregor. Lop. relati à Molin. illo etiā adducuntur fundamento tradito à Doctōribus in *diēt. 9. diui*, scilicet nocere sententiam latam cum habente primas defensionē, & quamvis ipse Molin. in sui tutamen Ossaschum in arenam exhibeat, *decis. 157. à num. 1.*

51. vsque ad 6. ipse nostram nervosè propugnat opinionem, contrariam in successore hærede tantum locum habere notans, quod iuridicè, ac secundum iuris Regulas euincitur, vt latè in terminis Decius *conf. 443. nu. 29.* ex Issern. & alijs Valenç. *conf. 60. à num. 26.*

52. Nec aduersantur, quæ pro contraria opinione enodant. Dom. la Rea, Castillo, & nouissimè Censal. *add. ad Peregrin. de fideicommiss. ad art. 53. vers. ad binquē conclusas, fol. mibi 361. in impres. Venet.* dicentes ob id obstare sententiam cum possessore maioratus latam successoribus, quia

in iudicio concurrunt illæ tres qualitates necessariae ad induendam rem iudicatā, scilicet identitas causæ, rei, & personarum, deducentes sufficere quod persona successoris eadem, ac possessoris litigatoris sit interpretative, licet non verè secundum Pont. *conf. 49. num. 3. 7. & sequentib. & conf. 62. num. 35. Giurb. decis. 20. num. 1. & 2.* quod omni casu invenitur, in quo agitur de successione maioratus, præcipue apud nos *ex l. 45. Tauri*, cōstituyente possessionē successoris eadem esse, ac ipsam penes vltimum possessorem existentem: *de traspass. se la possession. Ciuil, y natural. en el siguiente grado.* Quamobrem non eandem interpretatiuè, sed verè successoris personam, ac litigatoris esse fatendum est: *non magis not. de probat. d. 39.* Sed quamuis supradicta doctrin. Pont. Giurb. & Censalis Bartholi sit cuius, & ipsi, asseclæ existūt, non grauabor si asseram perpeno iure, non valere litigatoris personā verè, nec interpretatiuè eandem considerari, ac illius, qui proprio iure, ac à litigatore independenti succedere potest cum iure Consultus in *l. Iulianus, de except. rei iudic.* easdē personas necessario requiri respondeat, vt exceptio obstat rei iudicatæ, quod ni inter testatorem, ac hæredem inueniri posse in dubium est, cum tantum in iure hæres, & defunctus eandem personam efficiant, & tam hæredi, quam

54. in hæredem actiones activæ, ac passivæ transeant, ac vnica persona censeantur quoad actionem, ac iurij executionem, *l. cum à matre, C. de rei vind. l. 1. & 2. C. de hered. action. Auth. de iur. iur. à defunct. prest. §. 1. Medic. tr. mors omn. solu. par. 2. n. 65. Menoch. conf. 99. n. 107. Molin. de pign. lib. 2. q. 15. n. 1. Salgad. Labyr. credit. par. 2. c. 1. n. 1. Ossuald. lib. 7. comment. cap. 11. lib. ter. B. diximus tractatu del Contruando, cap.*

55. Inter successores verò maioratus, quorum ius à dispositione fun-

datoris prouenit, aliter statuendum venit, & similiter, ac inter cohæredes: nã si de actione à defuncto proueniente agitur, cum vno sententia non parit exceptionem cohæredi quã ex media persona alterius alia res existat, *l. si vno hærede, de except. rei iudic. verbo Si cum vno hærede depositi actum sit, tamen, & cum cæteris hæredibus rectè agitur, nec exceptio rei iudicatæ eis proderit, nam & si eadem questio in omnibus iudicijs vertitur, tamen personarum mutatio, cum quibus singulis suo nomina agitur aliam, atque aliam rem facit.*

56 Quomodo ergo attētis verbis huius legis audacter asseremus re iudicatam obesse tertio denuo agentis ad successionem maioratus, ex quo cum tertio actum sit, cum conditio eadem personarum non interueniat, nec iurium, cū vnusquisque proprio à testatore deducto, nō à cohæredē, aut possessore, seu litigatore proueniente succedat, quod necessariū notat Paul. *in l. & eadem, de except. rei iudic. Et eadem causa petendi, & eadem conditio personarum.*

57 Sanè fatendum est hanc opinionem, seu resolutionem magnopere dubiam, ex quamplurimisque iuris principijs ancipitem: ob idque sæpe sepius, tam in Supremo Senatu, quã in Regijs Chancellarijs pro vtraque parte iudicarum fuit de quo decisiones enodare possumus, sed cū difficile sit lites litibus æquare, ex ipsoque litis euentu, circūstantia, & qualitate sententiæ diuersificentur: credo totam hanc questionem pendere arbitrio ipsorum Supremorum Iudicū. Præcipuè attento quod ex Bald. Paul. de Castr. Decio, Crauet. Menoch. & Fufar. notat Addition. Molinæ *dict. lib. 4. cap. 8. num.* tunc sententiam de successionem maioratus latam, cognatis, agnatis, foeminisvè nō præiudicare, si appareat iniusta. Vnde enim hæc cognitio, ni ex ipsius maioratus fundatione, vocationibusque à fundatore constitutis: &

cum melius, satiusque sit in dubio excludere exceptionem rei iudicatæ, agereque ad veram iustitiæ contributionem, vt ex Decio, Socin. & Menoch. Fufar. *de substitut. quest. 627. num. 37.* autumo tamen, vt notauit, id iudicium arbitramento penari: nam attento iure difficillimum est sententiam ius contra successores facere, si secundum Regulas iuris sit decidendum, & si Doctorū assensus adsit rei iudicatæ magis ex æquitate, & vt litibus finis apponatur, procedit, quã ex solido fundamento legum.

59 Ex his principijs defenditur supra tradita Senatus decisio lata etiam contra sententiam iudicij, *l. diffamari:* nec ex eo, quod illa via electa est, præcluditur agendi licentia etiam sine exceptione rei iudicatæ apud Supremum Senatum virtute, *l. 45. Tauri.* Nam illa Senatus Supremi decisio, præter quod supradictis Regulis iuris vallatur, adhuc alio principio fulcitur. Quod quamvis Arias Pinel. sequatur opinionem dicentiã sententiam cum possessore maioratus latam, quoad successionem successoribus obesse, attamen hanc Regulam limitat dum viuentē possessore cum ipso actum est de successionem illius, tunc sententia cum eo lata, vocatis non præiudicat; imò audiendus est successor reiecta rei iudicatæ exceptione, etiam si sit filius illius, cū quo lis acta fuit, Sigismund *conf. 10. num. 4. & 7.* quem sequitur Arias Pinel. *dict. l. 1. 3. par. num. 50. limit. 5.* Nam cum de successionem agitur possessoris rei, non videtur actum cum habente præcipuum commodum iudicij, ac litis, ita hanc defendit conclusionem Peregrin. *de fideicommiss. art. 53. num. 45.* latè Rosental. *de feud. cap. 9. concl. 27. num. 22. & sequentib.* argumento illorum, quæ notat Rouit. *decis. 1. num. 38.*

PROHIBIMOS, Y DEFENDEMOS, QUE NINGUNA persona se pueda llamar Señoria Ilustrissima, ni Reuerendissima, de palabra, ni por escrito à otra alguna, de qualquier estado, ò condicion que sea, excepto à los Cardenales, que no es nuestra voluntad que sean comprehendidos en nuestra ley.

SUMMARIUM.

- 1 **T**ituli Honorum pauci, & communes in prima periodo mundi.
- 2 Obsequia, & reuerentia iuuetà ad cognitione, & ueneratione Supremitatis.
- 3 Honorum Tituli inducti ad discretionem Dignitatum.
- 4 Honorum cõseruatio Maiestatica Dignitatis est, ad commune bonum.
- 5 Sacra res primum gradum vindicant in omni re, & 30.
- 6 Cardinalitia Dignitas summa.
- 7 Cardinales Reuerendissimi, Venerabilissimi, ac Illustrissimi.
- 8 Cardinales Eminentissimi appellantur à Pontificatu Urbani VIII. Constitutione.
- 9 Cardinalitia Dignitas non inclusa in lege prescribete formam Honoru, & 15.
- 10 Leges non dedignantur imitari Sacros Canones.
- 11 Honores debitos nõ conferentes Dignitatibus Ecclesiasticis notantur à Summis Pontificibus.
- 12 Reges curare tenentur, ut Dignitatibus Ecclesiasticis debitus Honor conferatur, & 16.
- 13 Honor debitus conferendus Dignitatibus.
- 14 Actio iniuriarum datur cõtra detreñtantes Honores debitos.
- 15 Honor defendi debet omni iure etiam manu armata.
- 17 Cardinales sunt partes corporis Pontificij. Filijque Pontificis habentur, & 18.
- 19 Cardinalitia Dignitas an comprehẽdatur in generali Pontificia Constitutione remissive
- 20 Cardinales cum Pontifice vnã personam mystice conficiunt.
- 21 Cardinali infirmanti sanguinis missio non permessa, absque Pontificis assensu.
- 22 Cardinales Honorandi Titulis à Pontificibus constitutis.
- 23 Cardinalium origo, munus, Potestasque refertur per Doctores adductos.
- 24 Cardinales coram Rege Hispaniarum gaudent Honore Magnitudinis, & eis apponitur Sella, Tapes, & Puluinar.
- 25 Cardinales Reges dicantur regentes Ecclesiam cum Papa.
- 26 Cum eo de Episcopis iudicant.
- 27 Cardinales præcedunt Episcopos in sessione, & insignis.
- 28 Reges Catholici summe egerunt de Honore Dignitatum Ecclesiasticarum.
- 29 Aulica rei regimen Hispanum, sub formulis dictis Etiqueta constitutum est.
- 31 Honorum cura Maiestatici muneris est.
- 32 Maiestatis est sessionis loca Dignitatibus prescribere.
- 33 Throni Regij locus in Sacello Sacro qualis.
- 34 Thronus à sedendo dictus.
- 35 Solium dictus locus ubi sedet Rex.
- 36 Thronus Regis in Sacello, quia non stus, sed velis ornatus dicitur inter Hispanos, la Cortina.
- 37 Cortina de el Rey, exterior pars instruitur vellis Purpureis, 38. Iustior Tapetis, 39. Sella Regia, 40. Puluinari subpedaneo.
- 41 Sitial Real, qua forma instruitur.
- 42 Sacelli Sacri instrutio constituta seruato Honore debito.
- 43 Locus celebrantium Diuina officia

- in Sacello Regis, sinistro latere Tabernaculi.
- 44 Patriarcha, aut Episcopo Pontificaliter celebrante in Regio Sacello, instruitur sedes Tapete, vt Sella Annabatrialis.
- 45 Sella Episcopalis vestitur paucis sericis dictis Falditorio.
- 46 Cappellanorum Regiorum Sedes si celebrant Officium sedes est scamnum.
- 47 Patriarcha, & Episcoporum adfistentium in Sacro Sacello, Sedes est scamnum ad latras dextrum Altaris in Tabernaculo.
- 48 Cardinalibus locus sessionis in Sacello Regio prescriptus est in planitia ad conspectum Regis in latere sinistro, ornatus, Tapete, Sella, & Puluinari cum reclinatorio ornato sericis infulis, & aureis, 57. & 80.
- 49 Cardinali celebranti formula.
- 50 Legatorum Sedes in Sacello Regio, & ornatus.
- 51 Mayordomo Mayor, sessionis locus, & forma.
- 52 Magnatum Sedes, & ornatus in Sacello Sacro.
- 53 Cappellanorum, & concionatorum Regiorum Sedes.
- 54 Mayordomos de el Rey, quo loco, & forma stant in Sacello.
- 55 Cardinali ingredienti ad conspectum Regis in Aula, aut Gymnaceo, qui Honores conferendi ex Etiqueta, & 56.
- 58 Thronum, & Solium signum est competens Episcopis, insigne authoritatis, & iurisdictionis.
- 59 Thronus, & signum Episcopale, generice diuersum, de el Sital.
- 60 Sital, qualiter bodie accipitur, non habendum ornamentum Throni Episcoporum.
- 61 Sedes Episcopalis qualis sit, ex Ceremoniali Romano.
- 62 Thronus Episcopalis, quibus signis ornandus.
- 63 Sedes Episcopalis in formam Cathedrae.
- 64 Sedes Episcopalis vnde dicta faldistorium, seu faldistorialis, & 65.
- 66 Sital, dicitur Faldistorium a Villaroel.
- 67 Genuflexorium, seu reclinatorium ante Sedes Episcopis non adnumeratur in Ceremoniali.
- 68 Thronus, Solium, & Faldistorium diuerse se habent.
- 69 Thronus, & Solium Sedes Episcopalis propria.
- 70 Faldistorium inuolucrum est quo inferior pars Sedis Episcopi cooperitur, 71. & ex eo Sedes ipsa Faldistorium dicta.
- 72 Sital, genuflexorium, seu reclinatorium, ab Ecclesia receptum ad imponendum librum Sacrum, non in reclinatorium, vt voluit Villaroel.
- 73 Episcopis celebrantibus librum Sacrum tenet Presbyterus existens.
- 74 Sital a Principibus Sacularibus vindicatum, in re Sacra ad reuerentiam, & quomodo imponatur.
- 75 Sital, signum Regum Cardinalium Magistratumque Maiestaticorum.
- 76 Sital, Episcoporum insigne in Ecclesijs, vtque Sacra, 79. non vero extra ex Villaroel.
- 77 Sital, Insigne Praesidis Supremi Consilij.
- 78 Sital, signum Maiestatici spe vindicandum ni a Maiestaticis Magistratibus.
- 80 Sella credita Cardinalibus.
- 81 Sella Supremum Honoris signum.

DE HONORE EXHIBENDO CARDINA-

libus in verbali reuerentiâ, quodque Honorentur à Re-
ge Nostro, Sella, Tapete, &
Puluinari.

GLOSSA VIGESIMA.

I ET si in prima periodo mundi, Aureum sæculum dicta, simplicitas Gentium nullis, seu paruis, ac communibus Honorum Titulis, reuerentijs, obsequijsque contenta fuit, vt notamus *Glof. 2. à num. 16. Francisc. Halier. Hierarch. Ecclesiast. lib. 4. ca. 3. art. 1. §. 2.* Adhuc tamen ratio naturalis, Diuino illuminata lumine, sicuti ad commune bonum induxit Supremiorem, & inferioritatem, Imperium, & Maiestatem, subiectionem, & obsequium, *dict. Glof. num. 17.* Et ad illius Maiestatis cognitionem Titulos Regificos, de quibus *Glof. 3.* adque illius venerationem obsequiales reuerentias subditorum, diuersis sub formulis, ac ceremonijs. Ipsa ratio produxit ad ipsum commune bonum, distinctionem, ac digestionem ordinum publicorum, officiorum, ac munerum, tam quo ad res Ciuiles, quam Sacras.

3 Ex illo etiâ fonte, ex quo scaturierunt Honores, ac obsequia Maieitati exhibenda in cognitionem Superioritatis; in secunda ætate, oblita simplicitate prima, tanquam necessarij ad decorem publicum, vel ex Gentijs more, vel ex placito Principum, orti fuerunt Honores, ac reuerentiæ exhibendæ, ac præstandæ instrumentis Regificis, Dignitatibus scilicet illis publicis, leuatis, ac laudatis, in adiutorium, & subleuamen regiminis, demonstrantes vestigia auctoritatis, ac Supremiatis eis à Regia Maiestate derivatæ.

4 Quod à Regibus nostris cog-

nitum, graueque esse ordines cõturbare publicos, debitosque denegare Dignitatibus Honores. Summo Arcano de conseruandis ordinibus, Honoribusque publicis egerunt, Statuentes in lege nostra, nec de proprio tantum Maiestatis Honore, sed circa ea, quæ seruanda sunt in reuerentiam Dignitatum publicarum, tam Ecclesiasticarum, quam Ciuilium, cum intendat in decorem Maiestatis.

5 Et cum Sacræ res primatum teneant in omni re, primumque gradum in Hierarchia Ecclesiæ Cardinalitia Dignitas, primò etiâ de Honoribus Supremæ Purpuræ exhibendis, & laudandis constituerunt.

6 Cardinalatus Dignitas, si Ecclesiasticæ narrationis Historiam, Doctores tam Sacros, Canonicos, Ciuiles, quam Politicos recolimus, culmen sibi vindicat excelsum, Præfecto Prætorio æquipollens, ex placito Scriptorum, vt ex Bald. *cap. Cum accessissent, de constitut. l. ass. lib. 1. n. 8.* Philip. Dec. *num. 18. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. Socin. cons. 59. n. 2. vol. 1.* Conrad. *templ. iudic. lib. 2. cap. 3. num. 7.* Gregor. Lop. *l. 3. verbo E los Condes, tit. 14. par. 3.* August. Barbof. *in l. Ad similitudinem 21. num. 5. C. de Episcop. & Cleric. Thusc. litt. C. concl. 100.* Azor *Instit. Moral. par. 2. lib. 4. cap. 1.* Barbat. *de Præstant. Cardinal. Conrad. templ. Iudic. dict. lib. 2. cap. 2. §. 3. num. 6. & 14.* Ex quo Reuerentissimorum, Venerabilium, & Illustrissimorum Titulis decoranda, Thusc. *litt. 8. ter. C. concl. 100.* Azor, Barbat. &

Conrad. ubi proximè. Quod vigiſſe obſeruamus vſque ad Urban. VIII. Pontificis Summi inſulas, qui anno 1630. 10. Iunij conſtituit ex tunc Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ *Eminentiffimos* appellandos. De quo plura egerat Doctif. noſt. Dom. D. Laurét. Ramirez de Prado *in not. ad Luitprand. fol. 517.* ex Gutther. ad Ioan. Mar. Nouar. *ad Pragmat. Neapol. de Titul. ab vſu, Collat. 1. num. 3. & de grauamine vaſſallor. tom. 1. grauam. 316.* Beſſold. *difſertat. de præcedent. cap. vlt. num. 3.*

9 Sed cum in noſtra lege cautum perlegas: *Excepto à los Cardenales, que no es nueſtra voluntad, que ſean comprehendidos en nueſtra ley.* Gloſſema noſtrum vellicat obſectantem, vt præſcrutemur; quæ ratio anſam præbuerit huic exceptioni ad ſtatuendum Catholicum Regem, ne Cardinalitia Dignitas circa Honoris Titulos legalibus Cancellis intercluſa videatur, Maximopere, *dum leges non dedignantur Sacros Canones imitari, & Sacrorum ſtatuta Canonum, Principum Conſtitutionibus adiubantur, cap. 1. de nou. oper. nuntiat. Authent. vt Clerici, apud propr. Episcop. §. Si vero, Authent. de Eccleſiaſt. Titul. Collat. 9. §. 1. Thom. del Ben. de Immunit. Eccleſiaſt. cap. 9. dub. 2. num. 9. Suar. de legib. lib. 3. cap. 34. num. 7.*

11 Et ſi Sacri Canones ſtatuunt, vt debitus Honor Eccleſiaſticis Dignitatibus adhibeatur, transgredientesque hoc præſcriptum à Summis Pontificibus acriter notantur capite *Solite, de Maioritat. & obedient. Caſſan. Cathal. glor. mund. par. 1. conſid. 11. 12 & 12. Marth. de iuriſd. par. 2. cap. 34. num. 44.* Regiæ Potēſtati conſonum apparebat ſtatuere, vt Cardinalibus debitus Honor in Salutationibus conferretur, *12 & ſin. C. de offic. diuerſ. iudic. vbi Auguſt. Barbos. n. 5. in ſignum reuerentiæ, ac ſubiectionis Eccleſiaſticæ, l. 2. C. de proxim. Sacror. §. ſeruiſſior. vbi Rebuf. num. 4.* Cum

Politice Iuriſdictioni competat, vt debito Honore omnis Potēſtas afficiatur, *l. Ex agentibus, C. de Princ. agēt. in reb. l. 1. C. de ſilentiar. lib. 12. Calixt. Ramir. de leg. Reg. §. 7. nam. 6. Mar. Giurb. par. 1. obſeruat. 91. n. 5.* Quod præcipuè à Romanis executum, notat Petr. Gregor. *lib. 8. de Republ. cap. 4. num. 5. Mar. Giurb. conſ. crimin. 3. num. 23.* adeo, vt valeat ſuperior inferiores interpellare, ſi coherentem ſibi non tribuat reuerentiam, Mart. *de iuriſd. 2. par. cap. 34. Giurb. dict. conſ. 38. num. 29.*

14 Quod etiã ſibi vindicat locum, teſtante Doctorum aſſenſu, vt prærogatiuam ratione Dignitatis, aut officij debitam conferre detrectans, irrogare iniuriam, actioneque iniuriarum teneri, Bald. *in l. Potiores, de offic. Rector. Prouin. deducat Lara in l. Si quis à Liberie, num. 30. Garc. de 15 expens. cap. 8. num. 51. ad ſin.* Cum Honor Dignitati ſic adhæreat, vt ſi debitus ſubvertatur, denegaturve, agi poſſit in diſturbantem, nõ ſolum Iudiciali actione, ſed deſenſione, ac tutamine armatæ manus, Bald. *l. Obſeruari, §. antequam, num. ſin. de offic. Proconſul. Lara dict. num. 30 & 31. Garc. dict. num. 51. ex Rebuf. Tiraq. Grat. ab his adducti Pancir. conſ. 6. num. 2. Beſſold. difſertat. de præced. cap. 3. num. 8. Menchæ. controuerſ. Iluſtr. cap. 18. num. 18. Farin in Prax. tom. 4. queſt. 125. à num. 43. cum ſequentib. Giurb. par. 1. Obſeruat. 91. à num. 3. Gloſ. 53. num. 23.*

16 Ex inde euinces Reges noſtros teneri ſuis in Conſtitutionibus ſtatuere, vt tam Sæculari, quam Eccleſiaſticæ Dignitati reuerentia, è Pontificali mandato adſcripta conferatur, cum ordinatè, diſcretèque viuere bono publico conſulat, Principaliſque Regimini, Petr. Gregor. *lib. 4. de Republ. cap. 10. num. 11. Dom. Ioan. Baptiſt. de la Rea allegat. Fiſcal. 51. num. 2. Hermoſill. in Prologom. par. 5. gloſ. 2. num. 129. & 130. latè*

Va-

Valienç. *conf.* 34. à num. 7.

17 Nihilominus tamen dicendum legitime à Rege nostro præscriptum, vt nostra in lege Cardinalitia Dignitas non includatur in sequellam Canonum, ac Constitutio- num, nam cum illa Supræmæ Pontificali Dignitati, sic annexa sit, vt Cardinales partes corporis Pontificis censeatur, Martin. Laudent. *tract.* 2. *de Cardin. quæst.* 61. Conrad. *templ. Indic. lib.* 2. *cap.* 2. *de Cardin.* § 3. num. 1. Barbat. *de præstant. Cardin. quæst.* 1. num. 42. Ioan. Garc. *de Nobilit. Glos.* 48. § 3. num. 42. Mart. *de iurisd. cas.* 139. num. 11. Petr. Gregor. *lib.* 15. *Syntagmat.* *cap.* 4. num. 2. Cardinal. Paleot. *de Sac. Consistor. Azor institut. Moral. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. Gonçal. *Regul.* 8. *Chaucellar Glos.* 24. num. 4. Hermosill. *in Prolog ad par.* 5. *Glos.* 2. num. 47. Thulc. *litr. C. concl.* 99. August. Barbof. *Colleçt. ad cap. Ex communicatis,* num. 5. *de offic. delegat.* Anastaf. Germon. *de Sac. immunit. lib.* 3. *cap.* 6. num. 44. Dian. *resolut. Moral. par.* 5. *tract.* 2. *resol.* 3. & 95. Thom. del Ben. *de immunitat. Ecclesi.* *cap.* 16. *dub.* 23. *sect.* 1. num. 39. Marth. *de iurisd. cas.* 139. num. 11. Sebast. Cæsar. *Hier arch. Eccles. par.* 1. *disput.* 2. § 4. *ex na.* 8. Ioan. Iacob. Dracon. *de iur. Patri. lib.* 2. *cap.* 6. num. 33.

18 Seu Filij Primogeniti Pontificis, Ludouic. Gom. *ad Regul. Chancell. in Procem quæst.* 4. Gonçal. *dict. Glos.* 24. num. 4. Obseruanda erunt circa Honoris, aut quo ad nitoré, quo decorandi, siue appellandi sunt Cardinales, ea, quæ à Summo Præsuli constituta, ac decreta sunt, nihil in eos laica statuente Potestate.

19 Sed extra rem erat quærere, vtum generali Constitutione Cardinales comprehendantur, cum id tantum de Pontificia, ac Canonica Institutione discuti valeat. De quo agens late Ioan. Monach. *cap.* 1. *de Scismatic.* Ludouic. Gom. *ad Regul. Chancellar. in Procem. quæst.* 4. per tot. Barbat. *de præstant. Cardinal. quæst.* 7.

Barbof. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 4. n. 54. & *Colleçt. ad dict. cap.* 1. *de Scismatic.* Gonçal. *in Regul.* 8. *Chancell. Glos.* 24. per tot. Anastaf. Germon. *de Sac. immunit. lib.* 3. *cap.* 6. num. 55. Thom. del Ben. *de Immunit. Ecclesiast. cap.* 17. *dub.* 26. Fragos. *de Regimin. Reipubl. par.* 23. *lib.* 5. *disp.* 15. à num. 12. cum sequentib. Other. *de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 8. à num. 85. Kokier. *de iurisdict. in exempt. par.* 1. *quæst.* 5. num. 26.

20 Quamobrem non immerito à Rege nostro cautum elucet, vt hæc lege inclusi Cardinales non censeantur, cum quo ad eos inspici debeant Pontificalia Iura; cum inseparabiliter habeantur, sicque cum Pontifice, vnicam personam mysticè conflent, vt ex Hostiensis tueatur Garc. *de Nobilit. Glos.* 48. § num. 47. & adducti 21 num. 17. Cardinali infirmanti sanguinis emissionem nõ fieri absque speciali licentia Papæ, Iacob. *de Concil. lib.* 1. *art.* 1. Sunt enim Cardinales (vt supra notauimus) partes corporis Pontificis, illius Coadiutores, Coadgubernatores, Martin. Laud. *de Cardin. tract.* 2. *quæst.* 5. notat Conrad. *templ. iudic. lib.* 2. *cap.* 3. num. 4. Ludouic. Bolognin. *de Indulgent. num.* 32. Azor *Instit. Moral. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. Conrad. *Templ. iudic. dist. lib.* 2. *cap.* 20. § 1. num. 3. De quo vide late Doctores Barbatiam, Laudensem, Conradum, Petrum Gregorium, Azorem, Sebastianum Cæsarem, Fragosum, Dianam, Pacianum, & alios adductos 22 num. seq. Vnde quo ad eos Iura Canonica, ac Pontificiæ Constitutiones exequi debent, condecorarique Titulo à Sacris Canonibus, ac Pontificijs Rescriptis Constituto, ac præsignato.

23 De Cardinalium officio, nomine, Origine, Potestateque, Consultas Martin. Laudens. *de Cardin.* Conrad. *Templ. Iudic. dist. lib.* 1. *cap.* 23. per tot. Barbat. *de præst. Cardin.* Ludouic. Bolognin. *in addit. ad Cat. aldin. de Bonconpagn. de Potest. Pap. num.* 1. 1.

Ioan. Garc. de Nobilit. *Glof.* 48. §. 3. Azor *Institut. Moral. lib. 4. cap. 1. tom. 2.* Sebast. Cæsar. *Hierarch. Ecclesiast. par. 1. disp. 2. §. 4.* Petr. Gregor. Tolos. *lib. 15. Syntagm. cap. 4. per tot.* Cardinal. Paleot. de *Sacr. Consist. Dian. Resolut. Moral. par. 5. tract. 2. per tot.* latissime Fragos. de *Regimin. Reip. Christian. par. 2. lib. 6. disp. 15. per tot.* Fulu. Pacian. de *probat. lib. 2. cap. 28.* Homobon. de *stat. par. 1. cap. 5.* Galganet. de *iur. public. lib. 3. tit. 16.* Theodor. Reinring. de *Regimin. Sæcular. & Eccles. lib. 3. claj. 2. cap. 3. ex num. 34.* Theod. Hoeping. de *iur. insign. cap. 2. ex num. 33. cum sequentib.* Scortia *select. iur. Pontific. Theorem. 296.*

24 Sed cum ex Catholicorum more, omniumque Scribentium assensu Sacra Purpura, nec tantum Primatum post Pontificalem Summam Dignitatem obtineat; sed pars habeatur corporalis Dignitatis Pontificiæ. Ex eoque à Regibus, & Principibus, Honorificis, ut decet veneretur obsequijs. Inter Hispanos, sic recepta est; sic à Catholicis suis Regibus grata habita, sic Summa Cardinalitia Eminentia, ut nec tantum Honoribus decoretur, cõcessis Primatibus, Optimatibus, seu *Grandes* in coopertione capitis. Appellatione, seu denominatione Honorifica, *De Muy Amado, y Caro Amigo*, de qua *Glof. 14.* Sed in omni actu, tam publico in Sacello Regio, aliove loco Sacro, quàm in Gymnasio, interiorique Aula dum Regedum alloquuntur, *en Audiencia*, secundum usum Aulicum dictum *Etiqueta*. Magnificis alijs signibus decoratur Sella quidem, Tapete, Pulvinari, Scannoque geniculato cum Pulvinari.

25 Hic Maiorum mos credens Cardinalibus Sessiois præexcellentiã, decoratam in fulis Tapetis, Sellæ, Scanni geniculati, & Pulvinaris, natus fuit, ac receptus in designationem Dignitatis Cardinalitiæ Purpuræ inhaerentis, nativo iure; cum Car-

dinales, tanquam vocati ad partem solitudinis Regiminis spiritualis, dicantur Reges, Mundum cum Papa regentes, Matthesil. de *succession. ab intest. art. 3. ex num. 48.* Conrad. *templ. iudic. lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 10. & cap. 3. §. 3. num. 6.* ex Hostiens. in *cap. Dilectum, de præbend.* Barbat. de *præstan. Cardinal. par. 1. quæst. 1. um. 8. & 24.* Homobon. de *statib. par. 1. cap. 5. in princip.* Franc. Halier. *Hierarch. Ecclesiast. lib. 3. cap. 3. art. 3. §. 1. & lib. 4. cap. 3. art. 1. 2. & 3.*

26 Ex cuius Supremæ Iurisdictionis Origine. Et quia Cardinales (ex Eugenio III. in Bulla relata à Francisc. Halier. *dict. lib. 4. cap. 2. art. 5.*) Romano Pontifici adstantes, etiam de Episcopis cum eo iudicant; rectè in ordine sedendi eis attributa est præcedentia tam in loco, quàm signis illis demonstratiuis Potestatis, ac Authoritatis Sella, scilicet, Tapete Pulvinari, & Reclinatorio.

28 Ne verò Andebatarum more agamus in re tam verè summa, adque in Sacram, ac Politicam Maiestatem collimante, sed dignoscatur quanto Supremitatis Arcano, à Regibus Nostris prospectum fuit circa venerationem Sacrarum rerum, simulque conseruationem reuerentiarum, ac Honorum Maiestati debitorum, Dignitatibusque autoritate gaudentibus Suprema. Notandum est, quod omnia Aulicæ tam Regium Honorem, Decorè, Ornatum Maiestatis respicientia, quàm regimen personale Regum, sub formulis vulgò dictis *Etiqueta*, constituta sunt.

30 In his ergo (sicuti, & in antiquis Partitarum legibus, ut videre licet *in l. 3. tit. 9. par. 2.* (vbi Primatum tenet inter munera Aulicæ officium Capellani maioris, Honorque spirituali re exhibendus) præscriptum est, ac Constitutum in caput anguli Aulici, circa ingressum in Aula Regia, (de quo non est hic Sermo noster) loca, sessiones, sedendique formam, tam

in

31 in Sacello Regio, dū Sacra officia peraguntur, lithurgiaque celebratur, quàm circa ingressum, & receptionem in Regio Gymnaceo, cum id Maieftati cōueniat, curamque de eo, tenere l. 2. & 3. *C. de diuers. offic. l. 2. C. de offic. Sacror. serin. lib. 12.* Diximus *Glos. 15. à num. 1.*

32 Quare primò cōstituitur de Throno Regio, postque de prærogatiua seruanda Dignitatibus, officijs, ac muneribus, tam Ecclesiasticis, quàm Ciuilibus. Et quamuis de eo ab sceptro Regum Catholicorum statutum fuerat, vt his verbis notat *Luc. Marin. Sycul. de reb. Hispan. lib. 21. cap. de Regine Isabella Moribus: Sedes insuper in Sacello Superiores, & inferiora sedilia disponi, & ordinem hunc seruari iussit, vt scilicet, ex altera parte primus Cardinalibus locus daretur, secundus Archiepiscopis, tertius Oratoribus, quartus Episcopis, & deinceps gradatim reliquis Sacerdotibus, ita tamen, vt antiquiores nouitjs anteponebantur. In altera vero parte, sederent Comestabiles, Almirantes, Duces, Marchiones, Comites, & iterum gradatim ceteri Nobiles, & Generosi.* Attamē cum mutationi omnia obnoxia sint, subque perpetuo motu consistant, necesse fuit à Nostris Regibus, de locis, & Honoribus seruandis constituere, quibusque insignibus, insulisque designatiuis authoritatis, ac reuerētiæ, ornanda est in se vnaquæque Dignitas.

33 In Sacro Regio Sacello, ex Regia forma, seu *Etiqueta* ad latus dexterum Euāgelij, ad scalam Præbyterij primum vindicat locū Thronus Regius (sensationis Regalis locus Thronus dictus à sedēdo fuit, *Athen. lib. 5. cap. 6.* etiamque solium, *Diu. Isidor. lib. 20. Etimolog. cap. 11.* idē inter Regalia muta signa numeratur Thronus, & Solium, *Reg. 1. cap. 1. Reg. 2. cap. 11. vers. 19* *Cassan. Cathal. glor. mana. par. 1. consider. 1.* *Arnold. Clapmar. de Arcan. rerum public. lib. 3.*

cap. 4. Lyps. ad Tacit. pag. 251. Petr. Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 6. Theodor. Hoeping. de iur. insign. cap. 2. num. 8, 1. Carol. Paschal. de legat. cap. 4. Pined. de reb. Salomon. lib. 5. cap. 7. & 36 lib. 6. cap. 1. & 7.) Et quia non fixus in pariete, sed prætiolis stragulis, siparis, aut velis aureis conuestitur, *Virgil. 1. Aneid. vers. 701.*

----- *Auleis iam se Regina superbis,
Aurea composuit sponda.*

Ad celandum, operiendum, & velandum Regem, vt notauit *Pineda, dict. cap. 7. num. 1. vers. Caterum.* Et mos erat Imperatorum Constantinopolitanorum ediculas efformantium in Sacello Sacro, ex quibus Sacra audirent, *Codin. de offic. Constantinopol. lib. 2. cap. 17. La Cortina,* denominatur.

37 Instruitur exterior pars de la Cortina, velis Regificis purpurei coloris: Interior verò conuestitur planities strata Tapetibus amplis, *Corip. lib. 3.*

*Mira pavimentis, stratisque Tapetibus
ampla planities.*

39 Sella Regia in medium collocata ex Regio more, *Virgil. 1. Aneid. vers. 303.*

----- *Mediumque locauit.*

Vbi Cerda in not. num. 9. & Imperatorio, *Codin. dict. cap. 17. num. 15. Pānis rubeis vestita, in qua pro numero Imperatorum ponuntur Aurei Throni,* 40 imposito in reuerentiam, & ad reclinationem subpedaneo puluinari Babylonicis inuentis, fabricato, ornatoque fimbriatis flocibus.

41 Inter Regales ornatus, quibus instruitur interior Throni pars, seu cortinæ, reclinatorium est, Aulica, & communi voce dictum *Sitiali* Componitur enim tabulamento, seu subpedaneo scabello, Tapete involuto,

to, super quod imponitur mensa vestita ob longo, ac Maestatico Tyrio segeste, super quod etiam imponitur sericus pulvinaris, aureis fimbreis ornatus, ac fimbriatis flocibus, toto reclinatorio, seu *Sitial* cooperto velamine bombicino.

42 Cum Thronus Regius, nec gradum constituat, nec locum teneat, ordinatur omnis res Sacri Sacelli ad officiorum, ac lithurgiæ celebrationem, seruatis, quò ad ingressum loca, ac Sedes, formulis ad decoré, auctoritatem, & reuerentiam statutis.

43 Celebraturis officium vespertinum, lithurgiæque, cum priuatum teneant Sacræ res, sedendi locus est in Tabernaculo Altaris, sinister latus, sedendi verò forma diuersa.

44 Si enim officia Sacra peragunt Patriarcha, Archiepiscopus, aut Episcopus Pontificalibus infulis ornatus, locus sessionis Tapete stratur, super quod imponitur sella Annabaptistialis quaterbrachiata in formâ Cathedralis, Andr. Piscar. *prax. Ceremon. lib. 2. sect. 1. cap. 3. num. 3.* pedibus illius coopertis faldistorio serico, non Aureo, seruata Rituale Ecclesiæ ceremonia, Ceremon. *Episcop. cap. 13. lib. 1.*

46 Si Præsbyter Cappellanus Regius Lithurgiam celebrat, sedes est scannum.

47 Si ad officia adsunt Patriarcha, Archiepiscopus, vel Episcopus, suam tenent Sedem in Tabernaculo ad latus dexterum Euangelij, in scanno.

48 Si Cardinalis adsit ad officium, ac Lithurgiam, in planitie Sacelli, seu vt verbis vtamur, Duran. *in ration. Diuin. Offic. lib. 1. cap. 1. num. 6.* in anteriori parte, in qua populus orat, in latere sinistro ad conspectum Regij Throni, seu *de la Cortina*, instruitur sessionis locus ornatus Tapete, Sella, ac pulvinari subpedaneo, inque reclinatorium, imposito geniculato scabello purpureo, inuolucro

cooperto, non longo, sed vsque ad coopertionem pedum scabelli, h per imposito, super eo puluinari fimbreis Aureis ornato.

49 Cardinale verò officium celebrante, non mutat locum, nec ad Tabernaculum ascendit ad induenda Pontificalia ornamenta, sed in ipso sessionis loco, ac Sella, ornatur Pontificalibus vestimentis, illisque exuitur. Tali à Catholicis Regibus exhibita veneratione, vt à Throno non exeunt, etiã finitis officijs, vsquequo Cardinalis deponit ornamenta, & purpura induitur; quo peracto, exit Rex, postque Regem ad latus sinistrum comittatur Cardinalis, separatus in obsequium, ac reuerentiam, distantia corporis vnus hominis.

50 Post Hierarchicum Ecclesiasticarum Dignitatum ordinem, ingreditur Ciuilium, ac Aulicorû munerum Digestio. Ad latus sinistrum Epistolare anterioris partis, sequitur sedes, seu scannum Legatorum, vulgò *de los Embaxadores*, Tapete involutum, dicto *Vancal*, adiuncto in reclinatorium, scanno serico Tapete involuto, absque Puluinari.

51 Ad latus dexterum Sacelli in planicie Throno Regio proxima, ingrediuntur sedes Dignitatum nostrarum. Maiordomus enim, vulgò *el Mayordomo Mayor*, vindicat locum primum, post Thronum, seu *la Cortina*, vbi sedet (sicuti, & concessum huic Dignitati in Sacello Imperatorio, notat Codin. *de offic. Constantino-pol. cap. 6. num. 6.*) in scabello serico purpureo.

52 Subsequuntur sedes Procerum, Magnatum, seu *de los Grandes*, quæ scannum est vulgò *el Vanco de los Grandes*, Tapete involutum, dictum *Vancal*.

53 Suasque in Sacello vindicant Sedes, ad latus sinistrum in planicie Regij Concionatores, ac Cappellani, in scannis; qui, & si Ecclesiastici ordines, cum tamen adsint ad autho-

ritatem, non ad officia, nō vindicant locum in Tabernaculo.

54 Alij verò Officiales Regij, & si magni, qualiter *Los Mayordomos de el Rey*, sessionis præexcellentiæ non recipiunt, sed stant ad conspectum Throni cum Scipionibus, sui muneris signum.

55 Hæc sunt, quæ pertinent ad ingressum, & sessionem in Sacello Regio: In sæculari vero re Cardinalibus prima vice ingredientibus ad conspectum Regis in Aula, aut Gymnaseo, receptionis forma est, si notamus verba formularum Regiarum, seu *de la Etiqueta*.

LA FORMA EN QUE
su Magestad recibe à los
Cardenales la prime-
ra vez.

56 **E**L Cardenal embia à saber à Palacio el dia, y hora en que podrá tener Audiencia con su Magestad.

Viene a Palacio, acompañado de algunos Cavalleros de su sequito, y familia: apease en el caguan grande; sube por la escalera principal, y passa por el cuerpo de Guarda, donde están los soldados à pie, y no toman las armas.

Los Porteros abren las puertas de Sala, y Saleta, y los Hagieres la de la Antecamará, y se quedan así hasta que buelue à salir.

Entra por la Antecamarilla à la cama, y aquí llegan solos los que tienen entrada.

Su Magestad siendo avisado que viene, por el Mayordomo mayor, ò el Semanero, sale acompañado de los Mayordomos, y Gentiles Hombre, de la Camara à la mitad de el Cubillo (que son dos piezas) à recibir al Cardenal, que le pide la mano: quitase el sombrero, mandandole cubrir, y buelue con èl à la pieza donde come; y entonces se permite, que el acompañamiento que se queda en la Antecamarilla, llegue hasta esta puerta: su Magestad toma

silla, y el Aposentador de Palacio, ò el Ayuda de la Furriera de semana entra silla al Cardenal.

En acabando la Audiencia, su Magestad se pone en pie arrimado al bufete; el Aposentador de Palacio, ò un Ayuda de la Furriera, que puso la silla al Cardenal, se la quita, y se despide, quitandose el bonete, y baziendo una humillacion con la cabeza, y su Magestad le acompaña hasta la puerta de aquella pieza, quitale el sombrero, y se buelue à su aposento, y el Cardenal sale, acompañado de los que fueron con èl.

57 Ex dictis, Aulicoque relato more, euincitur quod Honorum infulæ, Sellæ, Pulvinaris, reclinatorijque, ex quibus efformatur, *el Sitial*, inferuiunt Honori, ac venerationi Cardinalitiæ Sacræ Purpuræ, insigniaque esse notamus Suprema veltigia designantia Maiestatis, ac auctoritatis, cum nec ab vlla alia Dignitate Patriarchali, nec Archiepiscopali, Episcopaliuè vindicentur, nec à Regibus nostris eis exhibeantur.

58 Sed docent aliqui Episcopis, omnique Ecclesiasticæ Dignitati ex Rituali Romano concessum esse, in signum Potestatis, auctoritatis, & iurisdictionis, Thronum, & Solium, *Agia de exhib. auxil. fundam. 6. Alced. de preced. Episcop. par. 1. cap. 12. n. 48. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 4. num. 18. Barbof. de Potest. Episcop. par. 3. allegat. 80. & de uniuers. iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 12. Villaroel Gouier. Eccles. par. 2. quest. 12. art. 1. 2. & 3. Ideo priuatiuum nō dicendū Maiestatis Cardinalitiæque Dignitatis in Honorè.*

59 Cui obiectioni, vt obuiam eamus, notādum est, quod inter Scriptores relatos Villaroel, tantum locutus fuit de insigni reclinatorio, vulgò *Sitial*, Genuflexorio ab aliquibus dicto, quo ornari Episcopalem Dignitatem, notauit ceteri verò genericè loquuntur de Throno, seu Solio, competenti in Honorem, Supremitatem, & præheminentiam, Epif-

Episcopis suis in Diocesis, ac Ecclesijs. Quod signum diuersum est à Sella, & Reclinatorio dicto *Sitial*, Natio Regiæ Maiestatis, ac credito Dignitati Cardinalitiæ.

60 Quod vt dilucidius euincatur, sciendum est, quod & si Thronus, seu Soliū, totum inquam aggregatū fessionis ab Ecclesia Constitutū Episcopis dum Sacra peragunt, Diuinisque Officijs adsunt, dignoscamus, attamen illius compositio discretè attēta, non recipit reclinatorium, seu *el Sitial*, in sensu Communi receptum, ac in formula Regia, seu *Etiqueta*, vt diximus; nam, & si Episcopis, ceterisque Dignitatibus in ordine Hierarchico Ecclesiæ, dum Pontificalia peragunt, sedes Constituta est in
61 Throno, in formam, ac modum relatum in Ceremon. *Episcoporum*. lib. 1. cap. 14. à quo verba mutuabit Piscarius *dict. lib. 2. sect. 1. cap. 3. num. 3.* Sedes ipsa, siue lignea, siue marmorea, erit sublimior, & rotunda in modum *Cathedrae*, & Throni immobilis punno serico coloris altorum paramentorum contexta, supra ipsam *baldechinum* eiusdem coloris appendatur, dummodo supra Altare aliud simile, vel cibariam fuerit, ad ipsam tribus saltem gradibus ascendatur, qui vna cum plano, quod vbi commodè fieri potest, erit amplum, atque quadratum, pannis, siue *Tapetis* tegantur.

Ex eis euincitur exque Rituali Ceremoniarū Iure, ad ré Sacram, Throno
62 num, seu Soliū instrui his signis Gradibus ad altitudinē status, designandā ornatis Tapetibus. Baldachino, forma illa tradita ex *Ceremoniali Episc.* *dict. lib. 1. c. 14.* (ex quo ad similitur mūdo in quatuor partes diuiso, Durād. *ration. Diuin. Offic. lib. 1. cap. 1. n. 6.*) Sella in modū *Cathedrae* (sedes
63 hæc Annabatra, seu Sella quatuor bradicata dicta à Scriptorib.) & quia pannis sericis tegitur, & ornatur
64 des *Faldistorialis* dicta est in Ceremon. *cap. 13.* *Forma sedis erit præalta, & sablimis, siue ex limbo, siue ex mar-*

more, aut alia materia fabricata, in modum Cathedrae, & Throni immobilis, qualis in multis Ecclesijs antiquis videmus; quæ debet tegi, & ornari aliquo panno serico concolor cum alijs paramentis, non tamen aureo, nisi Episcopus esset Cardinalis: & super eam umbraculum, seu baldachinum eiusdem coloris.

65 Hoc ornamentum pannosericum, quo tegitur Sedes Episcopalis, *Faldistorium* dicitur, & ex eo sella *Faldistorialis* Sedes Episcoporum, *Piscar. dict. lib. 2. sect. 1. cap. 3. num. 4.* *Sedebit in Faldistorio.* Quare credimus,
66 *Villaroelem* absque verâ intelligentia, & cognitione certa dixisse, firmasseque *Faldistorium* esse, quod dicimus *el Sitial*, *dict. Tract. del Gouier. pacific. par. 2. quest. 12. art. 1. num. 4.* *El Sitial, que llamamos Faldistorium en Latin, es vn Sitaliaete, d'Escabelillo cubierto con vn terciopelo, y sobre el vna almohada, que sirve de arrimo para los brazos, y otra abaxo para las rodillas: y donde quiera, que el Obispo le ponga, se ha de vestir de seda.* Dizelo todo el Ceremonial de los Obispos en el *cap. 13. de el libro primero.*

67 Cū in toto *cap. 13.* ab eo relato, nulla de reclinatorio ante Sedē Episcopalem mentio sit, vt ex verbis relatis *num. 63.* euincitur, immò ex Rituali Ecclesiastico, inter Sedem, Thronum, aut Solium, *Faldistoriū*,
68 *y el Sitial*, discretio inuenitur, ornamentaque sunt, seu in signa diuersa inferuentia Dignitatibus Ecclesiasticis. Thronus dicitur Episcopalis Sedes, *Ceremon. dict. lib. 1. cap. 2.*
70 *Faldistorium* Sedes Episcopi, vel dum non celebrat, sed Diuinæ rei interest, *dict. lib. 1. cap. 2. Episcopus surget à Faldistorio.* Et *cap. 7. Sed in Faldistorio sederet;* vel si celebrat, Cardinalis, aut Legatus, adest Diuinis Officijs, *Ceremon. dict. cap. 13. Si fertè aliquis S. R. E. Cardinalis, Legatus de latere, vel non Legatus, rei Diuinæ interesset, conuenit ei Sedes Episcopalis supradicta: Episcopus verò si celebret, in Faldistorio, in Cornu*

Epi-

71
diu
nial
ag
di E
li: P
flori
id fi
thron
ta. V
loco
fede
den
25. v
Mag
dē E
nuda
hac d
72
orna
latu
gius
cept
tat v
braco
eo po
rum,
phon
tenti
remo
verò
seupr
illi ill
ponet
te sup
posito
eo col
ctus,
sect. 1
73
Ritib
siue in
Faldi
libru
reclin
Cere
vbi ag
stenti
inqui
tiphon

71 *Epistola*. Quæ distinctio dilucidius dignoscitur ex verbis Ceremonialis, relatis ab ipso Villaroele, n. 3. agens enim de ceremonia consecrandi Episcopos, subdit ex Ceremoniali: *Ponendo ipsam ad sedendum in Faldistorio, de quo surrexit Consecrator; vel si id fiat in Ecclesia propria consecrati, in throno eum in Sede Episcopali consue- ta. Vbi Faldistorium pro Sessio- nis loco accipitur, seu loco consueto ad sedendum, quod comprobatur euidenter, ex ipso Ceremoniali lib. 2. cap. 25. ubi agens de officio Feriæ sextæ Magnæ Hebdomadæ, designando Sedem Episcoporum, inquit: *Sæes super nuda Cathedra, seu Faldistorio. Neque hac die sedet in Sede sua Episcopali.**

72 *Sitial* verò, seu reclinatorium ornatum in modum à Villaroele relatum, & formam qua instruitur Regius, non inferuit, nec ab Ecclesia receptum fuisse credimus, vt ca. 13. notat verbis relatis, *para arrimo de los brazos; sed in diuersum, scilicet, vt in eo ponatur liber Sacrorum Oficio- rum, ex quo celebrans psallet Anti- phonas, Orationes, & omnia compe- tentia secundum Sacros Ritus, Ce- remon. Episcop. lib. 2. cap. 13. Canonicus verò paratus celebrans, accedit ad scalum, seu primam Sedem Chori, ab ea parte, quæ illi illa Hebdomada obtigeret, in qua Sede ponetur puluinum, & alterum cum Tape- te super scanno, seu genuflexorio ante se posito, super quo etiam ponitur liber, serico coloris caterorum paramentorum te- ctus, Piscar. prax. ceremon. dict. lib. 2. sect. 1. cap. 3. num. 13.*

73 Quod ornamentum, à Sacris Ritibus non formulatur Episcopis, siue in Sede celebrent propria, siue in Faldistorio, cum Præbyter assistens librum supra caput sustineat, non in reclinatorio apponatur. Audiamus Ceremonial. Episcop. dict. lib. 1. cap. 6. ubi agens de officio Præbyteri assi- stentis Episcopo celebranti in Sede, inquit: *Cum verò Episcopus primam An- tiphonom erit intonaturus, ipse librum*

supra caput sustinere debet. Si vero in Faldistorio, subdit: Si verò fortè Episcopus celebrans, non in Sede propria, sed in Faldistorio sederet, tunc ipse Præby- ter assistens sedebit in aliquo scanno pro- pe Altare versus cornu Epistolæ, simul cum Diaconis, & Subdiaconis, sustinebit dein- de librum super caput, cum ex eo Episco- pus erit cantaturus orationem.

74 Ex dictis euincitur, quod, & si reclinatorium, genuflexorium, seu *el Sitial*, Ecclesiasticum inventum sit, ad positionem, seu reclamationem li- bri Sacri, dicti *Missal*, & *Breuiario*, ad exemplum Ecclesiastici Ordinis, à Regibus, ac Principibus laudatum, ac receptum fuit, vt in Sacra re, dum interfunt Diuinis Officijs, genuflexorium instruat, *Sitial* dictum, vel in reclinatorium, vel ad impositionem libri, vel ad genuflexionem, tum ad audiendas, tum ad orandas preces, seu Orationes, cum in reuerentiam, Ceremon. Episcop. lib. 1. cap. 18. ex cõ- suetudine Ecclesiarum (cui parendum) tam ab Ecclesiasticis, quàm Sæcula- ribus genibus flexis standum sit, quod, qualiter, quando, & quomodo exequendum, notat Piscar. dict. lib. 2. sect. 1. cap. 1.

75 Et ex eo credimus laudatum, vt in signum Maiestatis imponatur genuflexorium, seu reclinatorium, & *Sitial*, in omni actu Ecclesiastico, Re- gibus (instratum forma relata) Car- dinalibusque ad conspectum Regis, vt notamus supra num. 48. Supremis Magistratibus Maiestaticam autho- ritatem gerentibus, qualiter Supre- mi Consilij Præsidi, aliorumque Con- siliorum, dum ad conspectum Regis non interueniunt; Dignitatibus, etiã 76 Ecclesiasticis Archiepiscoporum, Episcoporum, Legatorum Apostolico- rum in re Sacra seruata Rituali Ceremonia.

77 Extra verò rem Sacram in actu Sæculari, Ciuili, ac Politico tenendum videtur, quod reclinatorio, & *el Sitial*, tanquam Honorificentia

figno, bombicino velo cooperto, vtendum est à Sæculari Dignitate Maiestatem Supremam agente, qualiter à Summo Regij Consilij Præsidente, cui absolutè, præcipuè in die Visitationis delinquentium, vulgò *Visita de Carcel*, imponitur *Sitial*, cum Pulvinari, super quod reclinatur, Sacrum Sanctæ Crucis signum tanquam iustitiæ symbolum, & felicitatis insigne. (De pulvinari vsu, Origine, ac forma agemus infra *Glos. 33. §. 4.*) imposta supra omni fructura, vsquequo ingreditur, & suam Sedem tenet Præsides velamine bombicino, reuerentiæ insigne inventum per Gentes ad venerabilitatem inducendam, vtque maximum credatur, quod sub velo tegitur, ex Suetonio, & alijs Hoeping. *de iur. insign. cap. 17. num. 507. & 508.*

78 Nec ab alijs vtendum, & si summis infulis Honorum decorentur, cum verè Nostro videri reclinatorium, seu *el Sitial*, Supremum Maiestatis signum sit, illiusque maximi Ordinis, in quo adnumeratur Sceptrum, Corona, Solium.

79 Nec alienum credatur hic assensus à mente Scribentium (omissis, quæ ex Guttherio deduci possent, afferente inter Ethnicos Pontifici Maximo currulæ Sellam concessam fuisse, *de offic. vet. iur. Pontif. lib. 1. cap. 28.*) Cui, & si Sacræ Hierarchiæ Ec-

clesiasticæ Dignitatis Summæ, omnibus debeant decorari infulis Honorum; ipse Villaroel Supremis placitis, Regalibusque Constitutionibus innixus, fatetur, in actibus Ciuilibus, locisque Sæcularibus, seu *fueru de las Catedrales, o Iglesias, aict. par. 2. quest. 12. art. 2. num. 13. 14. & seqq.* Episcopis concessum non esse vti de *Sitial*.

80 Ex dictis patet euincitur, quã Summa sit Cardinalitia Dignitas, quantoque venerata à Nostri Regibus, cum ei concedatur in Sacro Sacello Tapetum, Reclinatorium, Pulvinar, omnique in loco, etiam Sæculari, Sella Regalibus ornamentis instructa, signum Supremæ authoritatis omni ætate, *l. 1. §. 2. vers. Latum, de postuland. vbi Gotthofred. Dionys. antiquit. lib. 3. Ouid. Fastor. 3.*

Signa quoque in Sella non formata curruli.

Marcial. *lib. 9. Epigraph. 13. vbi Rader. Ioan. Corraf. l. 2. §. Deinde, de origin. iur. Rosin. antiquit. lib. 7. cap. 11. & Demster. lib. 10. ad cap. 29. Theodor. Hoeping. de iur. insign. pluribus relictis, cap. 2. num. 731. Lyps. lib. 1. lect. cap. 19. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 3. & lib. 4. cap. 11. Bullenger. de Imper. Roman. lib. 1. cap. 19.*

ASSI-

A
1
r
2
A
m
fi
3
P
4
P
co
na
5
E
R
6
C
di
ra
7
P
cu
8
E
fa
9
A
ni
10
S
ib
11
S
m
12
i
no
ry
13
F
Ep
14
F
15
A
cle
16
L
Al
tri
17
A
pal
18
A
Illu

ASSIMISMO, POR LA AVTORIDAD, Y Grandeza de Arçobispo de Toledo, mandamos, que todos sean obligados à llamarle Señoria Illustrissima, por fer Primado de las Españas, aunque no sea Cardenal.

SVMMARIVM.

- 1 Primatum Ecclesie Toletane Doctores referentes remissive numerantur.
- 2 Archiepiscopus Toletanus, quia Primatis Dignitate decoratus, Illustrissimus.
- 3 Primas idem, quod Princeps.
- 4 Primatum Titulo decorati, quibus commissum primum Dignitatis manus.
- 5 Ecclesiasticum Regimen ad exemplum Romanorum.
- 6 Cap. Cleros 21. dist. refertur de distinctione Dignitatum Ecclesiasticarum.
- 7 Pontifex Maximus inter Romanos, cui Sacrarum rerum cura commissa.
- 8 Episcopi nominati initio nata Ecclesia in Primarijs Ciuitatibus.
- 9 Archiflaminus, & Flamines inter Ethnicos Sacra faciebant.
- 10 Sacerdotes inter Ethnicos ludis preibant.
- 11 Sacerdotum Ethnicorum varia nomina.
- 12 Primi Flamines, qui ad rem Sacram noninabantur in Ciuitatibus Primarijs, Capitibusque Dioecesum.
- 13 Primates Episcopi habebant ius in Episcopos minorum Ciuitatum.
- 14 Pontifex Primas Ecclesie dictus.
- 15 Alexandrina, & Anthiochena Ecclesia Primaria dicta.
- 16 Diuus Marcus Primus Episcopus in Alexandrina Ecclesia iussu Diui Petri.
- 17 Anthiochena Sedes Prima Episcopalis.
- 18 Anthiochena Synagoga Iudeorum Illustris à Regno Antiochi.
- 19 Anthiocheni, & Alexandrini Episcopi Primates, 30. Usque ad tempora Conciliorum generalium.
- 20 Anthiochena, & Alexandrina Ecclesia non Patriarchalis initio Ecclesie, sed Primas, 24.
- 21 Anthiochenus Patriarchatus ortus sub regimine S. Euodij.
- 22 Patriarcha Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus non sunt de Dignitatibus ortis initio nata Ecclesie.
- 23 Romana Ecclesia venerata Titulo Primatis.
- 25 Patriarcha primum locum Dignitatis in Ecclesia ex Epistola Nicolai II. relata in cap. Prouinciæ 91. dist. & cap. Cleros 22. dist.
- 26 Analecti Epistola relata in dicto cap. Prouinciæ 91. dist. recepta non est absolutè.
- 27 Diuo Isidoro multa commendata sunt, quæ ab eo non fuerunt scripta.
- 28 Isidori collectione, aliqua antea sunt Constituta, ac Decreta post illius obitum.
- 29 Cap. Cleros 21. dist. est de additis Collectione Diui Isidori.
- 31 Primatis Dignitas Prima in Ecclesia.
- 32 Patriarcha idem, quod Primas, 48.
- 33 L. 9. tit. 5. par. 1. de Primas, & Patriarcha loquens, refertur.
- 34 Primates inter Orientales, à tempore Apostolorum dicebantur Episcopi Primarum Ciuitatum.
- 35 Episcopi Occidentalis Ecclesie, Primarum Ecclesiarum dicebantur Primates.
- 36 Patriarchæ vox, primo audita in Occidentali Ecclesia tempore Ataulphi

- phi Gothorum Regis.*
- 37 *Patriarchalis Dignitas orta tempore Apostolorum ex Azorio.*
- 38 *Primatis vox, ac Dignitas, Prima, quam Patriarchalis, ex Canone Concilij Niceni, & 49.*
- 39 *Patriarcha dicebatur Ethnicorum Sacerdos.*
- 40 *Patriarcha inter Israelitas, seculares Principes.*
- 41 *Patriarcha dictus Iudeorum Sacerdos.*
- 42 *Patriarcha Iudeorum munus numeratur in C. Iustiniano, & Theodosiano.*
- 43 *Theodosius Magnus denegavit Iudeis usum Synagogarum.*
- 44 *Patriarchatus Iudeorum evanuit ab Imperio Theodosij.*
- 45 *Patriarcha vox ad designandas Dignitates Ecclesie non fuit recepta, & est*

- que ad extinctum munus Patriarche Iudeorum.*
- 46 *Dignitates Ecclesiasticae distinctae in Concilio Constantinopolitano I.*
- 47 *Concilium Constantiopolitanum distinctavit Ecclesias Antistitum Catholicorum, & Haeeticorum.*
- 48 *Episcopi ante Concilium Constantiopolitanum I. Primatus, Exarchi dicti.*
- 50 *Alexandrini, & Antiocheni Antistites, usque ad Imperium Theodosij Titulo Episcoporum Honorati.*
- 51 *Patriarcha appellati Episcopi Primarum Ecclesiarum post Theodosium, praecipue Antiocheni Alexandrini, & Constantinopolitani.*
- 52 *Archiepiscopus Toletanus Natio Iure Dignitatis Titulo Illustrissimi venerandus.*



DE

D
T
O
cha
cel
len
tut
Sar
mi
An
Sup
fus

I
de L
sub G
nic. li
pan.
par.
à Vic
gor.
1. Pe
101
2. cap
Conj
Reg. C
de M
ftian
disp.
Sac.
Petr
de P
dor.
de lib
navit

DE HONORE DEBITO ARCHIEPISCOPO
Toletano, tanquam Hispaniarum Primati: deque Primatus
Origine. Cuius clavem regit Eminentissimus Dom. D. Pas-
chalius ab Aragonio Folch & Cardona. Qui post natiuam Ex-
cellentiam (filius enim Illustrissimorum, Illustrium, Excel-
lentissimorum Ducum de Segorue, & Cardona) propria vir-
tute (ex quo, vt de Alexandro Seuero dicitur clarior) Sacram
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ purpuram meruit, Catholicissi-
mi Nostri Regis Excellentissimam legationem ad Summum
Antistitem, Summamque Neapolitani Regni Præfecturam
Supremæ, ac Sanctæ Inquisitionis voluntate Regia gladium
fufcipere, vtque in Sexemvirali aula, ad curam Hispanici
Imperij Constituta vltimo Magni Philippi Elogio, sub
minoritate Caroli Regis Nostri Sexemvir Dig-
nissimus adnumeraretur.

GLOSSA VIGESIMAPRIMA.

DE Primatu Ecclesiæ To-
letanæ, post *cap. Cum longè*
63. dist. latè agunt Garc.
de Loais in annotat. ad Concil. Toletan.
sub Gundomar. Reg. Morales in Chron-
nic. lib. 11. cap. 73. Marian. Histor. His-
pan. lib. 9. cap. 11. Azor instit. Moral.
par. 2. lib. 3. cap. 3. Narbon. de appellat.
à Vicar par. 2. fundam. 1. à num. 1. Greg-
gor. Lop. l. 9. verbo Primado, tit. 5. par.
1. Petr. Gregor. lib. 15. Syntagm. cap.
10. num. 13. Conrad. Templ. iudic. lib.
2. cap. 3. nu. 4. Boer. de auctorit. Magn.
Consi. num. 54. Camil. Borrel. de Præst.
Reg. Catholic. cap. 46. num. 60. Moscon.
de Maiestat. Eccles. par. 1. cap. 8. Seba-
stian. Cæsariens. Hierarch. Ecclesiast.
disp. 4. §. 3. num. 11. Ioan. Filefac. de
Sacr. Episcop. author. cap. 9. §. 15. Dom.
Petr. March. Archiepisc. Tolosan.
de Primat. Lugdunens. à nu. 124. Theo-
dor. Reinling. de regimin. Sacul. & Ec-
cles. lib. 3. clas. 2. cap. 3. num. 22. Impug-
nauit Primatum Sebastian. Cæsariens.

Hierarch. Ecclesiast. disp. 4. §. 5. per tot.
instructa acie Acun. Bracharés. tract.
de Primatu Eccles. Bracar. per tot. qui
fundaméta vtriusque partis pro Bra-
charenfi adducit ex cap. 27. cum seqq.
Dom. D. Didac. de Castrejon de Pri-
macia de Toledo, contra Bracharenfi
Episcopum omnia congesit, vbi vi-
denda.

2 Sed cum Primatum obtinere
Toletanum Archiepiscopū, procul-
dubio fateamur, obtestemurque licet
Cardinalitia clamide non rubescat,
ratione Primatiæ *Illustrissimum* ap-
pellari, legitime statutum in lege no-
stra Narbon. in hac lege, *Glos. 10.* Et
si ratione Archiepiscopalis munetis,
etiam ei competere in dubium sit, *l.*
Ad similitudinem, Gothofred. & Bald.
C. de Episcop. & Cleric. Bart. l. Omnes po-
puli, quest. 14. de iust. & iur. Azor instit.
Moral. par. 2. lib. 3. cap. 27. quest. 1. vers.
Episcopus, Dionis. Paul. de quatuor Pa-
triarch. cap. 17. num. 19. & 20. Seba-

stian. Cæsariens. Hierarch. Eccles. disp. 6. §. 1. num. 4.

3 Primas enim idem est quod Princeps, seu qui Primum in Republica locum tenet, sic inuenimus receptum inter Israelitas. Apud eos enim Supremi Iudices, familiarum capita, Principes dicebantur, Exod. cap. 18. *Et electis viris strenuis, ac toto populo constituit eos Principes populi, Deuteronom. cap. 1. Et constitui eos Principes, Iosue cap. 23. Vocauit Iosue omnem Israel, maioresque natu, & Principes. Et cap. 24. Paralipomen. 1. cap. 29. & 2. cap. 19. In Hierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Israel, Hierem. cap. 26. Et locuti sunt Sacerdotes, & Prophetæ ad Principes. De quo passim apud Sacros libros obseruatum, vsque ad Romanorum tempora, Ioseph. lib. 20. antiquit Claud. Cæsar. Principibus Senatui, Populo, Gentique Iudæorum, Caro. Sygon. de Republ. Hebræor. lib. 6. cap. 3. & 4. Franc. Halier. Hierarch. Eccles. lib. 4. cap. .art. 3. Lorin Comment. in Act. Apostolor. cap. 17. vers. 4.*

4 Quod à Romanis acceptum Primatum Titulo, ac Honorifica denominatione indigitarunt his, quibus commissum fuerat Primum munus Dignitatis in Ciuitatibus, l. Scitiam, §. Ordine, de legat. l. fin. C. de offic. diuersor. iudic. Rubric. C. de Alexanarin. Primatib. lib. 11. vbi Luc de Penna, & Anton. Pérez, num. 1. l. Quicumque, C. de Decurion. lib. 10. num. 6. a mayarabr. C. de Decurion. lib. 10. Ioan. Filefac. de Sacr. Episcop. authorit. cap. 9 §. 8. & sequentib. Gutther. de offic. Dom. August lib. 2. cap. 15. & lib. 3. cap. 7. Loais. in not. ad Concil. Toletan. XIII. cap. 8. Tiraq. de Nobilit. cap. 37. nu. 38. Narbon. de Appellat. a Vicar. ad Episcop. par. 2. fundam. 1. num. 8. Acun. de Primat. Eccles. Bracharens. cap. 1. num. 9.

5 Ad exemplum enim Romani Imperij Ecclesiasticum Regimen ab Apostolis digestum fuisse, patet ex

cap. Vrbes, cap. In illis 80. dist. cap. Pro-
uincia 91. dist.

6 Quod eleganter deduces, si attentè legeris, cap. Cleros 21. dist. ibi enim munera Ecclesiastica ad normam Gentiliū Statuta, vbi Ecclesiæ Præful Summus Sacerdos, Diuine Petri Successor Pontifex Maximus nuncupatur, dict. cap. Cleros: Pontifex Princeps Sacerdotum est, quasi via sequentiū, ipse, & Summus Sacerdos, ipse, & Pontifex Maximus nuncupatur. Ipse enim efficit Sacerdotes, atque Leuitas. Ipse omnes ordines Ecclesiasticos disponit. Ipse, quod vnusquisque facere ostendit. Nominè deducto tam à Iudæorum Republica, in qua Summus Sacerdos Pontifex indigitabatur, Ioseph. antiquit. Iudaic. lib. 11. cap. 1. l. lib. 12. cap. 3. Rex Ptholomeus Eleazaro Pontificis. Et Atheniensium decreto Hircano Pontifici, lib. 14. cap. 16. lib. 20. cap. ult. Carol. Sygon. de Republ. Hebræor. lib. 5. cap. 2. Histor. Pontific. iurisd. lib. 7. cap. 1. a num. 11.

7 Quam Romanorum, qui etiam Pontificem Maximum nominabant illum, cuius curæ res Sacræ commissa, Liu. lib. 1. Pontificem deinde Numam Marcium Marci filium ex Patribus legit. Et postea: Cateraque omnia publica, priuataque Sacra Pontificis Scitij subiecit, l. 2. de Orig. iur. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. Cornel. Tacit. lib. 3. Annal. Summum Pontificem, etiam Summum hominum esse, vbi Lyps. num. 130. Carol. Sygon. lib. 1. de antiq. iur. Ciuium Romanor. cap. 19. Rosin. antiq. Roman. lib. 3. cap. 22. Iacob. Gutther. de veter. iur. Pontific. lib. 1. cap. 4. & sequentib. Stephan. Pigio. Annal. Roman. lib. 1. fol. 30. Alex. ab Alex. diem. gentil. lib. 6. cap. 12. Petr. Gregor. Syntagm. lib. 15. cap. 3. num. 9. & 10. & lib. 50. cap. 12. num. 8. Bullenger de Imper. Romanor. lib. 1. cap. 18 Philip. Beroald. in Sueton. in Iul. Cæsar, cap. 13. Brisson. de formul. lib.

8 Etiamque inuenies in dict. cap. Cleros, à principio Ecclesiæ Constitutu-

tutos fuisse Primarijs in Ciuitatibus, ac Metropolitans Sacerdotes, ac Operarios ad seminandam fidem, Episcopos dictos, *Act. Apostol. c. 20.* D. Paul. ad *Philippen cap. 1.* Euseb. *Cæsariens. lib. 3. Histor. Ecclesiast. cap. 4.* qui & Speculatores essent Sacrarum rerum, *dict. cap. Cleros, Azor Instit. Moral. lib. 3. cap. 27. quæst. 1.* Gonçal. *Regal. 8. Chancellar. Gios. 42. num. 18.* Belarmin. *de Roman. Pontific. lib. 3. cap. 24.* August. *Barbof. tract. de Potestat. Episcop. tit. 1. cap. 2.* Sebast. *Cæsariens. Hierar. Eccles. disp. 6. §. 1. nu. 1.* Anastas. *German. de Sacr. immunit. cap. 8. lib. 3.* Fragos. *de Regimin. Reipubl. lib. 8. par. 2. disp. 18. §. 1. à num. 1.*

9 Sicuti Gentiles, vt ex *dict. cap. Cleros, cap. In illis 80. dist.* in illis habebant Sacerdotes Archiflamine, ac Flamine, secundum post Pontificem tenentes locum, *Lin. dict. lib. 1. Haic daos flamine adtecit Marti vnum, alterum Quirino, Tacit. Lypf. Pigh. Rosin. Gutther. Sygon. dictis in locis, Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 6. cap. 12.* Adrian. *Turneb. aduersar. lib. 3. cap. 3.* qui Sacra facerent, *Aul. Gel. not. Anticar. lib. 10. cap. 5.* Petr. *Greg. lib. 15. cap. 11. & lib. 16. Syntagm. cap. 8. num. 29.* Carol. *Sygon. de antiquit. iur. Ciuim Roman. lib. 1. cap. 19.* Iacob. *Gutther. de veter. iur. Pontific. lib. 1. cap. 31. & 32.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 6. cap. 12.* Rosin. *antiq. Roman. lib. 3. cap. 15. & 16.*

10 Ludisque in Honorem Deorum Instituti præessent, *In Honorib. de vacat. muner. l. Sponte, de Munerib. & Honor. Quos sequete æuo nominatos fuisse Aisarcos, Bithiniarcos, Capadociarcos, Phyniciarcos, & Syriarcos, seu Alytarchas, constat l. 2. C. de Cupres. ex Luc. Daph. lib. 11. de qua meminimus in l. 34. tit. 7. lib. 1. à num. 71.* Syriarch. *l. vnic. C. de offic. Comit. Orient. l. 2. C. de expens. ludor. in Cod. Theodof. l. 1. C. de naturalib. liber. de quo post Gotthofred. in dict. l. In Honorib. de vacat. muner. dict. l. 1. C. de offic. Co-*

mit. Orient. lib. 2. cap. 13. Cerd. & Pamel. *in Tertul. de spectacul. cap. 11.* post Cujac. *Pancirol. Petr. Fabr. Bullenger. Amaya in l. 3. num. 10. C. de munerib. & Honorib. lib. 10.*

12 Illi etiam Sacerdotes Gentiles, quibus Deorum, ac Sacrarum rerum cura Suprema commissa est, quia in Primatibus Ciuitatibus ex Patritio genere nominabantur, Primi Flamine dicebantur, *Rosin. antiquit. dict. cap. 15.* Archiep. *Tolosan. de Primat. Lugdunens. num. 57.* à quo Primi Episcopi, seu Primates dicti in Alexandria, & Anthiochia nominati, *cap. In illis, dist. 30.* tam ex eo, quod Primi à Diuo Petro Constituti, quam quod præerant in Primarijs, seu Prætorijs Ciuitatibus, Capitibusque Diocesum, *Epist. 2. Steph. I. Nulli enim Metropolitanis, aut alij Episcopi appellantur Primates, nisi hi qui Primas Sedes tenent, & quorum Ciuitates antiqui Primates esse censuerunt, Canon. 19. Collect. Concil. Afric. in ad Primatum Prouincia, cap. Si Clericus 11. quæst. 1.* Pergat ad ipsius Diocesis Primatem, ex *Concil. Nicen. & Iulij I. Epist. Anton. August. Epitom. iur. Pontif. lib. 2. tit. 1. cap. 1.* Ioan. *Hugon. de offic. quatuor Pralator. 4. par. §. erant etiã, Ioan. Filefac. de Sacr. Episcop. authorit. §. 8.* Theod. *Reinsing. de Regimin. Sacular. & Ecclesiast. lib. 3. cap. 3. clas. 2. num. 20.* & *sequentib. Azor Instit. Moral. lib. 3. cap. 35.* Couarru. *variar. lib. 4. cap. 14. num. 11.* Anastas. *German. de Sacr. immunit. lib. 2. cap. 15. num. 17.* Acun. *de Primat. Bracharen. cap. 1.* Petr. *Marcha Archiepisc. Tolosan. de Primat. Lugdunens. à num. 2.* Reusel. *Histor. iurisd. Pontif. lib. 2. cap. 2. per tot.* Lorin. *Commentar. in Act. Apostolor. cap. 10. vers. 47.*

13 Primatibus enim his, seu Primis Episcopis cura, seu Superior gubernatio minorum Episcoporum cõmendata erat, habebantque in eos Iura, de quibus Anton. *August. Epitom. iur. Pontif. par. 2. lib. 3. cap. 35.* Seba-

bastian. Cæsariens. Hierar. Eccles. disp. 4. Acun. de Primat. Brachar. ex cap. 5. Fragos. par. 2. lib. 7. disp. 16. §. 1. Reufel. Histor. Pontif. iurisd. dict. cap. 2. Fräcisc. Halier. Monarch. Eccles. lib. 4. cap. 2. per tot.

14 Hinc Summus Romanæ Ecclesiæ Præful, cum Ecclesiæ vniuersalis, Catholicæque caput sit, Orbis, Episcopatumque obtineat, Primas dictus, seu Primæ Sedis Episcopus, cap. Primæ 89. dist. cap. Constantinopolitana, cap. Sacrosancta: Ab ipso Domino Salvatore Nostro Primatum obtinuit 22. dist. Quod ex Chalcedonensis Concilij Canonibus Pelagij, & aliorum Pontificum Epistolis, comprobatur Marcha Archiepiscop. Tolosan. de Primat. Lugdunen. à num. 6. & de concord. Sacerdot. & Emper. lib. 1. cap. . Azor dict. lib. 3. cap. 22. quest. 2.

15 Hinc etiam Alexandrina, & Antiochena Sedes Primariæ dictæ; il. 16. la, quia in ea tanquam Ægyptiaci Regni Principe D. Marcus, ex Diui Petri iussu, D. August. cap. 18. Leo Papa Epist. 53. & 81. D. Gregor. lib. 5. Epist. 60. & lib. 6. Epist. 37. Synesius Epist. 66. Euseb. Cæsariens. lib. 2. Histor. Eccles. cap. 16. Primus Verbum Dei prædicauit, ibique erat Iudæorum Templum à tempore Ptholomei Regis, Ioseph. lib. 7. de Bell. Iudaic. cap. 0.

17 Hæc (Antiochena scilicet) Regina Orientis fuit Prima Sedes ab ipso D. Petro fixa, vt præter adducta num. 12, deducitur ex cap. Mos antiquus 65. dist. cap. Sacrosancta 22. dist. cap. Rogamus 24. quest. 1. Anton. August. Epit. iur. Pontif. lib. 2. tit. 3. Azor lib. 3. ex ca. 35. Acun. de Primat. Eccles. Brachar. cap. 4. & 5. Petr. Gregor. lib. 15. Syntagm. cap. 6. & 7. Sebast. Cæsariens. Hierarch. Eccles. disp. 4. §. 2. Belarmin. de Roman. Pontificio. lib. 1. cap. 24. Dionis. Paul. de quatuor Patriarch. cap. 7. & 8. Franc. Halier. Monarch. Ecclesiast. dict. lib. 4. cap. 3. art. 3. §. 1. Et 18 quia in ea insignis Iudæorū erat

Synagoga, vt ex Act. Apostolor. cap. 13. & sequentib. Ioseph. de Bell. Iudaic. lib. 7. cap. 21. à temporibus Anthiochi Epiphani Regis, Anton. Augustin. Epitom. iur. Canonie. lib. 2. tit. 1. Azor Instit. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 35. Sebastian. Cæsariens. Hierarch. Ecclesiast. disput. 4. Acun. de Primat. Brachar. ex cap. 5. Fragos. de Regimin. Reipubl. 2. par. lib. 7. disp. 16. §. 1. & sequentib. Halier dict. §. 1.

19 Harum enim Ciuitatū Episcopi Alexandrini, & Anthiocheni (in quam) magnam, ac Supremam Dignitatem habebant, magnisque Iuribus, ac Priuilegijs gaudebant, sed sub nomine Primatum. Non enim à principio Patriarchali denominatione decorabantur, vt defendere conatur Dionis. Paul. de quatuor Patriarch. cap. 2. & 3. Sebast. Cæsariens. dict. disput. 4. Acun. dict. cap. 2. latius Franc. Halier dict. lib. 4. ca. 3. per tot. Fragos. dict. disput. 17. §. 3. & sequentib. Vbi 21 Patriarchatum Antiochenum à Sancto Euodio: Alexandrinum à D. Marco deduxit. (De Patriarcha Hyerosolimitano, & Constantino 22 politano non loquor; hæ enim Sedes ad nostram quæstionem adducendæ non sunt, cum ab alia deducantur Origine: vt latè Francisc. Halier. dict. lib. 4. par. 3. art. 2. §. 2. Sebastian. Cæsariens. dict. disput. 4. Acun. dict. cap. 2.)

23 Quod ex cap. Sacrosancta, dist. 22. euidentissimè patet, vbi, & Romana Summa Sedes denominatur Primatiali Titulo; & etiam Alexandrina, & Antiochena, non sub Patriarchali.

25 Nec obijcias, doctissimè Lector, quod dict. Capituli, verba deducta sint ex Epist. Nicolai II. Pontificis ad Mediolanenses scripta, qui Pontificatum obtinuit anno 1088. Ideoque ad rem non sint, cum antiquitus ex D. Anacleti Epistola relata in cap. Prouincia 91. dist. & ex D. Isidoro in cap. Cleros 21. dist. habeamus in Episc-

copali ordine primum locum obtinuisse Patriarchas, nec de Primatu mentionem fuisse, quod dicendum non videbatur, si à principio Primatialis ordo maior Patriarchali esset.

26 Nam ad elidendam hanc objectionem, & ne cum Anacleti, & D. Isidori autoritate in arenam descendamus, notandum primo, quod Epistola Anacleti, ex qua deductum fuit *dict. cap. Prouinciae*, non absolutè est recepta Francisc. Halier. *Hierarch. Eccles. lib. 4. c. 3. art. 3. §. 2. vers. Quare.*

27 Secundo, quod verba *dict. ca. Cleros*, non sunt necessario referenda D. Isidoro, cum multa in decreto sint nomine D. Isidori compilata, quæ nec visa, nec dicta fuerint ab Illustissimo Hispalensi Nostro, Petr. Marcha de Primat. *Lugdun. à num. 6.* Nam 28 vt ex ipso patet post obitum D. Isidori anno 636. adiecta sunt suæ collectioni, quam plura Conciliorum Decreta, Pontificumque Epistolæ, quæ nouiter lata, ac Constituta fuerant, vt autoritatem reciperent, sub nomineque tanti viri decorarentur cum subscripta inuenirentur in Decreto tanquam deducta ex operibus, & Collectione Isidorica, vtar verbis Archiepiscopi, *num. 8. Vberior ista Collectio publicata est sub antiquo Isidori Hispalensis nomine, teste H. Nimaro, Epist. 8. cap. 22. ad Conciliandã scilicet auctoritatem nouis illis Epistolis, quæ tunc præfixis veterum Põtificum Titulis interpollata sunt. Ab illo vero auctoritate plane intercidissent, si nouitij, & incogniti omnino Collectoris nomine, nempe Isidori Mercatoris; vt vulgo putant, præuissent, Ioan. Felisac. de Sac. Episcopor. auctorit. cap. 9. §. 1.*

29 Cõstitutio enim *dict. cap. Cleros*, fortasse de adiectis est Collectioni Isidori, cum nec illã deducat Gratianus ex alio Conciliari, aut Pontificali Decreto, ni ex *lib. 7. Ethimolog. cap. 12.*

30 Quare verisimul credimus (omitto Summam Sedem) Alexandrinam,

& Anthiochenam Sedem Primatiali Honore decoratas, non Patriarchali, vsque ad sequentis ætatis tempora. Vide Archiepiscopum Tolosanum de his loquentem, *lib. 1. de concord. Sacerdot. & Imperat. cap. 3. num. 5. Iuris istius quasi possessione in piersque Prouincias conspicuè erant tres illæ Imperij Romani Ciuitates, Roma Orbis Domina, Alexãdria Aegyptiaci Regni Princeps; & Antiochia Regina Orientis. Quorum Ciuitatum Episcopi eximij. Præuilegijs gaudebant, quæ consuetudini, & moribus firmata primum, postea Nicœna Synodi decreto sancita sunt. Sane alsimulandum non est eo Canone tres illos Antistites Episcoporum tantum, vel ad Summum Metropolitanorum nomine cenjeri, qui Saeculo sequenti in Concilio Ephefino Archiepiscoporum Titulo aucto in Concilio Constãtinopolitano Exarchorum Dioceseos Dignitate decorati. Tandem in Concilio Chalcedonensi promiscuè Archiepiscopi, Exarchi, & nouitia dictione Patriarchæ sunt appellati. De quo videndus Hugon. *dict. par. 3. vers. Erant, KOKIER in Constitut. Concil. Lateranens. par. 1. §. 2. num. 3. Theodor. Reinring. de Regimin. Saecular. & Eccles. lib. 3. clas. 3. cap. 3. num. 25.**

31 Nec mireris si adhærendo assensui tanti viri cõcedamus Primogenituram inter Ecclesiasticas Dignitates Primatibus, cum & si Scriptores indistinctè teneant Patriarchalem Primam fuisse etiam à tempore Apostolorum, & qui magis tribuunt Primatibus asserant, idem esse munus, quod Patriarchale, distinguique nomine tantum, vt ex *dict. ca. Prouincia 99. dist. cap. Cleros 21 dist. vbi Glos. Cassan. Cathalog. glor. mundi, par. 4. cons. 9. Conrad. templ. iudic. lib. 2. cap. 3. §. 1. num. 4. Galganet. de iur. public. lib. 3. tit. 7. à num. 1. Loais. ad Concil. Tolletan. 13. cap. 8. Azor instit. Moral. lib. 3. cap. 35. & 36. Fragos. Regim. Cleric. Reipubl. par. 2. lib. 7. disp. 16. §. 2. nu. 3. Acun. de Primac. Eccles. Brachar. cap. 1. 2. & 3. per tot. Gonçal. Regul. 8. Chan-*

cellar. *Glof. 41. num. 5.* Sebast. *Cæsariens. Hierarch. Eccles. disp. 4. §. 1. nu. 2.* Dionis. Paul. *de quatuor Patriarch. cap. 19. num. 9.* Ioan. Honor. Van. Agel. *lib. 1. Decretal. tit. 31. num. 24.* Adam Contz. *lib. 6. Politic. cap. 36.* Ioan. Felisac. *de Sacr. Episcop. authorit. cap. 9. §. 8. & sequentib.*

33 Quod præcipuè apud Nos receptum ex dispositione, *l. 9. tit. 5. par. 1.* patet, sequente Canonum, ac Scriptorum placita: *E Primado, tanto quiere dezir, como Primero despues de el Papa: essa mesma Dignidad tiene, que el Patriarca. Como quiera, que los nombres sean de Partidos.*

34 Nam si verum amamus, antiquosque Conciliorum, ac Pontificû Canones recolimus, Historiæque Ecclesiasticæ rudimenta, dicendum est Patriarchas idem esse, quod Primates; non è contra, cum Primarum Ciuitatum Episcopi, quique Primâ in Diœcesibus, aut Exerchatibus, Potestatem habebant, Primates dicerentur apud Orientales Ecclesias à tempore Apostolorum, *Canon. 6. Nicen. Concil. vsque ad Theodosij Imperium, cap. Nulli 99. dist. cap. Quâuis 3. quest. 7. dist. 8. per tot.* Ibo Carnotens. *in Decreto, par. 5. cap. 54.* Anton. August. *Epitom. iur. Canon. lib. 2. tit. 1. cap. 6. & tit. 2. cap. 2. & tit. 3. cap. 6. tit. 14. cap. 1.* Archiepiscop. Tolosan. *de Primat. Lugdunens. a num. 2.*

35 Apud Occidentales vero absolute, vt post Ibonem, Anton. August. & Archiepisc. Tolosan, qui hoc comprobant ex Concilijs Taufirensibus, Africanis, Brachar. I. Toletan. III. & IIII. Innocentij, aliorumque Pontificû Decretis, patet ex *cap. vlt. de Maiorit. & obediēt. cap. definimus 22. dist. cap. vlt. de Dilationib. & Doctores congesti à Sebast. Cæsariens. disp. 4. §. 3. à num. 8.* Azor *dict. lib. 3. cap. 35.* Barbof. *de Potest. Episcop. tit. 4. cap. 7.* Renat. Chopin. *de Sacr. Politic. lib. 2. tit. 4. num. 15.*

36 Vsque tempora Athaul-

phi Gothorum Regis, sub cuius Imperio fuit audita Patriarchalis vox apud Occidentales, vt ex Calsiodor. *lib. 9. Epist. 15.* patet, & notat Archiepisc. Tolosan. *de Primac. Lugdunens. num. 20.* Carol. Sygon. *de antiquit. iur. Ital. lib. 2.*

37 Et quamvis Azor *dict. par. 2. lib. 3. cap. 26. quest. 8.* ex Anacleti Epistol. *in dict. cap. Prouinciæ,* & ex Niceni Concilij Decretis teneat, Patriarchalem Dignitatem ortam à tempore Apostolorum. Et Fragos. *dict. lib. 7. disp. 16. §. 3.* Anton. August. *dict. lib. 2. tit. 3.* Azor *Instit. Moral. lib. 3. cap. 35.* Acuña. *de Primat. Bracharens. cap. 4. & 5.* Petr. Gregor. *lib. 15. cap. 6. & 7.* Sebast. Cæsariens. *Hierarch. Eccles. disp. 4. §. 2.* Dionis. Paul. *de quatuor Patriarch. cap. De Patriarchali Iure, Alexádrido, Antiocheno, Hierosolimitano, & Constantinopolitano agant, de quibus cap. Antiqua, de Priuileg.*

38 Adhuc credimus, quod Suprema Potestas Ecclesiastica, Primusque ordo inter Episcopos concessus fuit, ac cognitus sub nomine *Primatis, non Patriarchæ.* Primo ex verbis Concilij Niceni, *Canon. VI. & mente Concilij Constantinopolitani I. relati in cap. Constantinopolit. 22. dist. seruata à Sebast. Cæsariens. Hierarch. Ecclesiast. dict. disp. 4. §. 6.* qui quamvis Patriarchis concedidit Primum in Ecclesiæ locum ex *dict. cap. Cleros,* sic loquitur: *Cæterum omisso hoc intellectu, verius resoluedum videtur, attentis quidem antiquis Canonibus, inter quos Decretum illius textus, reperitur in Concilio Africano, cap. 88. Mileuitano, cap. 24. Primatis ibi nomen propriè accipi, pro Primate, de quo agimus. Eo enim tempore Primates tantum appellabantur Prælati, Prouinciarum capita, à sumenda Prouincias, iuxta antiquam Romanorum diuisionem. Quibus consonam, quæ latè congerit Reufel. *Histor. Pontif. iurisd. lib. 2. cap. 2. per tot.**

39 Secundo, ex eo quod & si verû sit

fit

fit, quod hoc Patriarchale munus incognitum non erat inter Gentiles; nam illorum Sacerdotes Patriarchas indigitatos asserit Cassaubon. *in not. ad Vopisc. in Tyran. pag. 249.* Francisc. Halier. *Hierarch. Ecclesiast. lib. 4. cap. 3. art. 1. §. 1. vers. Montani*, quamvis illū refutet ex Salmaf. D. Franc. de Amaya *in l. vnic. num. 24. C. de Auro Coronar. lib. 10.*

40 Propriè, ac priuatè Patriarchæ erant, Israelitici Populi, & Imperij æuo, Sæculares Principes Capita Tribuum, Paralipom. *cap. 8. H. sunt Patriarchæ, & Cognationum Principes, qui habitauerunt in Hierusalem.* De quo *Glos. ordinar. Hi Patriarchæ, idest, Principales inter Primates.* Ac familiarum, vt de Abrahâ Patriarcha, Carol. Sygon. *lib. 1. in Sacr. Histor. Sulpic. fol. mibi 751.* Franc. Halier. *Hierarch. Ecclesiast. lib. 4. cap. 3. art. 1. §. 1.* Iudicisque Supremi, Paralipom. *cap. 19. Iosaphat Rex constituit Leuitas, & Sacerdotes, & Patriarchas ex Israel.* Carol. Sygon. *de Republ. Hebraeor. lib. 7. cap. 6.*

41 Nec Patriarchalis vox Sacram Dignitatem demonstrabat ante Christi aduentum. Post Christum enim à tempore Gamalielis, oblito Pötificis nomine, Patriarcha dictus Iudaicæ Sectæ Supremus inter eos Sacerdos, vt ex D. Hieron. *aduers. Rufin. D. Cyrilo, & Epiphani.* Franc. Halier. *Hierarch. Ecclesiast. lib. 4. cap. 3. art. 1. §. 1.* Baron. *tom. 3. Annal. ann. 327. num. 11.* Pancirol. *variar. lib. 2. cap. 180.* August. Barbof. *l. Iudæorum, C. de Iudæis.* Nam, & si à tempore Titi Ciuitas, & Templum Hierosolymitanum subuersum fuit, Tacit. *lib. 5. Histor. Ioseph. lib. 7. Bell. Iudaic. cap. 5.* Euseb. Cæsariens. *in Chronic. Niceph. Calixt. Ecclesiast. Histor. lib. 3. ex cap. 4.* Paul. Orosi. *lib. 7. cap. 9.* Egesip. *lib. 5. de excid. Urb. Hierosol.* concessum erat Patriarchæ Iudæorum res, ac Synagogas regere D. Hieron. *ad Galat. c. 6.* Imperatorū Gentiliū permissu.

42 De his Patriarchis mentio est, & in Iustiniano, & Theodos. *Cod. l. Iudæorum, C. de Iudæis, l. 1. l. 2. l. 8. l. 11. 13. & 14. l. 27. & 29. C. de Celicol. & Samarit. in Cod. Theodos. Cuius adduct. à Gotthofred. in dict. l. Iudæorum, lib. 12. Obseruat. cap. 30. & lib. 16. cap. 3.* Franc. Halier. *Hierarch. Ecclesiast. dict. cap. 3. art. 1.* Ioan. Felisac. *de Sacr. Episcop. authorit. cap. 9. §. 7.*

43 Quod invaluit, vsque ad Theodosij Magni Imperium, à quo denegata Iudæis nouarum Synagogarum ædificatio, *l. Hic valitura, C. de Iudæis, l. vlt. eod. tit. in C. Theodos. vsque Iudaici erroris, Nouell. Theodos. tit. 3. de Iudæis, Samaritan. Heretic. & Pagan. l. Si quis, C. de Apostat. l. Iudæis, l. Nemo, & toto tit. C. de Iudæis.* Pariter, 44 & Patriarchatus Iudæorum euauit, vt ex *l. Iudæorum, C. de Iudæis, & l. vlt. eod. in Cod. Theodos. deducitur, notantque Amaya in l. vnic. num. 25. C. de Auro Coronar. lib. 10.* Et eleganter Petr. March. *de Concord. Sacerdot. & Imperat. lib. 1. cap. 3. num. 5.* Franc. Halier. *dict. lib. 4. cap. 3. art. 1. §. 1.*

45 Durante enim Iudæorū perfidia, Summoque illorum Sacerdote, sub nomine Patriarchæ (errorē suum sequentes) honorato, Catholicis Episcopis concessum non fuit; nec ab Ecclesia receptum vt Patriarchali nominatione decorentur. Ideo neque à Sanctis Ecclesiæ Patribus, neque à Concilijs hoc nomen Sacris in Cōstitutionibus auditum, vsquequo Patriarchæ Iudæorum exoleuerunt, vt elegāter Marcha *Concord. Sacerdot. & Imperat. lib. 1. cap. 3. num. 5.* Ab anno quadringentesimo quarto, ad annum quadringentesimum vigesimum nonum incidit Iudæorum Patriarcharum excessus ille, vt cum Theodosio loquar: quibus extinctis eorum nomen Archiepiscopis Christianorū communicatum est. *l. l. vlt. eod. tit. in C. Theodos. lib. 12. cap. 13.*

46 Quod comprobatur ex Socratis Hiltoria, *lib. 5. cap. 8.* & Nicephor. Calixt. *lib. 12. cap. 13.* tenentes Ecclesiasticorum Summas Dignitates

tes in Primo Constantinopolitano Concilio distinctas fuisse sub nomine Patriarcharum: *Et Prouincijs diuisis Patriarchas constituerunt*, vt ex verbis Concilij Constantinopolitani I. notat Dionis. Paul. *de quatuor Patriarch. cap. 6. num. 2.*

47 Nec obstat, quod ipse Dionisius Paulus ex Baron. *cod. cap. 6. n. 5.* proferat, in Concilio Constantinopolitano I. non fuisse institutam Patriarcharum diuisionem, sed discretionem Antistitum Catholicorum, ac Hæreticorum.

48 Nam, vt etiam alibi dixi, non agimus de munere Dignitatis, aut officij Primatum, ac Patriarcharum; sed de antiquiori origine huius vocis *Primatis*, ac *Patriarchæ*; cum vere idē sit iam iam Patriarchalis, & Primatialis Dignitas, vt diximus *num. 34.*

49 Quare adhærendum est assensui Archiepiscopi Tholosani dicentis, Patriarchalem Dignitatem posteriorem fuisse, Primatesque à principio dictos Primarum Sedium Episcopos, præcipuè lecta sententia Francisc. Halier. *Hierarch. Ecclesiast. lib. 4. cap. 3. art. 1. §. 2.* qui post longam originis Dignitatis Patriarchalis relationem, acceptionemque, inquit: *Adeoq̄ue apparet Patriarcha appellacionem Dignitate per nomen significata, posteriorem fuisse; ex usu tamen singulariter quibusdam conuenisse, quod cæteris maiores illi, ac Dignitate potiores vulgo censerentur.*

50 Et si antiquos Apostolorum, & Conciliorum Canones, Pontificū Epistolas (omissa Anacleti, de qua in *dict. cap. Prouincia*) Patrum scripta, Imperatorum Sanctiones, vsque ad tempora Theodosij, & Concilij Constantinopolitani I. recolimus, haud inuenimus Episcopos Patriarchas dictos, quamvis sub Primatum Archiepiscoporum, Exarchorum designatos. De quo vidēda, quæ congerit Franc. Halier. *dict. lib. 4. cap. . .* & quæ scripserunt Sebast. Cæsariens. Dio-

nif. Paul. Fragof. Azor, Barb. Acuña, & cæteri Doctores supra relati.

51 Suadeor etiam ad hanc sententiam, ex his, quæ patent in *Cod. Theodosiano, Iustiniano, & Authenticis*, à tempore enim Apostolorum, vsque ad Imperium Theodosij, Alexandrini, Anthiochenique Antistites Episcopi dicebantur. De quo *Canon. 6. Concil. Nicen.* quod sequentes Imperatores dixerunt, *Alexandrinum Episcopum, l. Cunctos populos. Et Petrum Alexandria Episcopum, l. Decere 3. Et à Cyrilo pia memoria, qui fuerat Magnæ Alexandria Ciuitatis Episcopus, C. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic. l. 1. l. 2. C. eod. in Cod. Theodof. l. 42. vt Reuerendissimus Episcopus de Alexandrina Ciuitate, l. 43. C. de Episcop. & Cleric. C. Theodofian. l. Quicumque, §. sicut Athanasius, & Theophilus, & Cyrillus sanctæ recordationis Episcopi Alexandrina Ciuitatis, C. de Heretic. & Manich. Anthiochenum, *dict. l. 2. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. & Optimo Episcopo Anthiocheno, & etiam Constantinopolitanum in l. Decernimus 13. C. de Episcop. Audient. dict. l. 2. Nestorij Episcopi Constantinopolitana Ecclesia, de Fid. Catholic. l. 45. Antistitis Urbis Constantinopolitana, C. de Episcop. in Cod. Theodof.**

52 Post Theodosium vero, postque Patriarchale Iudæorum munus extinctum, vt diximus, Constantinopolitanumque Concilium Primum nomen Patriarchale Episcopis concessum inuenio à Iustiniano in *l. Cognoscere 7. C. de Summ. Trinit. in l. Cartularij 25. sententia Patriarchæ ex iussione scripta Patriarchæ, l. Omnem 43. Epiphano Archiepiscopo Constantinopolitano, & Patriarchæ, C. de Episcop. & Cler. l. Sancimus 29. Apud Beatissimum Prouincia Patriarcham. Et postea: Aut Sanctissimus Patriarchis, l. Certissime, C. de Episcop. Audient. & latius videre licet in *Authent. Nouell. 3. 5. 7. & 9. Nouell. 42. 57. 67. 79. 85. & 123. cap. 25. & 28. & Nouel. 120. cap. 5. vbi inscriptiones sunt, Nouell. 3. Imperat. Iu-**

lin.

in August. Epiphani. Sanctissimo, & Beatissimo Archiepiscopo Regie Ciuitatis & vniuersali Patriarcha, Nouell. 7. Imperator. In August. Epiphani Archiepiscopo, & Patriarcha Constantinopolitano. Et in Nouell. 16. Idem Imperator (Iustinianus scilicet) & in Nouell. 15. Arthemio Sanctissimo, & Beatissimo Archiepiscopo Constantinopolitano, & vniuersali Patriarcha, & sic de cæteris.

Ex dictis euincitur, quam su-

prema sit Archiepiscopi Toletani Dignitas, nec Archiepiscopalis muneris tantum causa, sed Primatiæ, cui contexta Illustrissimi reuerentia, ex Canonicis Constitutionibus dignoscitur; præter ea quæ Theodor. Hoeping. de iur. insign. cap. 22. num. 47. enucleat, ex cap. Conquestus 9. quæst. 3. cap. Duo, de offic. ordinari. Decius, Socinus relati à Conrad. templ. iudic. lib. 2. cap. 3. §. 1. n. 24. De quo vidēda, quæ notamus Glos. 1.

A LOS ARZOBISPOS, Y OBISPOS SEAN todos obligados à llamarlos Señoria.

SVMMARIVM.

- 1 **E**piscope ab Imperatoribus Honorantur Titulis Reuerendissimorum, Beatissimorum, Amabilium.
- 2 Episcoporum munus Constitutum ad regimen Ecclesie.
- 3 Episcopatus est Dignitas. Culmen Dignitatum, 4.
- 5 Episcopi Hierarchie appellantur, quia Supremi in Ecclesia.
- 6 Episcopalis Dignitas illustris est.
- 7 Episcopi Spectabiles, & Illustres.
- 8 Episcopi ratione muneris dicuntur Imperatores, & Speculatores, ac Rectores ad consequendam spiritualem vitam.
- 9 Constantinus vocabatur Episcopus.
- 10 Episcopalis Dignitas Sacularis inter Romanos.
- 11 Episcopi inter Romanos curabant Respublicas.
- 12 Episcoporum munus inter Athenienses.
- 13 Episcopi Honorantur Titulo de Señoria.
- 14 Archiepiscopi Principes Episcoporum.
- 15 Episcopi funguntur temporali iurisdictione, ac sunt Proceres, & de Consilio Regis.
- 16 Episcopis inscribitur: Deel Consejo de su Magestad.
- 17 Episcopi Principes Hierarchie Ecclesiastica, 18. Constituti loco Archiflaminum, ac Flaminum.
- 19 Episcopi vtuntur licetoribus, ac fascibus.
- 20 Fasces sunt signa Potestatis.
- 21 Episcopalis muneris est agere Ecclesiasticas res.
- 22 Episcopi Regem comitare debent in Bello, ex l. 52. tit. 6. par. 1. & 38.
- 23 Episcopi non possunt personaliter adesse in Bello; neque etiam licetia interueniente Summi Pontificis, 24. Quod eum licentia Papæ possint Bellis adesse, ex Diana.
- 25 Ecclesiastici arma Sacularia arripere non debent.
- 26 Ecclesiastici in Bello, & si iusto inter Principes Catholicos actu, arma agere non possunt.
- 27 Ecclesiastici cõtra Infideles, inimicose Ecclesia belligerare possunt.
- 28 Matathias occidit Iudæum manu propria in Honorem Religionis.
- 29 Iudas Machabeus Bella gessit pro Religione.
- 30 Phinees occidit manu propria Zambrim, ob quod facinus meruit Sacerdotium.
- 31 Episcopi in defensionem Religionis Bellis adesse possunt, 33. & 35.
- 32 Samuel zelo Diuino Honoris occidit Agag Amalecitarum Regem.

- 33 *Episcopi Gallicani notati, ex quo Bella gerebant personaliter contra Regē, & Patria bonum.*
- 36 *Monachi ad bellum accincti ex Impio Decreto Imperatoris Valentis.*
- 37 *Don Raymundus Calatrauensis Ordinis Fundator, laudatus a Pontificibus ex gestis contra Mauros in Fidei,*
- & Religionis defensionem, & propagationem.*
- 38 *Ecclesiasticis licitum arma, ac Bella tractare pro propagatione Fidei Catholica, & 39.*
- 40 *Ecclesiastici etiam Episcopi pro defensione Patria pugnare permissum, ac præceptum.*

DE HONORE EXHIBENDO ARCHIEPISCOPIS, & Episcopis. Vbi agitur, an possint bellis assistere?

GLOSSA VIGESIMASECVNDA.

Clemētissimi, Pijsissimi que Theodosij (vt D. Ambrosij vtamur verbis, *lib. 2. Ep. 17.*) vestigia sequentes Catholicissimi nostri Reges; Iustiniani, aliorumque Imperatorum, Reuerendissimorum, Beatissimorum, Amabilium, Venerabilium, Religiosissimorum, Titulis Honorantium Episcopos, *l. Omne, C. de Sacra sanct. Eccles. l. Quoniam, cum Clericis 23. l. Decernimus 26. l. Nulli 28. l. Sancimus 46. l. Cum lege 50. l. Generaliter 5. C. de Episcop. & Cleric. l. 42. 43. & 45. eod. tit. in Coa. Theodos. Vt hac denominatione, nec ordo tantum, sed Dignitas cognosceretur, pariter statuerunt in lege Nostra: Que a los Arçobispos, y Obispos sean obligados todos a llamarlos Señora.*

2 *Episcopale enim munus, præterea quod a Deo Constitutum ad regimen Ecclesie, Act. Apostolor. cap. 20. Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 1.*

3 *Nec tantum est Dignitas, cap. Clericos 21. dist. 1. Nec Honore, C. de Episcop. 4 & Cleric. Sed culmen Dignitatum, cap. Venerabilis, de Præbenda, cap. Si per Ordinationem 63. dist. cap. Ordinaros 59. dist. cap. In nouo 21. dist. cap. Legimus 24. dist. cap. Quauquam 2. quæst. 6. Authent. de Sanctis Episcopis, Glos. in Procem. Sexti, verbo Episcopus, Cassan. Cathalog. glor. Mund. 4. par. consider. 25. Anatal.*

Germon. de Sacror. immunit. lib. 3. cap. 8. Azor Institut. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 27. par. 1. Augustin. Barbof. de Pastoral. sollicitud. tit. 1. cap. 2. Sebast. Cæsariens. Hierarch. Ecclesiast. disp. 6. Fragos. de Regimin. Reipubl. par. 2. lib. 8. d. sp. 18. §. 1. num. 6. Fulu. Pacian. de Probationib. lib. 2. cap. 28. num. 1. & 2. Marth. de iurisdict. par. 1. cap. 34. Villaruel Gonierno Ecclesiastico, par. 1. ut. 6. Cumulat alios Solorzan de Gubernat. Indiar. lib. 3. cap. 7. num. 2. Petr. Gregor. lib. 15. Syntag. cap. 11. & 12. Galganet. de iur. public. lib. 3. tit. 18. & 19. Homobon. de statat. par. 1. cap. 6. Theodor. Reinling. de Regimin. Secul. & Eccles. lib. 3. clas. 2. cap. 3. ex num. 13. Theodor. Hoeping. de iur. insign. cap. 22. num. 47. Franc. Halier. de Sacror. Institut.

Taliter vt à D. Dionys. *lib. de Ecclesiastic. Hierarch. cap. 2.* Episcopi Hierarchæ appellentur, tanquam Supremi in Ecclesia, Sebast. Cæsariens. *diēt. disp. 6.* Franc. Halier. *Ecclesiastic. Hierarch. lib. 1. sect. 1. cap. 2. vers. Sed fufius, ex Amphilochio in vita Basilij, & Diu. Chrysoftomo, Seru. de Sanct. Ioan. Theologo, Episcopum appellat, Magnum Hierarcham. Et cap. 3. per totum. Quod à Concil. Tridentin. acceptum vidimus, sess. 23. de Sacror. Ordinarum, cap. 4. Proince Sa-*

cro sancta Synodus declarat præter cæte-
ros Ecclesiasticos gradus Episcopos, qui
in Apostolorum locum successerunt ad
hunc Hierarchicum ordinem præcipue
pertinere, & positos, sicut ait idem
Apostolus Actor. 20. à Spiritu Sancto re-
gere Ecclesiam Dei, Halier. dict. lib. 1.
cap. 6. sect. 1.

6 Inde Scriptores post leges
Imperatorum, notarunt in l. 1. de of-
fic. eius, quod Episcopalis Dignitas
Illustris est, Barbat. de Præstant. Car-
din. quest. 1. par. 1. num. 42. Iass. dict.
l. 1. num. 8. Decius num. 18. Cephal.
conf. 1. num. 34. & conf. 2. num. 13.
Symanch. de Dignitat. Episcop. num.
14. Barbac. de Præstant. Cardin. par.
1. quest. 1. Iacobac. de Concil. lib. 1.
art. 3. num. 9. Valençuel. conf. 82. num.
63. Conrad. Templ. iudic. lib. 2. cap.
3. num. 7. & cap. 5. §. 4. num. 1. Inde
7 que Episcopos Spectabiles com-
pellandos, & Illustrissimos Vvol-
phang. Laz. de Republic. Roman. lib.
2. cap. 2. Balduin. cap. 2. Balduin.
cap. Cum accessissent, num. 6. de Const.
Speculator de iurisdict. omnium iu-
dic. Gregor. Lopez l. 3. tit. 14. par.
4. Bobadill. lib. 2. Politicor. cap. 17.
num. 15. Barbac. de Præstant. Cardi-
nal. dict. quest. 1. num. 42. Giurb. de
feud. §. 2. Glos. 13. à num. 59.

Neque tantum id ratione Dig-
nitatis, vt diximus, sed muneris, &
exercitij. Episcopi enim Inspecto-
res vitæ, & morum sunt, Spe-
culatores cap. Cleros 21. distinct. se-
quuntur Cassan. Germon. Cæsar,
Azor, Fragof. Villaroel, Francisc.
Halier. & adducti num. 5. dicen-
tes Episcopos esse Superintenden-
tes, curam agentes subditorum,
prouidentiamque perhibentes om-
nium rerum necessariorum ad con-
sequendam spiritualem vitam Theo-
dor. Reinring. de Regimin. Sacular.
& Ecclesiast. lib. 5. clas. 2. cap. 12. ex
num. 12.

9 Quod munus sub Episcopa-
li nomine sic habitum invenimus, vt

nec illud sibi adscribere adhuc de-
dignatus fuit Constantinus, Euse-
bio in eius vita, lib. 4. cap. 24. Gutthe-
rio de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 39.
Vos quidem intra Ecclesiam: Ego vero ex-
tra à Deo Episcopus Constitutus.

10 Erat enim inter Romanos
magna Sæcularis Dignitas dicta
Episcopalis, cuius curæ commis-
sum agere necessaria ad Ciuium an-
nonam, vitæque rationem, l. fin. §.
Episcopis, de Munerib. & Honorib. Pe-
trus Gregor. lib. 15. Syntagmat. cap.
2. num. 4. & lib. 47. cap. 31. num. 13.
Azor Institut. Moral. par. 2. lib. 3.
cap. 21. quest. 1. Sebast. Cæsariens.
Hierarch. Ecclesiast. disp. 6. §. 1. num. 2.
Michael Roufel. Iurisdict. Pontific. lib.
8. cap. 3. num. 3. Theodor. Reinring.
de Regimin. Sacul. & Ecclesiast. lib. 3. clas.
2. cap. 3. num. 13.

11 Et cui commendata summa
rerum creditæ Prouinciæ, vt ex Ci-
ceron. notat Roufel dict. cap. 3. num.
3. Hottoman. de verb. iur. verbo Epis-
copus, Verut. Brisson. & alij.

12 Quod ab Atheniensibus ac-
ceperant, qui Episcopos appellabant
quibus prima Rerum publicarum
cognitio committebatur, vt ex Sui-
da notat Stephan. Valent. de Bello Sa-
cro ad cap. 1. lib. 1. Machabæor. num. 53.
fol. 113. Carol. Syg. de Republ. Athen.
lib. 4. cap. 6.

At iure obiurgabor, si de mune-
re, officio, ac Potestate Episcopo-
rum, illorum cura, ac Ministerio spi-
rituali agere proponam. Nec etiam
de Archiepiscoporum Dignitate,
Præcedentia, Consecratione, Pal-
lio Sat enim ad Nostram legem suf-
ficiat iustè (vt diximus) cautum vt
appellentur Titulo de Señoria, cum
Archiepiscopi idem, ac Episcopi
sint, cap. Conquæstus 9. quest. 3. licet
præfulgeant Excellentioribus ra-
dijs, eo quod in Excellentiori, ac
vniuersali ditione præfecti sint, à
quo Principes Latine, Græce Ar-
14 eos dicuntur, & exinde Ar-

chiepiscopi, quasi Episcoporum Principes, vt post *dict. cap. Cleros 21. dist.* tenent adducti à Sebast. Cæsariens. *Hierarch. Ecclesiast. disp. 5. Azor Instit. Moral. lib. 3. cap. 33. tom. 2. Fragor. de Regim. Republ. Christ. par. 2. lib. 7. disp. 17. §. 1. Homobon. de stat. human. vit. par. 1. cap. 6. §. Tertium ferro, de Præcedent. quæst. 4. Galganet. dict. lib. 3. tit. 18. ex num. 3. Reinring. dict. lib. 3. clas. 2. cap. 3. num. 27. Theod. Hoeping. de iur. insign. cap. 2. ex num. 348. & cap. 22. ex num. 47. Anton. Frances tract. de intrusion. quæst. 119. n. 8.*

15 His ergo omisis obserua Supremam Episcoporum Dignitatem, è Regio iussu Titulo de Señoria præmuniri, non tantum ex eo, quod iurisdictionem temporalem habeant, vt voluit Villaroel *Gouerno Pacifico, par. 1.* Sed quod Proceres sint, ac Magnates Sebast. Cæsariens. *Hierarch. Ecclesiast. disp. 5. §. 1. num. 6.* Præcipue apud Nos, vt ex *l. 31. tit. 3. lib. 2. Ordinam. l. 4. tit. 4. lib. 2. Recopil. Pero si entraren Arçobispos, Obispos; porque estos son del nuestro Consejo.* Cuius vestigium extat apud inductam Praxim, vt eis rescribatur: *De el Consejo de su Magestad, Didac. Perez dict. l. 31. verbo Porque estos son de el nuestro Consejo, Bobadill. lib. 2. Politic. cap. 17. num. 15. Garc. de Nobilit. Glos. 9. num. 49.* Quod, & apud Gallos seruatum testatur Petr. Gregor. *lib. 47. Syntagm. cap. 25. num. 6.* adhibita distinctione per eum relata.

17 Sed quia Principes Ecclesiasticæ Hierarchiæ, Franc. Halier. *Hierarch. Ecclesiast. lib. 1. sect. 1. cap. 3.*
18 Et ad Regimen Ecclesiasticum fuffecti loco Archiflaminum, ac Flaminum Procerumque Primarijs in Ciuitatibus, Vvolphang. Laz. *lib. 2. rer. Romanor. Sebast. Cælar. dict. disp. 5. §. 1. num. 5. & 6.* Quamobrem Bobad. *dict. num. 49.* hæc de Episc. connectit: *Llamanse Iustres, y Espectables, y se equiparan al Prefecto Pretorjo. Ob*

19 id etiam Episcopi licitoribus, fascibusque utebantur, vt notat Baron. *Annal. anno 507.* quod flamini Diali permillum ab antiquis erat, Anastas. Germon. *lib. 1. Sacr. immunit. ca. 5. n. 21.*
20 Fasces enim (siue sit Iani commentum, vt ex Fabio Pictor. notat Petr. Gregor. *lib. 31. Syntagm. cap. 38. num. 1.* siue ab Euetulonis locis vsurpatum à Romanis, vt denotat Syluius Italicus.

Moeniaque decus quondam Vetulonia gentis, Biffenos prima illa dedit præcedere fasces.)

Signum erat Potestatis. *Infra Glos. 23. num. 79. & Glos. 29. num. 54.*

21 Sed cum Episcopalis muneris, vt diximus, tantum sit res Ecclesiasticas agere, vt apud Scriptores Ecclesiasticos videre licet, quærendum est vnde legitimè dicemus cautum *in l. 52. tit. 6. par. 1. Quod Episcopi teneantur in bello Reges comitari: Deuenir en baste con el Rey, & con aquel que embiare en sulugar, contra los enemigos de la Fe.* In qua latè Greg. Lop. qui ex D. Thom. Archidiacon. Præposit. & alijs, præcipuè Bald. *conf. 439. vol. 5.* conatur defendere non posse, neque in bello iusto etiam si Pontificia intercedat licentia, cum tantum ministrare Sacramenta, Orationes fundere suo muneri incumbat, à pugnaque, & cæde impolluti seruari debeant.

24 Nouissimè hanc quæstionem scripsit Pet. Anton. Diana *par. 10. Resolut. Moral. tract. 2. per tot.* qui quidè *Resol. 3. & seqq.* tenuit Episcopos, & Cardinales, neque tatum manu pugnare, sed neque exercitibus præesse, absque Summi Pontificis licentia valere.

25 Sed licet tanti viri doctrina hæc sententia fulciatur, quam plurimumque Theologorum auxilijs, vt videre licet apud ipsum: nec No

fugiant Maguntin. Syned. decreta, cap. 17. vt hi, qui Ecclesiæ mancipati sunt, Sæcularia excutere arma, arripereque Ecclesiastica debeant, quibus conspirant Carol. Imperator relata à Ibo Carnotens. in Decret. par. 5. cap. 332. Carolus Dei gratia Rex Francorum, & deuotus Sanctæ Ecclesiæ defensor, atque adiutor in omnibus Sanctæ Sedis hortatu omnium fidelium Nostrorum maximè Episcoporum, ac reliquorum Sacerdotum consulto seruis Dei omnibus per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem pergere omnino prohibemus nisi illis tantummodo, qui propter Diuinum Ministerium Missarum, solemnia scilicet adimplenda, & Sanctorum Patrocinia portanda allecti sunt, Bucard. lib. 1. cap. 218. Ant. August. Epitom. iur. Pontific. lib. 4. tit. 64. cap. 1. & 2. Martin Maguer. aduocat. armat. cap. 7. num. 390.

26 Nihilominus tamen Nostræ legis Hispanæ dispositionem seruandam esse, distinctèque cum ea procedendum tuetur. Aut enim bellum committitur inter Christianos Principes ad proprias iniurias vlciscendas, tunc licet iustum; Ecclesiasticos pugnare, armaque arripere non posse, verum est, sequendaque opinio Di-

27 næ, & ab eo adductorum: aut contra Infideles inimicosque Ecclesiæ pro ea geritur, quia inimici Ecclesiæ in eam insurgunt; tunc Ecclesiæ Prælatos comitari Principes Sæculares debere, vt Nostra lex Constituit, laudabile, & pium esse quis ambigit? 28 Exemplo Sacerdotis Matathia, qui violatam Religionem manu propria vindicauit, 1. Machabæor. 2. Et accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram. Quod referes Ioseph. antiq. Iudaic. lib. 12. cap. 8. prosequitur: Irruit in eum cum suis filijs armatus gladijs, neque solum eum trucidauit, sed etiã Appellem Regium Ducem cum suis militibus, qui volebant Plebem eam congere, dirutaque ara exclamauit: si cui est cordi

Religionis incolumitas me sequatur, laudat Cyprian. lib. de exortat. Martyrum cap. 5. relatus à Graciano cap. Si audieritis 23. quest. 5. his verbis: Cuius præcepti, & vigoris membra Matathias interfecit eam, qui ad aram sacrificaturus accesserat, Steph. Valent. de Bello Sacro, 29 ad cap. 2. lib. 1. Machabæor. Quot prælia, quot ærumnas aggressus non est, & perpeffus Iudas Matathia filius, eique suffectus? Quæ facinora pro Religione Iudaica non patrauit? 30 Scatet Sacra Pagina testimonijs. Sed neque à Sacerdotio exulauit tantquam homicida habitus, Religionis Protector Phinees Zambri confosfo, ob tantum facinus à Deo in Sacerdotium est euectus, Numer. cap. 25. Audi Diuinum testimonium: Dixitque Dominus ad Moysen Phineis filias Eleazari filij Aaron Sacerdotis auertit iram meam à filijs Israel, quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo: idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini eius pactum Sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Cum ergo facta hæc Deus non respuerit, sed potius dignatus sit, seu in defensam Religionis exhibita aduersus piaculares Diuinæ Maiestatis inimicos, vt Regius Psalm. Psalm. 105. cecinit: Et stetit Phineis, & placauit, & cessauit quassatio, & reputatum est ei iniustitiam in generationem, & generationem, vsque in sempiternum. De quo Marquez Governad. Christian. lib. 1. cap. 28. Quo pacto firmare conabimur, in tutamen Ecclesiæ Episcopos arma arripere, adesseque belligerationi non valere, loquente D.

Cypriano in dict. cap. Si audieritis, in hæc verba: Quod si ante aduentum Christi circa Deum colendum, & Idola spernenda hæc præcepta seruanda sunt, quando illa non verbis tantum nos hortatus est, sed, & factis? 32 Patet etiam 1. Reg. cap. 15. Agag. Regem Amalechitarum, à Sa-

muele Sacerdote interfectam : nec manus Sacerdotalis à vindicta (nam Diuina obtinuit) nec sanguinis effusio ab incæpto deterruit, sed zelo afflatus Diuino perfecit.

33 Ex quo non absolutè dene-gandum Episcopus bellis adesse posse, sed distinctione à nostra lege importata, vt etiam inuenies apud Diam, qui, & si dict. tract. 2. resol. 4. notet Gallicanos Episcopos, ex quo in bellis armati incedebant, relato ad id Laurent. Laudimet. de veter. Cleric. lib. 2. cap. 25. ad antiquos Galliaë Historiographos in eo percurrentum est. Sagitarius enim Episcopus, (& alij illius sequaces) qui reprehensus eo, quod bellis intererat, ob id fuit damnatus, quia nec tantum pro Ecclesia, sed contra Catholicos Episcopos belligerabat, Gregor. Turonens. *Histor. Franc. lib. 5. H. vero* (loquitur de Salonio, & Sagitario Episcopis) *in maioribus sceleribus quotidie miscbantur, & in præijs illis, sicut iam supra meminimus (scilicet li. 4. cap. 37.) quæ Alumnus cum Longobardis gessit tanquam vnus ex laicis accincti arma plurimos proprijs manibus interfecerunt; in ciues vero suos nonnullos commoti felle, verberantes fustibus, vsque ad effusionem sanguinis sauebant.* Ob id clamor populorum contra Episcopos elatus taliter, vt à Rege capti, interclusique in Monasterijs fuerint, vt ipse Turonen. profequitur Sed cum nec ex eo correcti Episcopi, immo ingravescente illorum duritia tumultus, ac seditiones populorum aueretur, factus est dolor denuo ad Regem, à quo cognito, crimina Episcoporum in dies gliscere, taliter, vt necessaria fuit Cabillonensis Synodus cura Chilperici Regis; ex cuius Constitutionibus Scabibus suis fuerunt expulsi, reique Maiestatis, & Patriæ proditores à Synodo declarati. Horum enim aggressus, Brixianique Antistitis aduersus Carolum III. Pontificem; quo pacto, quo iure inno-

cuos protegemus, aut inexpressibiles non obtestabimur?

35 Pro Religione vero propaganda, Ecclesiæ stabilimento, exaltatione fidei, zelosus ardor; pius, licet bellibus furor, sicut viguit in illis Hispanis Cardinalibus D. Gilio de Albornoz, ac D. Fr. Fracisco Ximeno de Cisneros, vtroque Toletano Primate, quare in sydera, vsque extollendus est, ac æternitati vindicandus, sicuti, & factum Hierosolymitani Episcopi D. Ludouico operenti, dum ad ripas Nili à Melech Sale Ægypti Rege intercludebatur circumque tenebatur obsessus. Episcoporum Gallicanorum Carolo Magno in bello Longobardorum adstantium pro Ecclesia Militanti. Pariter etiam laudanda fateor, & facta, & Consiliata facinora à tempore Vrbæ Hispanorum Regis, Episcoporum, & Sacerdotum retundentiam Maurorum ferociam, dum per Christianas grassabantur oras.

36 Nec me latet impium esse, ac execrabile Valètis Imperatoris Rescriptum, quo statuit Monachos ad militiam inuitos accingi, de qua Nicephor. lib. 11. *Ecclesiast. Histor. cap. 7.* Paul. Oros. lib. 7 *Histor. Ecclesiast. cap. 37.* Gregor. Turon. *Histor. Francor. lib. 1. cap. 41.*

37 Sed non ambiges à Pontificibus probatam, summeque habitam belligerationem D. Raymundi Calatrauensis Ordinis antesignani, in Mauros instructa acie iterum atque iterum irruentis, cum, & illius Ordinis instituta ab Alexandro III. Gregorio VIII. Apostolicis Sanctionibus laudata extent, illiusque facinora præclara, pia, miraque laudentur, ac circumferantur, Camil. Borrel. de *Præstant. Reg. Cathol. cap. 64. num. 24.* quam ob rationem, cum ipsomet Diana asserendum est Hispanam legem nostram legitime statuisse, vt Regiæ Maiestatis, Ecclesiastici Prælati Commilitones adstarent, dum ad-

uer-

uersus inimicos Ecclesiæ, in eiusque protellandam fidem, bellum indiceretur, vt cum Araujo 22. *quest. 40. art. 2. num. 7.* tenet *dict. tract. 2. resol. 5.* hunc vt præcipuum assignas casum, quo Ecclesiasticis licet armorum vsus ex Regin. Layman, & Basco, ibi: *Tertio si necessarium sit ad defensionem Patriæ, aut Ciuitatis contra iniustos inuasores. Quarto, si necessarium sit ad consequutionem iustæ victoriæ, ex qua salus Ecclesiæ, vel Reipub. Christiana multum pendet.*

39 Vnde nihil præstat nocumti decretum extare à Sacris Constitutionibus, vt Episcopi arma dedignentur, à sanguinisque effusione abstineant. Id quippe intelligendum est, dum ad Religionis, ac Fidei Catholicæ stabilimentum, propagationem, ac tutelam non desideretur. Si enim damnum immineat Ecclesiæ, manus Ecclesiastica non detrectabit exercere illa: immo extollendus Sacerdos, & Episcopus, qui zelo Phines, & Matathie pro Religione dimicauerit. Et in hunc sensum hanc

tenent sententiam Granad. *controu. 3. de Charit. tract. 12. disp. 4. sect. 6. nu. 52.* Valenc. 2. 2. *disp. 3. quest. 16. punct. 4.* Thom. Hurtad. *de resid. Sac. lib. 2. resol. 6.*

40 Quod præcipuum, attentò communi, ac recepto præcepto Pontificum ex Iure deducto naturali, assensuque Doctorum tenentium Ecclesiasticos pro patriæ tuitione, ac defensione, immunitate nõ gaudere; immo arma arripere, debere excubias agere, vigiliisque, *cap. Perueniat, de Immunit. Eccles. ex Caietan. 2. 2. quest. 40. art. .* Pugnare manu propria etiam Episcopalibus Infulis decoratos, Molin. *de iust. & iur. disp. 106. per tot. præcipue num. 9.* Azor *Instit. Moral. par. 3. lib. 2. cap. 16. quest. 12. & 13.* Palao *de iust. & iur. tom. 1. tract. 6. disp. 5.* Sed cū maior necessitas, obligatioque incumbat pro Deo, ac Religione, quam pro Patria agere, licitum, ac permissum dicendum Episcopis, secundum *dict. l. 52. tit. 6. par. 1.* committare in bello contra Infideles, ac inimicos Ecclesiæ.

Y PERMITIMOS, QUE AL PRESIDENTE de el Consejo se le pueda llamar Señoria Ilustrissima.

SVMMARIVM.

- 1 Ilustrissimorum Titulus maximus; concessus his, quibus credita maiora munera, 2.
- 3 Præfectura Suprema Dignitas, ideò Illustrissima.
- 4 Presidente del Consejo, maximus Honor, 14.
- 5 Illustrissimo Titulo veneratus successit, al Adelantado mayor, 8.
- 6 Præsidentiale Munus suffectum loco Præsecti Prætoris, ex mente Doctorum.
- 7 Adelantado mayor, creatus loco Præsecti Prætoris. De illius Munere.
- 10 Presidente del Consejo, qua for-

- mula nominatur à Rege, & 12.
- 11 Domin D. Garcia de Haro, Comes de Castrillo, Presidente del Consejo.
- 13 Presidente del Consejo, loco Regis creatus ad Iustitia administrationem.
- 15 Hispani, à Rege Pelagio, vsque ad Ferdinandum III. absque iure scripto, vsu, & moribus agebant iudicia, 16. Suprema manu Iudicum, 17. Ducum, ac Comitum, 18. Ordinaria, Iudicum inferiorum, vulgò Alcaldes.
- 19 Ferdinandus III. vulgò el Santo, egit Primus de iure scripto inter Hispanos. Perfecto sub sceptro Ildephonsi, 9.
- 20 Ferdinandus Rex III. Castella, creauit Supremum Consilium, cum autho-

- ritate Suprema iudiciali, ex P. Mariana.
- 20 *Supremum Consilium, cum summa auctoritate iudiciali non fuit creatum à Rege Ferdinando III.*
- 21 *Hispanicæ leges Partitarum, & Fori, non disponunt circa auctoritatem Supremi Consilij.*
- 22 *Consilij auctoritas sub Regno Ferdinandi, & Ildephonsi, non fuit Suprema iudicialis.*
- 23 *Iurisdictio ordinaria inter Hispanos penes Iudices dictos, Alcaldes.*
- 24 *Appellationum causas inter Hispanos agebant coram Iudicibus de Alzada.*
- 25 *Adelantado mayor, Index appellationis.*
- 26 *Iudices erant in Curia Regis, ad cognitionem causarum, per viam appellationis ex iure Hispano.*
- 27 *Consilium Regium Regno Ferdinandi, & Ildephonsi non agebat de causis seu rebus Iudicialibus.*
- 28 *Consejeros nombrados para formar las leyes de las Partidas, por el Rey Don Alonso.*
- 29 *Consilium Supremum subrogatum loco muneris, de Adelantado mayor.*
- 30 *Consilio Supremo credit a auctoritas iurisdictionalis, a Regno Regis Ildephonsi, 12.*
- 31 *Rex Præses Supremi Consilij, in eoque personaliter aderat ad iustitiæ administrationem.*
- 32 *Reges, cum personaliter adesse ad audiendas causas non possent, crearunt Munus, de Adelantado mayor.*
- 33 *Præsides Supremi Consilij, loco Regis creati, Vice Principis ad ius dicendum, & qui fuerint a Regno Regis D. Ioannis I.*
- 34 *Præsædentialis Dignitas aequalis Præsæcto Prætorio, ex nostris Scripturis.*
- 35 *Præsædentialis Dignitas aequalis Præture Urbicariæ.*
- 36 *Præsæctura Summa Dignitas, ex Barbulo. Similis Regia, ex Kirneno.*
- 37 *Præsæctura Prætoria minor in Honore, quam, la Presidencia de el Consejo.*
- 38 *Præture Urbana creata ad ius dicendum, Consulum vice, inter Romanos.*
- 39 *Lictores designatiue Auctoritatis.*
- 40 *Ius dicere, designatiuum Potestatis.*
- 41 *Prætorum auctoritas Summa Auctoritatis, interque iura publica.*
- 42 *Prætor dicebatur Custos Iuris Quiritalis.*
- 43 *Prætor dabat Iudices, præscribebat formulas iudiciales.*
- 44 *Prætoris auctoritas annua, & tantum inter priuatos exequabatur.*
- 45 *Præsæctura Prætoria creata ab Augusto, Militaris Dignitas fuit.*
- 46 *Comestabilis munus æquale Præsæctura Prætoria Augustali.*
- 47 *Præsæctura non erat Magistratus legitimus, sed quasi tantum concessa Ordini Aquestri.*
- 48 *Præsæctos ex Aquestri Ordine eligi Comprobatur ex Suetonio, & Tacito.*
- 49 *Titus Vespasiani Præsæctus.*
- 50 *Præsæctura Dignitas Senatoria ab Imperio Alexandri Seueri.*
- 51 *Præsæctura de el Consejo, æqualis Præsæctura Prætoria, Constituta ex Imperio Alexandri Seueri.*
- 52 *Præsæctura Illustris, & Clarissima.*
- 53 *Potestas Præsæcti Prætoris, ex l. vnic. de offic. Præsæct. Prætor.*
- 54 *Præsæctus Consilij, vel Princeps Senatus, 55. Vel Prætor Urbanus habendus.*
- 56 *Præture Urbana coæua Regno, 57. Patritia Dignitas Viceque Regis habita, 59. Creata ad Munimentum Imperij.*
- 58 *Præsæctura Urbana. Consiliata Augusto à Meconate, ad regimen Imperij.*
- 59 *Prætor Urbanus, Senatorum Princeps.*
- 60 *Præture Urbana Honor, & speciositas summa.*
- 61 *Præture Urbana, æqualis muneri Præsædentiali.*
- 62 *Præture Urbana, æqualis muneri Præsædentiali.*
- 63 *Præsæctura de el Consejo, Prætor Urbanus; ideo Maximus inter omnes Titulos Honoris, 64.*
- 64 *Præsæctura de el Consejo, & Præ-*

- toris Urbani, munera equalia ex Casiodoro.
- 66 Prætura Urbana, secunda Dignitas, ex Amaya.
- 67 Prætura Urbana, celsitudinis causa dicebatur Prætura, non Præfectura.
- 68 Prætura Dignitas maxima, ac Suprema Dignitas, 69. Inter Athenienses, 70. Carthaginenses.
- 71 Cancellarium inter Gallos Præto-rem, dictum, non Præfectum.
- 72 Fasces submittuntur Præsidi Supremo.
- 73 Alcaldes de Corte, Summum munus a Primo ortu Regni Hispani, 75. Virgis utuntur insignum Imperij.
- 74 Vara signum Supremum Potestatis.
- 75 Alcaldes, non submittunt virgas ad conspectum Regis, submittunt Præsidi.
- 76 Excellentissimi Comitibus de Villa-Umbrosa, Præsidi Consilij, quasitum quare sexem viri, fin los Alcaldes, submittunt fasces Præsidi, non vero Regibus. Responso Excellentissimi Domini.
- 77 Maiestas in Rege inest Architectonica. Inque potentia, & actu.

- 78 Ministri necessarii ad exercitiū Maiestatis in actu, tantum instrumenta exteriora Potestatis.
- 79 Signa publica necessaria ad cognitionem Maiestatis, & Imperij.
- 80 Signa, vel priuatiua sunt Maiestatis, vel communicabilia.
- 81 Ministri ad conspectum Regis intercedere debent, cum signis designatiuis muneris, ad authoritatem.
- 82 Magistratus Supremo, non Maiestate, sed auctoritate decorantur.
- 83 Fasces submittuntur ad conspectum Maioris Dignitatis.
- 84 Fasces tanquam ornamenta Maiestatis erecti tenebantur ad conspectum Regum Romanorum, 85. ad conspectum vero Consulibus submittuntur.
- 86 Signa Proconsulis submittuntur ad conspectum Consulibus.
- 87 Ecclesiasticæ Dignitates ad conspectum Legati à Latere Fasces submittunt.
- 88 Alcaldes de Casa, y Corte, tanquam Ministri Aulici Fascibus erectis intercedunt Regibus, inque omni actu Regifico.

DE DIGNITATE DE EL PRESIDENTE
del Consejo; & Honore, De Illustrissimo, ei præscripto.

GLOSSA VIGESIMATERTIA.

LAtè retulimus Honorificas Dignitatum, ac Officiorum Prærogatiuas; prænotauimusque appellationes Illustriū inter primas fuisse; sed inter maiores, maxima, Illustrissimorum obsequialis acclamatio, ut in l. ult. C. de Sportul. l. fin. C. ubi Senator. vel Clarissim. De qua Ioseph. Carneual. Regionam. de Titol. vers. Illustri, & vers. Illustrissimo, Bernardin. Græc in Pragmat. de litterar. formul. num. 168. relatis à Franc. Scaglione. ad Constitut. Neapol. fol. 271. 273. & 275. Concessa his, qui primū obibant in Republica munus, qui

erant omnibus Superiores, aliasque antecederant Dignitates, supraque Spectabiles, ac Illustres, ut ex Authet. de appellat. & intra quod temp. cap. 4. ibi: Sed ad Illustrissimam Præfecturam, Philip. Dec. l. 1. num. 11. vbi Ias. num. 6. ff. de offic. eius cui madata est iurisdict. Andr. Alciat. lib. 3. disput. cap. 4. Petr. Rebuf. l. Speciosos, de verb. signif. Cagnol. l. 2. num. 413. & 435. de origin. iur. Vvolphang. Laz. Repub. Roman. lib. 2. cap. 2. Valeng. cons. 82. Panciroli. var. lib. 1. cap. 4. Marc. Anton. Surg. Neapol. Illustr. lib. 1. cap. 14. num. 8. & seqq. De quo vide, quæ eleganter, & distinctin-

stinētē congerit Æguinar. Baron. ad
tit. de Senatorib.

3 Inde, cum Prætura fuerit Supremus Magistratus, ei competere *Illustrissimum*, denotant l. 2. C. de exhibend. & transmittend. reis. l. 10. C. de diuers. offic. l. 31. C. de Nauicular. l. 3. C. de Indulgen. debitor. in C. Theodos. ultra relatos, notant Menoch. de arbitrar. lib. 1. cas. 63. latè Guther. de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 1. Cagnol. l. 2. num. 438. de Origin. iur. Narbon. in leg. no-4 stram, Gloss. 12. Ex quo cum Dignitas de el Presidente del Consejo. Maxima, sit Supremaque inter Nos. Cuius hac in Periodo Maieftaticas Infulas tenet Excellētissimus Dominus Dominus Petrus Nunius Gudmanius, Comes Villa. Vmbrosæ. Non tantum, quia natus ex semine Regio, Præfac. de Almeria. Clarus, sed ex propria gloria, ac virtute. Fuit enim primo in suæ ætatis curriculo, in Salmantina Academia Collegij Maioris Diui Saluatoris fausta proles. Postque in litteraria Palestra emeritis stipedijs, Regis Magni Philippi Placito ad Chancellariam Vallisoletanam allectus Senator. A quo Munere ad Supremum Indiarum Senatuum ascendit, ex quo post varios in officio Fiscalis, & Senatoris labores, lucubrationes in Honorem, & vtilitatem Consilij, & boni Communis æditas, ad Supremū Consilium allectus fuit. Et quia ei maiora spectabant, credidit Rex suæ manui Hispalensis Ciuitatis Regimē Titulo de Asistente, illiusque Regni Militare Imperium, simulque Noui Orbis Curam electus ad officium de Presidente de la Casa de la Contratacion. Vbi post impletam rerum omnium Ciuilium, Politicarum, Militarium, Summam meruit Honorari, nominari allectarique, el Consejo de la Camara. Quo agens quæituram Supremam sortitus fuit, vulgo La Presidencia de Hazienda. Qua peracta, in vtilitatem publicam, voto Reginae Nostræ ad apicem ascendit De la Presidencia de el

Consejo, simulque ad Maieftaticam Sexemviralem authoritatem, quam communi plausu regit, En la Junta de Gobierno. Et vt notauit Narbon. in l. 9. Gloss. 11. Vice Principis in Supremo loco ius dicit; legitimè Lex nostra post necessarium Honorem de Señoria, statuit: *Y permitimos, que al Presidente del Nuestro Consejo se le pueda llamar Señoria Illustrissima.*

5 Dicent, hanc Cōstitutionem, seu præscriptionem Honoris competentis, A la Dignidad de el Presidente del Consejo, deductam. Ex quo minus Præsidentiale suffectum loco Præfecturæ Prætoris, Redin. de Maieftat. Princip. verbo Sed etiam legibus, num. 94. Simmach. de Republ. lib. 7. cap. 3. Gamma decis. 1. num. 10. Caud. decis. 1. par. 1. num. 14. Bobad. lib. 1. Politic. cap. 3. num. 4. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 8. num. 25. Orosc. de offic. Præsida. num. 9. Valenç. conf. 82. n. 1. tom. 1. ex Cassan. Cathalog. glor. mund. par. 7. consid. 17. Marc. Anton. Surg. Neapol. Illustr. lib. 1. cap. 14. num. 12. vt ex l. 19. tit. 9. par. 2. l. 17. & 19. tit. 23. l. 4. tit. 24. par. 3. l. 8. tit. 18. par. 4. 7 Cum apud Nos Præfecto Prætorio successerit munus, De Adelantado mayor de la Corte. Cuius loco etiam

8 Suprema Præsidentialis Dignitas, Bobadill. lib. 1. Politic. cap. 3. num. 4.

9 De Dignitate, ac Munere De el Adelantado, Salaz. de Mendoc. Orig. de las Dignidades, lib. 2. cap. 14. Ioan. Gu-tierr. Practic. lib. 3. quest. 8. num. 3. Gamma dict. decis. 1. num. 10. Didac. Perez l. 1. tit. 13. lib. 2. Ordinam. Ioan. Orosc. in Rubric. num. 9. de offic. Præsida. Valenç. conf. 82. num. 1. Caud. dict. decis. 1. nu. 14. Redin & adducti num. antecedenti.

10 Sed ne ad Illustrationē Dignitatis Præsidentialis, externo Marte in arenam descendamus, nec alienis suffragijs videatur decorata illius speciositas, de qua Æguinar. Baron. ad l. Nuptæ, de Senatorib. Si Senatus Præsidentes aices Principes Curie more veterum,

nam, notanda est formula, qua à Rege commendatur munus: *De el Presuete* 11 *del Consejo*, ad Iudiciale Imperiũ, Iustitiæ exercitiũ Publicum regimen, ac omnium Maiestaticarum Iudicialium rerum curam, vt inde verè dignoscatur quanta sit, qualis, quibusque veneranda Honoribus, Origog etiam, ortusque tanti muneris. Non enim sicuti ad adipiscendã possessionẽ, cæterarum Dignitatum Titulus expeditur formula communis. *Al Presidente*. Sed manu Diuina ad ingressum in Senatu, vtque possessionẽ suscipiat, *en el Consejo*, ex more antiquo Imperatorum Constantinopolitanorum, & Gothico (notat Ioan. Iacob. Dracon. *de Orig. Patric. lib. 2. cap. 3. a n. 7.*) vtque confidentius creditum videatur Imperium, & Potestas, *Calsiod. lib. 1. Epist. 54. Et quamquam Præfectura Urbana, hanc Potestatem dederint leges: Nos tamen specialiter delegamus, vt confidentius fieret, quod dupl. x. permisit auctoritas.* Breuiloquius, vulgò *Papel*, ipsi electo expeditur, cuius virtute ad apicem Præfidentialis muneris ascendit, & à Se- 12 natu talis consalutatur. Formula enim *de el papel*, hæc est inscriptio externa manu Diuina: *AL CONDE DE VILLA VMBROSA*, Breuiloqui corpus Diuina manu, etiam sub his verbis: *Por la mucha satisfacion que tengo de Vos, es mi voluntad nombraros por Presidente de el Consejo. Espero, que administrareis justicia recta, è igual, y que procurareis con zelo, desvelo, y cuidado, el aliuio, y consuelo de los vassallos de el Rey mi hijo, con muy particular atencion en todo. Encargandos mucho lo executeis assi, pues con ello cõplireis con el seruicio de Dios, de mi hijo, y con las grãdes obligaciones de el puesto, y con las que os asisten.* *Madrid, 25. de Noviembre de 1669.* YO LA REYNA. In eo verò non est interius commentarium, vulgò *Membrete*; cùm externa inscriptio, *De el sobreescrito*, sufficiens habita sit.

13 Hæc enim est (vt diximus) formula, qua iustitiæ administratio, Regiminis clauus, Imperium Iudiciale, creditur Præsidi, loco Regis suscepto ad curam Reipublicæ, *Narbon. dict. Glos. 9.* ex qua etiam omnes 14 honorũ gradus concessi. Cum sit Dignitas in Regno maxima. Quod, vt omnibus pateat, & si latius calamum extendamus, sciendum est, ab 15 electione Pelagij Primi Ostrogothorum Hispanorum Regis, Hispana Regna diuisa fuisse in Circulos Asturicenses, Legionenses, & Castellanicum, vsque ad Sceptrum Ferdinandi III. vulgò, *el Santo*, in quo vntis Regnis, Castellanicorum Monarchia incæpit: Ab ipso Pelagio, vsque ad Ferdinandum regimẽ Iudiciale agebatur Populorum moribus, stilo, vtique sine iure scripto, *Proem. For. 2. por vfos desaguifados sin derecho* Maior 16 rum causarũ cognitione credita manu Iudicum, *Sandou Historia de los cinco Obispos, en el Conde Fernan Gonca-* 17 *lez, fol. 289.* Comitũ, & vt dixim. *Glos. 31. de Orig. Dignit. habentium superioritatem in Prouincia, Oppidis, aut Territorio illis cominẽdato.* Cõ- 18 munium vero iurisdictioni Iudicum antiqua voce appellatorum, *Alcaldes, l. 1. c. 2. tit. 6. lib. 1. For. Histor. de el Rey Don Alonso el Sabio, par. 2. cap. 51. E todos los Ricos Homes, y los Altos Señores, è los Alcaldes de el Palacio* Quæ consuetudo, maiorumve mos permansit, vsque ad Regnum Sancti Regis Ferdinandi III. sub cuius virtute, 19 Iustitia, ac curã ad melius regimen fuit incæptum agi de scripto iure. Sed morte præuentus, *Ildephõsus filius*, Successorque Regni illud in vnum composuit latis, & compositis Partitarum legibus, ac Fori, sub quibus Gentes, vt decens, ac iustum erat, viuerent, *Proem. Partit. c. For.*

20 Creauerat Ferdinandus, vulgò *el Santo*, Diuino documento eruditus, *Exod. cap. 18.* ad melioris regiminis culturam, Consilium virorum

Sapientium, quorum curæ commissam Iustitiæ administrationem fuisse, sub his verbis testatur post *Chron. de el Rey D. Fernando*, cap. 76. P. Marian. *Histor. Hispan. lib. 13. cap. 8.* Dize-se, que este Rey inventò, è introduxo el Consejo Real, que oy en Castilla tiene la Suprema autoridad para determinar los pleytos: Señalo doze Oydores, à cuyo conocimiento perteneciesen los negocios mayores, y los pleytos que en los otros Tribunales se tratassen por via de apelacion, con las mil y quinientas doblas.

Sed quamvis aliquid à tramite Operis discedamus, prænotandû est: quod, & si Marianno placito adfuerint Pedraz, *Histor. de Granada, par. 4. cap. 30.* Doctissim. D. Francisc. Ruiz de Vergara & Alaua, Supremi Consilij Senator Dignissimus, *vida de Don Diego de Amaya, cap. 6. num. 3.* Carrillo Origen de la Dignidad de Grande, *Disc. 4. num. 36.* Vno asserentes calamo, Consilium Supremum, cum Iurisdicendi Summa Potestate, creatum à Ferdinando Rege. Adhuc tantorum Scriptorum sententiæ non acquiesco ad hoc, vt credam Supremam Consilij authoritatem Imperialem, ac Iurisdictionalem creatam sub Sceptro Sancti Regis Ferdinandi III. vt ex *Prolog. tit. 3. lib. 2. Ordinam. l. 1. tit. 4. lib. 2. Recopil.* euincitur, & ex serie legum Partitar. & For. In toto enim illarum volumine, nulla mentio est de Consilio Regio, nec de illius authoritate, ac Iurisdictione. Quod, vt euidentius clarescat, inuenimus, quod, & si in *l. 5. tit. 9. par. 2. l. 7. tit. 18. par. 4.* de Consiliarijs Regijs fiat mentio. Et *Proem. l. 1. & tot. tit. 21. par. 4. sit De los Consejeros*; inque *l. 1. tit. 7. lib. 1. For.* constitutum sit: Mandamos, que todos los Alcaldes que fueren pueblas, juren en el Consejo, *Histor. de el Rey Don Juan el Primero, ann. 7. cap. 4.* Hæc uenit ante si a los de el Consejo; ad-22 huc tamen huius Consilij, ac Consiliarij orum Mynus, seu Dignitas non erat Iudicialis Ordinaria Suprema;

sed authoritativa ad Consiliandum Regem, vt ex ipsis legibus Partitar. patet, & ex dict. *Histor. de el Rey Don Juan el Primero, ann. 7. cap. 5.* Vn dia mandò venir ante si a los Caualleros de el su Consejo: è los Caualleros entonces eran dos, è nõ mas, que todos los otros eran Prelados, y hombres de la Iglesia. Vel ad cognoscendum de iniurijs ad tollendam vim sine strepitu, figuraque Iudicij, *l. 25. tit. 3. lib. 2. Ordinam.* Sed hoc non ex antiquo Iure Cõmuni Partitarû, aut Fori; sed nouo Catholicorû Regum, vt ex Inscriptione dictæ legis patet.

23 Iurisdicctio, seu Potestas ordinaria Iudicialis ex vsu Hispano, & legibus tunc Constituta, erat penes Iudices Ordinarios, vulgò *Alcaldes*, *l. 1. tit. 4. par. 3. Locorum*, aut *Ciuitatum*, *l. 1. tit. 7. lib. 1. l. 1. tit. 1. lib. 2. l. 1. tit. 15. lib. 1. Recopil.* & passim in legib. For. Aut Regiæ Curia, *l. 18. & 20. tit. 9. par. 2.* vt ex antiquo Poeta.

Todos los Castellanos en vno se ayuntaron:

Dos homes de gran guisa por Alcaldes alçaron;

Los Pueblos Castellanos por ellos se guiaron.

24 Sandou. *Historia de los cinco Obispos, fol. 290.* Supremaverò cõcessa ad defensionem, & tutamen opressorum, vim ve patientium, ex dictis legibus; & Natiuo Iure, penes ipsum Regem erat, cui tantum aditus permisus per viam appellationis, vulgo, seu Idiomate Hispano, *Alzada*, *l. 3. & 4. tit. 15. lib. 2. For.* ex verò legibus 25 Partitarum ad Supremum Magistratum dictum: *Acabado mayor*, *l. 19 & 22. tit. 9. par. 2.* De Consilio autem Regio nulla est nota, nec mentio, in quo vide verba totam nostræ sententiæ mentem designantia, *l. 19. tit. 2. par. 3.*

26 Et quamvis in hac lege inueniantur: *Alzadas, que los homes fizieron al Rey de los otros Juzgadores, ac qui se*

*se pu
aque
su Co
Con
sed d
pra c
peric
2. di
27 C
ra oir
Regis
di, &
Conf
stitut
28
ta no
Origen
2. cap.
to: Or
pufo er
quien
de sus*

29
Ioan.
practi
num. 7
vn gra
el Conf
30
storia
puè di
2. Ordi
prema
lij Reg
in prin
gradu
Consti
ta sub
Era 13
fuerun
tatem
Suprem
17. li. 7
l. 1. tit.
Recopil
detur
non fui
Regibu
secund
tit. 3. lib

se pueden alzar, deuenlas oír, è librar aquellos, que juzgan quotidianamente en su Corte: non intelligenda sunt de Consilio, & Senatoribus Supremis; sed de Curia Ordinarijs, quibus supra ceteros ordinarios credita Superioritas, ac maioria, l. 18. tit. 9. par. 2. dict. l. 1. tit. 4. par. 3. Cui adsentit 27 Gregor. Lop in hac l. 1. verbo Para oír las Alcadas, ibi: *Hodie Consiliarij Regis, quasi primo Regum Ferdinandi, & Ildephonsi Regno non fuisset Consilij authoritas Suprema Constituta.*

28 Quod dilucidius patet, attenta notitia relata à Salaz. de Mendoz. *Origen de las Dignidades de Castilla, lib. 2. cap. 12. de el Rey D. Fernando el Santo: Ordenò el Consejo Real de Castilla, y puso en èl por ent onces doze Consijeros, à quien cometió la Recopilacion de las leyes de sus Reynos, que se llaman las Partidas.*

29 Quæ notat Bobadilla, cum Ioan. Gutierr. ex Gregor. Lop. lib. 3. *practic. quest. 38. n. 3. Polit. lib. 1. cap. 2. num. 7. Adelantado mayor de el Rey, era un gran Magistrado, en cuyo lugar sucedió el Consejo Supremo de Castilla.*

30 Et quod ex Nostri Iuris Historia dignoscitur. Ex ea enim præcipuè dispositione, l. 1. & toto tit. 3. lib. 2. *Ordinam.* nulla mentio est de Suprema Iudiciali Iurisdictione Consilij Regalis, nec ad illum concessa, nec in prima instantia, nec secunda, aut gradu supplicationis, ni vsque ad Constitutiones, seu Ordinamenta lata sub Imperio Regis Ildephonsi XII. Era 1367. sub quo, & Ioanne I. latae fuerunt leges constituentes auctoritatem, cognitionemque Iudicalem Supremi Consilij, *vt ex toto tit. 16. & 17. li. 7. Ordin.* inque inscriptionibus, l. 1. tit. 4. lib. 1. tot. tit. 18. & 19. lib. 4. *Recopil. in notis.* Quare dicendum videtur Consilij Supremi auctoritatè non fuisse receptam, nec traditam à Regibus, vsque ad Regnù Hèrici II. secundum mètem dict. legum, *Prolog. tit. 3. lib. 2. Ordin. l. 1. tit. 4. lib. 2. Recop.*

31 Sed quidquid de hoc sit, ad casum nostrum remeantes. Siue à Rege Sancto Ferdinando III. siue Henrico II. creatum Consilium, illius Præses Rex erat, personaliter in eo agebat ad iustitiæ administrationem, l. 1. tit. 1. lib. 2. *Ordinam.* vbi Didac. Perez, l. 1. tit. 2. lib. 2. *Recopil.* vbi Azeued. tanquam necessario ex officio, *cap. Regum 25. quest. 5.* De quo diximus *de leg. Polit. lib. 1. cap. 13. à num. 55.* & ex Instituto Licurgi à Delphico monito, factum à Laconicis Regibus, memorat Vvon. Emn. *de Republ. Lacon.*

32 Cum vero ipsius Regalis Muneris causa, continuò personaliter causas Iudiciales audire non possiet, *dict. l. 19. tit. 9. par. 2.* *E acæce algunas vezes, que no los puede el Rey oír por sí, por priessas que ha;* sicuti ad melioris regiminis culturam ex Partitar. legibus creatum Munus, *De el Adelantado mayor de la Corte,* vt notauimus num. 58. commendato Imperio huic officio, loco Regis, ad rerum Iudicialium expeditionem, l. 22. *dict. tit. 9. par. 2.* *E conviene, que ponga otro en su lugar;* sic Reges successores, post creatum Supremum Consilium, in quo ipsi Præsides esse, personaliterque assistere consueuerant, vt ex legibus Nostris patet, adductis n. 31. Et cù id

33 personaliter continuo exequi nõ possent, crearunt Dignitatem: *De el Presidente del Consejo,* maximam inter Hispanos, maximisque creditam viris, quorum Primus fuit, sub Sceptro Henrici III. Domin. D. Didacus de Anaya Hispalensis Archiepiscopus Collegij Maioris D. Bartholomæi in Academia Salmantina, Illustris Erector, ac Fundator, Gil Gonçal. Dauil. *Historia de el Rey Don Henrique III. cap. 1.* D. Francisc. Ruiz de Vergara *en la vida de Don Diego de Amaya, cap. 6.* Et non Secundus, sed Primus in omnibus est Excellentissimus Noster Comes Villæ-Vmbrosæ, de quo num. 10.

34 Sed cum Scribentes Nostri, num. 6. adducti, absolute asserat Præfidentialem Dignitatem inter Nos veneratam ad similem esse, seu iisdem Infulis creatam, quibus inter Romanos Præfectorali Prætoria. Et huic sententiæ ignorantia mea non acquiescat; cum Præfectura Prætorialis fuerit expers Honorum, quibus decorata Præfidentialis. Præcipue, quatenus *El Presidente*. Princeps est Supremi Senatus; quærendum duxi, salua tantorum Scriptorum pace, num: *La Dignidad de el Presidente del Consejo*, Præfecturæ coæquanda sit. Et si inter tot doctos viros nobis licet et calculum apponere, assereremus non fuisse constitutum, seu creatum ad similitudinem Præfecturæ Prætoriae, sed loco illius Muneris Supremi, quod Græci *Nomophylacem*, dixerunt *Probedryam*, seu *Archontum Praturam*: Romanique *Urbanam*, seu *Urbicariam*, cæteris Dignitatibus, Honoribus, Magistratibus præ excellentem; præcipue ab Imperio Iustiniani, vt ex *Novell. 6. de Ordin. Senator. l. 3. C. de offic. Præf. Urb.* Cujac. *di. Nouell. 62.* Ioan. Iacob. Dracon. *de iure Patric. lib. 2. c. p. 4. num. 20.*

36 In cuius assertionis probationem liceat de Romanæ Reipublicæ crepundijs, Iuris Ciuilis penetrabilibus, verbisque Authent. vt *Ordin. Præf. plurima* horum, quæ olim sancita sunt neglecta, asserere, quod & si Præfectura Prætorialis sic Excellentior fuerit habita, vt à Bartulo æquiparetur Regali, Kirner. *de fic. & Dignit. Chancellar. lib. 1. cap. 2. n. 31.* Verior est assensus Duareni *de offic. Præf. Prætor. cap. 3. dicētis: Na. l. m. Magistratum nostra ætate similem esse Præf. Prætorio.* Rationem accipe ex Ioan. Corraf. *nub. de offic. Præf. Prætor. num. 9.* Nec enim hanc, vel aliam Romanorum Dignitatem Nostribus temere conferre ausim, quoa prorsus diuersa fuerit apud illos, quam nunc sit apud Nos administrandi ratio, cū certum teneamus.

L. 2. 48

2

37 Non æquale fuisse in Dignitate: *Al Presidente de el Consejo*. Nam, vel Scriptores ad similitant hoc Munus Præturæ Reipublicæ ætate; vel 38 Imperij. Si Reipublicæ, intelligendum necessario de Prætura creata Consulibus vice ad ius dicendum anno Urbis CCCLXXXVII. Consulatu Æmilij Mamertini, & L. Sexti, Liu. *lib. 6. Concessumque ab Nobilitate Plebi de Consule Plebeio: à Plebe Nobilitati de Pratore vno, qui ius in Vrbe diceret, l. 2. § Cumque Consules, de Origin. iur.* vbi Corraf. Cujac. Æguinar. Orosc. & Scribentes, Dionys. *lib. 37.* Carol. Sygon. *de antiquit. iur. Ciuil. Roman. lib. 1. cap. 7.* Rosin. *antiquitat. lib. 7. cap. 11.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 2. cap. 15.* Ioan. Harpret. *§. Prætorum, num. 1. instit. de iur. natural.* Lata ad id lege à Furio Camillo Dictatore, sub his verbis: *Prætor Urbanus, qui nunc est, qui post hoc erit duos Lictores habeto, isque Supremum ad Solis occasum ius inter Ciues dicito*, Stephan. Pyghio *lib. 4. Annal.*

39 Illa enim verba: *Lictores apud se habeto*, designatiua authoritatis erant, Liu. *lib. 3. Eodem die penes Præfectum iuris duodecim fasces erant*, Sydon. Apollin. *lib. 1. Epist. 4. & lib. 3. Epist. 6.* vbi Ioan. Sauar. Bullenger. *lib. 1. de Imperat. cap. 18. & lib. 3. cap. 10.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 3. cap. 3.* Lypf. *lib. 1. Elector. cap. 23.* Carol. Sygon. *de antiquit. iur. Prouerb. lib. 3. cap. 7.* Rosin. *lib. 7. antiquit. cap. 3 & 11.* Vvolphang. Laz. Petr. Greg. Scomborn. Theod. Hoeping. adducto *Traet. del Contrau. cap. num. 35.*

40 Et illa: *Ius inter Ciues dicito*, designatiua Potestatis, *l. Ius, de instit. & iur. l. Ius dicentis, l. Qui iurisdicendi, de iurisd. omn. iudic. l. 1. Quor. legator. l. penult. de vi priuat.* vbi Scribentes, Liu. *lib. 1. de Prisco Rege à Tanachibele euocato: Eum iura redditurum.* De Apio Claudio, *lib. 2. Ius de Creditis pecunijs dicere.* De Decenvirali Po-

Potes
singul
l. Ius,
tar.
1. cap.
3. Ha
1. ca
41
2. §. D
Ius Pr
rum, 4
non pr
Plebi
dem,
thorit
42 Lu
tur, qu
bus da
toribu
2. §. D
43 qu
iure di
præscr
Pygio
3. cap.
genial.
47. Sy
lib. 8. ca
iur. lib.
cap. 8.
Harpr
& 4.
44
Cæsar
l. litt. L
Alex. a
tiquit. l.
rit, Aut
Prætor.
& præf
publica
l. fin. de
Baron.
haud di
suffecta
te de el C
æquale
- 4510
Barpak
num. 36.
- 32

Potestate, lib. 3. Decimo die ius populo singuli reddebant, Fabr. in ration. dict. i. Ius, litter. H. Ossuald. lib. 1. Commentar. cap. 8. Carol. Sygon. de Iudic. lib. 1. cap. 7. Quintan. Duën. de Imper. tit. 3. Harman. Vultei. de iudic. lib. 1. cap. 1. ea num. 35.

41 Quare Iuris-Consulti in l. 2. §. Deinde, de Orig. iur. l. Ius autem, §. Ius Prætorium, de iust. & iur. §. Prætorum, quoque instit. de iur. natur. Et si non primam (sicuti legibus Regijs, Plebiscitis, ac Senatus Cōsultis) sedem, prætorio iuri conferant, sic auctoritatem contulerunt: vt Prætor

42 Iuris Quiritalis Custos diceretur, quia Potestas ex l. Iunia, Cōsulis data, post extinctos Reges, Prætoribus translata fuit, Corras. dict. l. 2. §. Deinde, cum placuisset, num. 7. & sequentibus, de Orig. iur.

43 Non solum in iure dicendo, sed ad dandos Iudices, præscribēdasque formulas, Stephan. Pygio lib. 4. Annal. Bultei. de iudic. lib. 3. cap. 1. num. 15. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 2. cap. 15. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagm. cap. 30. Rosin. antiquit. lib. 8. cap. 5. Carol. Sygon. de antiquit. iur. lib. 3. cap. 9. Ossuald. lib. 1. Commēt. cap. 8. Quintan. Duën. dict. tit. 3. Ioan. Harpret. dict. §. Prætorum, num. 3.

44 Sed cum hoc ius, vsque ad Cæsarem, Lyps. excurs. ad Tacit. lib. 1. litt. D. Pancirol. not. Imperat. cap. 4. Alex. ab Alex. dict. cap. 15. Rosin. antiquit. lib. 7. cap. 11. Et si summum fuerit, Authent. de Præsid. Pysid. Authent. de Prætor. Lycæon. Tamen, cum annum, & præscriptum inter priuatos, quia publicæ res ad Senatum pertinebant, l. fin. de Senatorib. vbi Bud. Æguinar. Baron. rubr. de offic. Præfecturæ Urb. haud dicendum vice illius Potestatis suffectam Dignitatem: De el. Presidente de el. Consejo, nec illi similem, seu æquale esse, cum hæc Fastigatior sit.

45 Nec etiam quidquid dicat Berwald. & ex eo Kirner, adducti num. 36. Præfectura Prætorica sic Il-

lustrissima fuit, vt nostra Præsidialis Dignitas, si illam post Cæsarem recolimus: cum fuisset creata ab Augusto post arreptam Rempublicam, Mœcenatis Consilio, à quo originem Supremæ Præfecturæ deducunt Scribentes, priuatimè Militaris, Tacit. 4. Annal. Bud. l. fin. de Senatorib. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagm. cap. 30. num. 3. Bodin. de Republ. lib. 3. cap. 6. Ioan. Lymn. de iure public. lib. 2. cap. 1. num. 7. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 1. ex Cujac. & alijs Theod. Reinling. de Regimin. Sacular. lib. 2. claus. 2. cap. 12. num. 9. Pined. de reb. Salomon. lib. 5. cap. 13. num. 21. Quare illam Dignitati Comestabilis adsimilant, seu Magistri Equitum. Doctores post Corras. & alios Pined. de reb. Salomon. lib. 5. cap. 13. num. 16. Gutther. dict. cap. 1.

47 Nec inter Magistratus legitimos connumeranda cum Equestri tantum ordini concessa, Dion. lib. 55. Pancir. not. Imper. cap. 5. Bud. l. fin. de Senator. Petr. Fab. lib. 1. Semestr. cap. 1. Bulleng. de Imper. Roman. lib. 3. cap. 8. Quo, ex Romuleis legibus denegatum ius officiorum, privativum Senatorij, & Patricij Ordinis. Quare ad Præfecturam creati ex Equitibus, non Patricijs fuerunt, vt Mecenas, Tacit. 4. Annal. Falleris enim Seianæ, si te mansurum in eodem Ordine putas, & Liuiam, quæ Caio Cæsari, mox Druso fuerit nupta, ea mente acturam, vt cum equite Romano senescat, ab Augusto: à Tyberio Seianus: à Nerone Burrus, Tacit. Annal. 13. Et quamvis inueniamus Messalæ Coruino, ab Augusto creditam Præturam, illam abdicauit teste Eusebio Cæsariēf. in Chronico. credenti, inciuilem Dignitatem esse Senatorio Viro, cum Romanus Eques ipso quod ad latum clauum cooptabatur, Senatorioque ordini, à Præfectura abdicabatur, vt de Paterno notat Lamprid. in Commod. Fabr. dict. cap. 2. Bulleng. dict. lib. 3. ca. 8. Gutther. dict. lib. 2. cap. 2.

49 Quod invaluisse comperimus, vsque ad Imperium Vespasiani, in quo Titus Patris Præfecturam egit, Sueton. in Tyber. cap. 6. Præfecturamque Prætorij suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab Equite Romano administratâ, vbi Philip. Beroald. Bud. dict. l. fin. de Senatorib. Corras. l. unic. de offic. Præfect. Prætor. vbi Orosc. Petr. Fabr. dict. cap. 2. Bullenger. dict. cap. 8. Et si ex eo ad Supremas Infulas ascendit, non tamen publicum Imperium suscepit, sed militare.

50 Sed fortasse dicent, supra dicta invaluisse, vsque ad Imperium Heliogabali: eo verò interfecto, cum habenas Imperij susciperet Severus Alexander, & Præfecturam Prætoriam Senatoriam fecisset, ac Patritiam, Lamprid. in Alex. Sever. Præfectis Prætorijs suis Senatoriam addidit Dignitatem, & Viri Clarissimi essent, ut dicerentur, quod antea, vel rarò fuerat, vel omnino non fuerat, Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 47.

51 cap. 25. num. 18. Rectè periodo illa, vsque ad Constantinum (qui, ut alibi diximus, Præfecturam diuisit, & diminuit) ex quo iam Clarissimam esse Patritiam, & Consularè, notat Sydon. lib. 2. Epist. 13. vbi Sauar. æqualem Præsidentiali Nostræ Dignitati rectè dicendum, cum maxima habita ab Imperatoribus, adorareturque Principum more, Cassiodor. lib. 6. cap. 3. diceretur Iudiciorum Supremas, l. 16. C. de appellat. in Cod. Theodos. Tituloque Hono-

52 raretur Celsitudinis, Sublimitatis, Magnificentia, Illustrissimatus, & Excellentia, l. Nemo, C. de Postuland. l. Defensores, C. de Defensorib. Ciuitat. l. Binno, & l. fin. C. de Advocat. diuersor. Iudic. l. 1. C. de offic. Vicar. & in C. Theodos. l. 17. C. de Munerib. & Actuar. l. 52. C. de Curs. public. l. 10. C. de diuers. offic. l. 15. C. de accusationib. l. 9. C. de Indulg. crimin. l. 1. Cod. Ne sine iussio. Princip.

53 Illaque gauderet Potestate, qua describitur à Iuris-Consulto Aurelio in l. unic. de offic. Præfect. Prætor. & elucidatur ab Scriptoribus in ea Bart. Cujac. Orosc. Eguinar. Corras. Anton. Fabr. Petr. Fabr. lib. 1. Semestr. cap. 2. Pancirol. not. Imper. cap. 5. Bullenger. de Imper. lib. 3. cap. 8. & 9. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 1. & 2. Amaya l. fin. cap. 3. C. de Decurionib. lib. 10. Alex. ab Alex. diæ. genial. dict. cap. 15. Nicol. Aleman ad Histor. Arcan. Procop. pag. 41. lin. 14. Kirner. de offic. & Dignit. Chancellar. lib. 1. cap. 2. ex num. 31. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagmat. cap. 30. Galganet. de iur. public. lib. 1. tit. 9. num. 12.

Sed, & si in Præfectura Prætoria ex concordia assensu Scribentium (ut diximus) omnium Supremorum Honorum Infulæ dignoscantur; ad 54 huc in ordine Dignitatis credo Maximam Dignitatem inesse: En el Presidente de el Consejo: ac quod si adsimilanda venit alicui ex Romanis Dignitatibus non esse Præfecturæ Prætorianæ. Sed vel Principi Senatus, de quo ex Cicer. de 55 Arusp. Gutther. de iur. Pontif. lib. 1. cap. 4. Vel Præturæ Urbanæ. Ad quod inducor, illius attenda origine, & progressu.

56 Prætura enim cœua fuit Regno, sicque eam inuenimus egisse sub Romulo Dentem Romulium: Tullo, Numam Marium: Tarquino Superbo, Spurtium Lucretium, Dionys. Halicarnas. lib. 2. Stephan. Pyghio. Ann. Roman. lib. 1. Septimant. Corras. Rubr. de offic. Præfect. Urb. num. 1. Eguinar. & Orosc. Rosin. antiquit. lib. 7. cap. 14. Alex. ab Alex. & in eum Tiraq. diæ. genial. lib. 6. cap. 20.

57 Quam sic Supremam, Maiestaticamque habitam notamus, ut nemo ad illam cooptaretur, ni ex Patritiorum ordine, & corpore Senatorum; Cooptatus verò Primum locum tenebat, Princepsque

Se-

Senatus habebatur Regis vice, Dionys. Halicarnas. *dict. lib. 2. Confestim decreuit Senatores creare, ut essent, quibus cum administraret Rempublicam, centumque viros ex ordine Patritio elegit hac ratione. Ex omnibus unum ipse declarabit præcipuum, ceterorum urbanarum regimen committeret, Cujac. in l. 2. §. Deinde, de Origin. iur. Petr. Gregor. *dict. cap. 30. num. 7. & 8.**

58 Hæc Prætura, quia Dignitatibus Reipublicæ fastigatori respectu cæterarum Præfecturarum, Petr. Gregor. *dict. lib. 47. cap. 30. nu. 30. antecellens, Plutarch. in Brutum, Corras. in *dict. l. 2. §. Deinde, cum placuisset, de Origin. iur. Tanquam destina Imperij, à Mecenate fuit Consiliata Augusto, non Præfectura Prætoria; quidquid contra inter se diuisi prælientur Scribentes. Quod euincitur si attente prænotamus, Dionys. lib. 52. Præfectus etiam Urbis ex Primarijs Viris quidam creandus est, qui Honores Magistratus, quos geri ante hunc conuenit gesserit, non ut per absentiam Magistratum Rempublicam administret, sed ut cum reliquis de rebus Urbis præsit.**

59 Ex his Dyonij verbis, patet, Urbicariam Præturam, quam eisdem ornamentis decorat Iustinianus in *Authent. de Ordin. Senator. vers. Urbicaria fuisse creatam ad Imperij munimentum, concessam Patritijs, Clarissimisque Viris, ut de Druso, Tacit. lib. 4. Annal. Præfectum Urbis Drusum, Nerone, Sueton. in Neron. cap. 7. Auspicatus est, & iurisdictionem Præfecti Urbis, ubi Philip. Beroald. Lypf. in Tacit. lib. 4. num. 95. Sabino Vespasiani fratre, Pertinaci, ex qua ad Imperium elato, Ioan. Corras. rubr. de offic. Præfect. Urb. num. 3. Alex. ab Alexand. *dier. genial. lib. 6. cap. 20. Non inferioris ordinis, qualiter Præfectura credita Mecenate, Pisoni, & Burro, ut diximus num. 48. & Plautio Syllano, Tacit. 4. Annal.**

60 Ex his, & quia Prætor Senatorum Princeps, & Iudex Ciuium:

Præturam sic decantauit Sydon. *lib. 9. Epist. 16.*

*Qui Patrum, & Plebis simul vnus olim
Iura gubernas.*

61 Vbi Ioan. Sauar. Nec immerito, nam præter quod post Purpurationem Principem Princeps erat, Sydon. *lib. 1. Epist. 9. Deque Senatoribus ius dicebat, Suprema gaudebat Potestate in appellabili, l. 1. vbi Scribentes, de offic. Præfect. Urb. Cum iure gladij, l. Quoniam, l. fin. C. ad leg. Flau. de Plagiar. Imperio deportandi, & relegandi, l. 2. §. Constat, de pen. l. Inter penas, §. 1. de interd. & relegat. l. 1. §. à Præfectis, de legat. 3. Corras. l. 1. vbi Æguinar. & Oros. de offic. Præfect. Urb. Taliter, ut qui Supremas Intulas Præfecturæ Prætoriae concedere voluerunt, æqualitatem cum urbana quæsierunt, l. 1. C. de offic. Prætor. lib. 12. Quare dicendum non Prætoræ Prætoriae. Sed Prætoriae Urbicariæ loco succenturiatam fuisse Dignitatem De el Presidente del Consejo.*

62 Quæ sic iuri consona sunt, & mori antiquo, ut Mastrill. describens de Magistratib. lib. 5. cap. 8. nu. 20. Præfidentialem Dignitatem Primam in Regno, Supremamque illi conferens Potestatem Præfecto Urbano cœquat. Nec immerito, cum sicut: El Presidente de el Consejo. Maximus Maiorum Magistratum, omnesque antecellit, sic, & Prætura, Præfecturæ, Bullenger. *dict. lib. 3. cap. 8. Petr. Gregor. *dict. lib. 47. cap. 30. num. 5. Et sicut illa, hæc Excellentior habita, Authent. de Ordin. Senator. Cujac. l. 2. §. Cumque Consules, de Orig. iur. Corras. rubr. nu. 2. de offic. Præfect. Urb. Bodin. de Republ. lib. 3. cap. 6. Taliter, ut in Honorem eam suscepisse Domitianum etiam post consalutatum Cæsarem, notat Sueton. in Domitian. cap. 1. vbi Beroald. Leuin. Torret. & Sabellic. De qua sic Corras. in l. 2. §. Post deinde, num. 7. de Orig. iur. Longè porro**

ceteris Præturis Urbana, semper antecelluit. Unde, & Prætoris Primi verbo, apud M. Ciceronem Urbanum intelligimus. Nam ceteri, cum adiectione, vel Peregrini dicti sunt, vel Prætores Prouinciarum.

64. Dicta procedunt, iure Ciuili attento, ex quo Communis Prætura: *Plæ Præfidentia*, tam in iure dicendo, quam in Principatu Senatus. Politico verò iure, & Aulico, alio muneri, ni Præturæ Urbanae: *El æ el Præfidente*, ab simili. Ad quod dignoscendum notanda sunt Cassiodori verba, loquentis de Præture Urbanae. *65 no, lib. 6. Epist. 4. Supra omnes scilicet Consulares sententias Primum dicis, & in illa libertatis Aula Reuerendus aspiceris, in qua commissos habere Mundi Primarios approbaris.* Pariter, & æquales sunt, vt illi, & huic (ai Præfidente scilicet) primæ admissioes, & secretiones (vt cum Tacito, & Suetonio loquamur.) Cum Principe: Custodia legum: Participatio publicarum rerum: Censura publicæ disciplinæ: Cura annonæ, Latitiarum, & Ludorum, *l. Si vt certo, §. Interdum, vbi Bud. Commodat. Sueton. in Neron. cap. 22. vbi Beroald. & Cassaubon. Iuuenal, Satyr. 8. & 10. Marcial, lib. 12. Epigram. 27. in Rader. plura congefens.*

Cretatam Prætor cum vellet mittere Mapam,

Prætori Mapam subripuit Homogenes.

Bullenger. de Circo, Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 2. cap. 15. Galganet. æ iur publ. lib. 1. tit. 9. num. 13.* Publicique, ac fastigatissimi Honores congesti à Cassiod. *dict. lib. 6. Epist. 4. Cum de Dignitate commissi laus semper Iudicis æstinetur, & potius habendus sit, quàm sint illi, quibus præesse cognoscitur. Nemo amplius videtur erigi, quam cui potuit Roma comitti; grauius est quiaem Procerem esse; seu multo grauius de Proceribus tuæ care. Senatus ille mirabili opinione gloriosus probatur habere Præfulem, quem*

Mundus suscipit iura condentem.

66 Nec ab hoc auertimur, ex quo Noster; Amaya, *l. fin. cap. 5. ex num. 23. C. de Decurionib. lib. 10.* credit, Præturam Urbanam non Primam fuisse Dignitatem, sed secundam concessio Primatu Præfecturæ Prætoris: motus ex Aufonio relato à Bullenger. & Sauar. in Mossella.

Præfecturarum Titulo tenuere secundo.

Addens: *Quid est enim Titulus Secundus Præfecturarum, nisi Præfectus Urbis?*

67 Nam salua tanti viri pace, Aufonij verba, de Prætura Urbis intelligenda non sunt, vt de his Secunda Dignitatum dignosceretur Prætura enim Urbis, Celsitudinis, & Magnificentia suæ causa non Honorabatur Titulo Præfecturæ, sed Prætura tatum, vt ex illo omnibus Dignitatibus præesse dignosceretur; quare Gutther. *de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 2.* asserit: In Vrbe Dignitatem Præfecturæ non fuisse, sed illud nomen, seu Titulum concessum his, quibus non Vrbs commissa, sed Prouinciæ decreta. Quare cum Tyberius Pomponio Flaco, & L. Pisoni Dignitates crederet, illi Syriam, Titulo Præfecturæ; huic Urbem Titulo Præturæ concessit, Sueton. *in Tyber. cap. 42. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagm. cap. 30. num. 12.*

68 Haud dissona est menti Romanorum Principum, mens nostra, nec Gentium moribus contraria; immo receptum inter omnes, vt Dignitas in Vrbe Regia Prima, & cui Senatorum Principatus creditus absolute Prætura diceretur, illoque Titulo Honoris decoraretur, *Authent. de Prætor. Pysid. Prætores vocabant appellatione illis ex eo mitta, quod ceteris omnibus præirent, & præponerentur, Authent. de Prætor. Lycæon. Vt de Græcis absolute testatur Imperator, Authent. de Prætor. Popul. De Atheniensibus Primam Archondem Præ-*

torem appellantibus, & Pritanem, quia Senatorum Primum, Carol. Sygon *de Republ. Atheniens. lib. 2. cap. 3. lib. 4. cap. 3. & 5.* V von. *Comment. description. Reipubl. Atheniens. De Ætolis, V von. Comment. descript. Atolor.* Tiraq. latè *in Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 2. cap. 15.* Qui omnium antiquarum Rerumpublicarum, & Regum norum morem refert, præcipuè Carthaginensium, quorum in Romanos emulatio tâta fuit, vt suam Dignitatem Supremam Præturam dixerint, quam in gratiarum beneficio creditam Annibali, referunt V von. *Reipublic. Carthagin. Alex. a Tiraquel. auct. cap. 15.*

71 Ex quibus fortasse Bodin. *lib. 4. de Republ. cap. 4.* Magni, ac Supremi Senatus Præsides, vt apud Nos: *El Presidente de el Consejo;* apud Gallos: *Chancellarios,* Kirner. *de Dignitat. Chancellar. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagm. cap. 29. num. 2.* Papon. *arrest. lib. 4. tit. 7. arrest. 1.* Ioan. Lymn. *not. Regn. Franc. lib. 2. cap. 15.* Non Præfectorum Titulo Honorauit, sed Prætorum: Cum quidquid sentiat Amaya, hæc Dignitas verè Prima sit, & dicenda Prætura.

72 Inter alias Maiestaticæ authoritatis Infulas Dignitati Præsidis mancipatas, illa invenitur, quod Sexemviri capitales, patrio Idioma: *Alcaldes de Casa, y Corte,* ad illius Aulam Fasces, seu virgas submittunt, seu more Maiorum, *arrimã las varas.* De quo *Glof. 29. num. 60.*

73 Sed cum Sexemvirale officium summum habeatur à primis Castellani Regni crepundijs, *l. 18. tit. 9. par. 2.* interque sui muneris Honores eis competat adorare Sacram Purpuram Natalis Domini die, Regesque comitare ad Sacrum Regium Sacellum, cæterisque actibus Publicis Maiestaticis, ad quos intercedunt fascibus erectis, nec illos submittant ad Regis conspectum, vt diximus *Glof. 74. sa 29. num. 60.* Nobilissimo, ac

Excellentissimo Præsidi Dom. Domino Petro Nunio de Guzman, Comiti Villæ-Vmbrosæ, huius Dignitatis, ex Nobilitate gloria, & virtutibus dignissimo, à quodam Procere quæsitum fuit, vnde ortum illud discrimen, quod non Regi, Præsidi verò submittantur Fasces, virgæque deponantur à Sexemviris? Cui Maiestatico dubio Sapientissimus Præses, & sic ex tempore, apprime respondit, vt cogimur suæ sententiæ virtutem huic exarare libello, vt notum sit suæ mentis, doctrinarum, ac intelligentiæ acumen, sciâtque cuncti rationem, ex qua receptum hoc discrimen, neque in monumentis ignorantia sepultum maneat.

76 Respondit Eloquentissimus Præses Proceri interroganti hoc Latconismo: Sexemviri non submitunt Regibus fasces, quia intercedunt coram eis, tanquã Maiestatis ornamenta; Præsidi submittunt, quia ad eum progredientes habentur tanquam authoritatis ministeria.

Sed cum hæc responsio maxima Maiestatis, & authoritatis Arcana teneat, & si celte turpi, illam sculpire nostro in marmore decernimus, patefactis destinis Iuris publici, quibus fulcitur.

77 Valuit enim responsio firmari, in eo, quod in Rege (si mentem summamque tanti viri intelligentiam rimare possemus) vt ente Supremo inest Maiestas, supra *Glof. 2. & Glof. 8. num. 16.* Architectonicè, inque potentia, & actu, sed cum illius manu non valeat exerceri omnia ad publicam rem necessaria, *Glof. 2. ex n. 5.* potentia exteriores Ministrorum productæ fuerunt vt inferuieret Maiestati, ornatae abusiua Maiestate, seu authoritate ab ipsa Regia Supremitate germinata, vt diximus *Glof. 8. ex num. 13.*

79 Ex hoc principio pullulauit etiam, quod cum ad Maiestatis decorem, & ornatum, adque cognitionem

Imperij, Potestatis, ac coactionis virtutem, & vim, desiderarentur signa publica, inuenta fuerunt per Gentes Suprematis muta illa Coronæ, Sceptri, Purpuræ, *Glof. 31. num. 62.* Iurisdictionis verò, ac Imperij fasces (Iani inventum, siue ætolorû, supra *Glof. 22. n. 20.*) Virgæ, Liectores, Sella, vt notamus *Glof. 20. num. penult. & Glof. 29. à num. 54.*

80 Harum æquidem aliqua, vel priuatiue fuerunt Maieftati mancipata, aliaque communicabilia creata potentijs, officijs, seu muneribus illis, quibus ministeria Reipublicæ cõmendata, legumque executiones manu Regis inexecutable: Priuatiua Maieftatis præscripta fuerunt Corona, Sceptum, Purpura: Communicabilia verò Fasces, Virgæ, Liectores, Sella.

81 Ex quo ortum, quod cum in Rege adsit, vt diximus, Maieftas Architectonica, tanquamque in ente Supremo efficiente, *cap. Sacrosancta, cap. Omnes 22. dist. ex Abbate Alber. Gẽtil. & alijs, Glof. 2. à num. 3.* necesse est intercedere instrumenta Maieftatis, ad illius conspectum, tanquam ornamenta Potestatis Regalis signis, erectis, absque submissione, tum vt illorum muta voce incessabiliter decantetur actualis, ac potentialis Supremitas, Maieftas, Imperium, ac Iurisdictionis; tum vt dignoscantur à Maieftate, à Regeque produci, illuminari, esseque Potestates, authoritates in Magistratibus, à virtute illa perpetuò virentes.

82 Quod diuersè versandum ex Gentium placito in Magistratibus, & si maximis (etiam in Præsidi) Nã cum hi non Maieftatem, sed authoritatem Maieftaticam per participationem gerat, *Glof. 2. & Glof. 8. à num. 17.* ad conspectum istius maioris Dignitatis silent Fasces, submittantur virgæ, quatenus sunt ministeria, ac instrumenta authoritatis, ex Diuo Naziancen. *Orat. 26. Alia enim Solis*

gloria est, alia Lune, alia Stellarum.

84 Hanc discretionem (vt Sexè viri non submittant Fasces Regi, submittant Præsidi) natam, ac leuatam credimus, ex Summo Arcano Maieftatis, quod à Romanis receptum, ac seruatum notamus, reculta illorum re Summa, Publicoque Regimine: Agentibus enim Romulo, Numa, & Regibus, stipatis signis Maieftatis, erectisque prodibant fascibus, nec submittebantur ad illorum conspectum, sed tenebantur tanquam ornamenta Maieftatis, vt ex Historia Liuij, Dionysij, & *l. 2. de Orig. iur. no. 85* tatur. Sub re publica verò, cum Consules (quibus Fasces designati, *Liu. lib. 2. in Imperij, & Iurisdictionis signum*) non Maieftatem teneret, sed authoritatem, submittebantur Fasces ad conspectum maioris Dignitatis, vt de Mario testatur Dionys. *Halicarn. lib. 4. Sic enim Romanis mos est, quoties minores Magistratus obviam sunt maioribus, qui seruatur, & bodie. Ex hoc more tum Marius velut maiorem Potestatem conueniturus, cuncta Imperij sui deposuit insignia. De Valerio Publicola, Liu. lib. 2. Vocato ad Consilium populo, submissis Fascibus, in concione ascendit, confessionemque factam populi, quam Consulis Maieftatem, vimque maiorem esse.*

86 A quo in Iure Ciuili inuenimus Constitutum, vt Proconsul ad conspectum Consulis signa deponeret, *l. Proconsul de offic. Proconsul. vbi Scribentes, Alex. ab Alex. Petr. Gregor. Bobad. Valeng. adducti Glof. 29. num. 71.* Et cum Prætoris Dignitatis, nec tantum Consularis inhæreat. Ex Plutharc Ioan. Corraf. *in l. 2. §. Deinde cum placuisset, num. 1. de Orig. iur.* Sed Supra Consulatum fuerat, antonomasticaque dũ de Prætura loquitur, de urbana, quia omnium Maxima intelligitur. Ex Cicer. Corraf. *dict. §. Deinde, num. 7.* Cuius verba retulimus, supra *num. 63.* & ad illius conspectum submittebantur Fasces.

Idem

Idem habendum, ac laudandum *De la. Dignidad de Presidente*, ac quod tanquam Primatum tenens, sicuti cum, *del. Presidente*, loquimur, intelligimus *de el del Consejo*, sic mero iure, ad illius conspectum submittantur Fasces.

87 Quod ius receptum fuit in Canonicis Constitutionibus statutibus, ut Archiepiscopi ad ingressum Romæ, vel ubi Legatus Apostolicus manserit, Crucem deponant Potestatis insigne, *cap. antiqua, de Priuileg. Oros. Corraf. Narbon. Bobad. & Acuña, adducti dist. Gios. 29. num. 72.*

88 Alio enim in principio Aulico (à Summo Præsidente recepto, dum

in Aula Regia Puer Nobilis ageret, vulgò *Menino*) inniti potuit responso. Sexemviri enim Capitales Aulici Ministri habentur, dicunturque *Alcaldes de Casa, y Corte*; ex quo sicuti Præsfecti Domus, vulgò *Los Mayordomos de el Rey*, in Comitatu ad Sacrum Sacellum, in osculatione Sacræ Purpuræ cæterisque actibus intercedunt *Scipionibus*, signis suorum Aulicorum munerum, sic, & Sexemviri Fascibus erectis intercedere debent in Aula Regia, in signum suæ Dignitatis, ac officij; quod diuersum ad conspectum Præsidentis, cum ad illum, non ut officiales, sed ut iurisdictionis, & Imperij Ministri habeantur.

Y AL PRESIDENTE DE ARAGON.

DE OFFICIO PRÆSIDIS SUPREMI

Consilij Aragonici, nunc Vice-Chancellarij.

GLOSSA VIGESIMA QUARTA.

CHancellarij Munus, Officiū, post Dignitas inter Aragonios, recepta Castellanorum Regum exemplo, & lege *6. tit. 9. p. 2.* Summa fuit, nec tantum Aulica, ut ex Mied. Merez. & alijs notat D. Laurenc. Matth. *de Regim. Valenc. tom. 1. cap. 2. §. 2. a num. 152.* Sed publica, ut ex Bardaxino prælibat. Excellentissimus Domin. D. Christoph. Cresp. *Obseru. in decis. Valent. in Prolog. Extincto* vero Chancellarij Munere, Vicechancellare Officiū, ad Supremū Regimen, permanisse credidit Dominus Crespi, in se vmbibita habens (ut illius verbis utamur) *Munera Præsidentis, ac Magni Chancellarij.*

De Vice-Chancellarij voce, Nominis, ac Titulo, Aragonici Consilij Primus, seu Præsides Honoratus fuit, usque ad annum 1629. In quo Magni

Philippi Placito, Præsidentialis Dignitas, ad Regimen Senatus, utque illius Primatum teneret Constituta fuit. Hoc florente Munere lex Nostrata fuit, anno scilicet 1636. at in ea non de Honore, ac reuerentia exhibenda agitur, Vicechancellario, sed *Al Presidente de el Consejo de Aragón.*

Anno vero 1646. mortuo Eminētissimo Cardinali Borgiæ illius Supremi Consilij Præsidentis, Officiū Vice-Chancellarij tãquam è posthliminio reuersum, restitutum fuit. Concessum Domino Matthiæ Vaitolæ Aragonensi Regenti. Illius mortē allectus fuit huic muneri Doctissimus Domin. D. Christophorus Crespi Valentinus: Cuius etiam decessu, Dignitatem, Officiū, & Auctoritatem (post diuersas, in litteraria Salmantinæ Vniuersitatis Palestra,

stra, obtentas Coronas (fuit Collegij Diui Saluatoris fausta proles) in Ciuilique Republica Aragonensi, & Neapolitana susceptos Honores, meruit, & tenet, Excellentissimus Domin. Dom. Melchor de Nauarra. Sed cum de Summo Prætoriali officio Præsidis, seu Vice-Chancellarij Consilij Supremi Aragonici, illius ortu, progressu, & extinctione: Deque Supremo munere Vice-Chancellarij, cuius manu agitur illius Senatus res, nunc Nos agere, punibile, ac criminofum esset, post doctissimas illustrationes antiquitate, notitia, & lectione editas ab Illustrissimo Dom. D. Christophoro Crespi de Valdaura Dignissimo illius Regij Senatus Vice-Chancellario, Obseru. Illustr. decisio. Consil. Suprem. Aragon. in admonit. ad Lector. Quæque cõgerit D. Laurenc. Mattheu de Regimin. Valenc. cap. 2. §. 2. à num. 152. qui latè omnia prænotata à Laz. Bullen-

ger. Couarr. Barbof. Merez. Portol. Oliuan. Anton. Fabr. Calixt. Ramir. Belluga, Mastrill. & Saaued. ad cognitionem officij, Dignitatis, Muneris, Honorisque debiti Chancellario, ad illorum Scripta libentissimè mittimus Lectores. Additis tantum Scriptoribus de Vice-Chancellarij munere notantibus; Kirner. de offic. Dignitat. Chancellar. Adam Contz. Politic. lib. 7. cap. 25. Gonçal. Regul. 8. Chancellar. Glos. 13. num. 12. Papon. Arrest. lib. 4. tit. 8. Arrest. 1. Ioan. Lymn. de iur. public. lib. 3. cap. 12. Ioan. Iacob. Speidel. Notab. H. stor. iuriac. Politic. litt. B. num. 7. Theodor. Reinting. de Regimin. Sacul. lib. 1. clausul. 4. cap. 7. ex num. 9. Bodin. de Republic. lib. 2. cap. 1. Theodor. Hoeping. de iure sigillor. cap. 6. §. 1. per tot. ex Andr. Knisch. Bessold. thesaur. pract. litt. C. num. 10. & ab his relati Gabriel Beraut. tract. de usitat. cap. 10. per totum.

A LOS GRANDES, Y A LAS PERSONAS que mandamos cubrir, sean obligados todos à llamarles Señoria, ni Excelencia à ninguno, que no sea Grande.

S V M M A R I V M.

- 1 **E**clesiastica Dignitates, primum gradum obtinent in omnibus.
- 2 Dignitates Saculares diuise in duas Clases.
- 3 Grandes venerantur necessario appellatione de Señoria, permissiue Excelencia, & quare, 25. Ex more Germanicis, 27. 33. & 35.
- 4 Señoria permissiue concessa Dignitatibus Sacularibus.
- 5 Salutatio Honorifica concessa Dignitatibus ad cognitionem Excellentia, & ac Honoris.
- 6 Patres conscripti, Senatori à Roma. ni Magistratus, ac Ministerij causa.
- 7 Archiepiscopi, & Episcopi loco Sacerdotum Ethnicorum in Ecclesia.
- 8 Señoria concessa Dignitatibus Ecclesiasticis.
- 9 Tituli Clarissimorum, Illustrium, Illustrissimorum, concessi Prætoribus, Præsidibus, cæterisque muneribus suffectis loco Senatorum.
- 10 Dignitates Regales Ducum, Comitum successere loco Prætorum, Præsidum, 32.
- 11 Duces decorabantur Titulo Illustrium, Illustrissimorum, Spectabilium.
- 12 Duces super Illustrium Titulo decorati.
- 13 Dux de Cardona inter Hispanos Muy illustre.
- 14 Comites Illustrissimi, Spectabiles.
- 15 Marchianes venerati Titulo Illustrium, Spectabilium.

- 16 Nobles, Primatesque Familiarum Honorandi iusta reuerentia.
- 17 Honorum distinctio necessaria in Republica.
- 18 L. vnic. C. de raptu Virg. numpans Titulos Honoris Dignitatibus Constitutos, refertur.
- 19 Tituli Honorum concessi Superioribus Dignitatibus, translati ad inferiores in damnum Virtutis, ac gloriae.
- 20 Excellentissimi Titulus Regius, Regibusque praescriptus, 21.
- 22 Humanae res Instabiles.
- 23 Honores suas habent Periodos.
- 24 Ambitio induxit Titulorum abusum.
- 27 Excellentissimi Titulus concessus Supremo Consilio, inter Gallos.
- 28 Tituli Honorum necessarij ad cognitionem Dignitatum.
- 29 Pretura, prima Dignitas.
- 30 Excellentia Honor concessus Praefectis Praetorijs.
- 31 Exarchalis Dignitas Honorata Honore Excellentiae.
- 34 Excellentia Decorata Dignitates Regales inter Europaeos.
- 36 Señoria vox, unde orta.
- 37 Ariostus inuebens contra Hispanos, circa abusum de la Señoria. Linneo, contra Italos, referuntur.
- 38 Abusus Honoris de Señoria, ab infemis Hominibus ortus.
- 39 Señoria, à voce communi Dominus, orta ex Bernardino Graco.
- 40 Domini vox communis Seneca, & Mercianus atate.
- 41 Domini vox recepta in significatum Superioritatis, ac Dignitatis ex Feudoram usu, & Iure Communi.
- 42 Señor, à Señorio dictus.
- 43 Señor, vox recepta ad agnoscendos Magistratus Supremos.
- 44 Magistratus Supremi, inter Hispanos dicebantur Consules, & Potestates.
- 46 Duces, ac Comites.
- 47 Duces, ac Comites in Hispanos cum Potestate, & Iurisdictione.
- 48 Señorio, vox significatiua Potestatis, & Imperij.
- 49 Señores appellabantur Duces, ac Comites.
- 50 Señoria orta à Señorio, y Señor, 58.
- 51 Reges Honorabantur reuerentia appellatione de Señoria.
- 52 L. i. tit. 25. par. 4. refertur, designans quis dicatur Señor, 53. Et l. i. & 12. tit. 1. par. 2.
- 54 Duces, ac Comites sunt locum tenentes Regum, 55. ac de illorum Consilio Iure Honorario.
- 56 Señores à Senioribus dicti.
- 57 Magistratus Titulo Seniorum Honorabantur.

DE HONORIFICA APPELLATIONE DE
Señoria, constituta Dignitatibus Ecclesiasticis Archiepiscoporum, & Episcoporum, Sæcularibusque Magnitudinis prærogatiua Decoratis: Deque eis permissa *Excelencia*.

Alijsque Dignitatibus tantum

Señoria.

GLOSSA VICESIMAQVINTA.

Cognita Ecclesiasticarum, & Sæcularium Dignitatum Origine, & progressu, prænotandum est Politico Iure

à Regibus Nostris distinctos fuisse illarum ordines in Honorum, ac reuerentiarum exhibitione. Primumque creditum gradum Ecclesiasticis:

A los

A los Arçobispos, y Obispos, eis necessaria præscripta reuerentia sub voce, Señoria; quod acceptum ex Gentium more credo, cum apud omnes Spirituales Magistratus Primatum habuisset, vt ex Cicer. in Pisan. Me in ipsa domo, in qua tu me expuleras, Pontifices, Consules, Prætores collocauerunt. Et à Cæsare edocemur, quem appellari Primo Pontificem Maximum; Secundo Dictatorem, Imperatorem Consulem voluisse, notant Bulleng. de Imperat. Roman. lib. 1. cap. 8. Gutth. de Veter. iur. Pontific. lib. 1. cap. 11. Ex hoc more Codin. Curopalota de offic. Constantinop. enarrans Palacij Imperatorij munera. Primo Ecclesiastica digerit, quem sequitur Pancirol. variar. lib. 1. per tot.

2. Secundūque credatur Sæcularibus: *Y à las personas q̄ mandamos cubrir. In quo etiā videmus Nostros Reges ipsum morem Maiorum secutos distinctè constituisse Dignitatum Regalium Classes. Primæ enim Optimatum, vulgò Grandes, præscripsit necessariè reuerentialem appellationem de Señoria, permissiue de Excelencia. Secundæ vero (in qua circumscribuntur omnes Dignitates sine Excellentia Magnitudinis, vt ex litterali enumeratione legis) permissiue Honor de Señoria; quod, vt diximus, Iure Politico fuit Cõstitutum, si attète recolimus omni ætate, Regno, ac Imperio Honoratos fuisse Magistratus Sacros, vt Sacerdotes, Summosque Pontifices. Sæcularesque, qualiter Primates, Seniores, Principes Familiarum, Præsides, aut Prætores, tam Scripto, quã Verbis Honorifica Salutatione, Secundum Excellentiam vniuscuiusque, Abulens. in Ios. cap. 5. quæst. 75. vt alijs omisis pater ex Romani Regni, Reipublicæ, Imperijque Historia. Inter Romanos notum est à Romali manu Senatores in Honorem appellatos: Patres tantum, post Conscriptos, vt ex dictis Glos. Nec tantum ex Gen-*

tilitia Nobilitate, vt aliqui credunt; sed quia ad regimen publicum cooptabantur, cum nec illo Titulo digni haberentur, ni puolica munera obijissent, ac Magistratus, Dionys. Halicarn. lib. 2. Plutarc. in Romul. & in quæstionib. Roman. quæst. 58. Ioan. Iacob. Dracon. de iur. Patrie. lib. 1. cap. 2. ex num. 12.

7. Loco Sacerdotum Ethnicorum, quos Summos Põtifices dictos, Patresque notauimus Glos. 15. Archiflamines, ac Flamines, Glos. 22. n. 18. nominatos Episcopos, notat Isidorus relatus à Graciano, cap. Gleros 21. dist. Abulens. in Genes. cap. 47. quæst. 10. 8. De quo Glos. 22. Hos Titulo Honoris Illustrium, ac Illustrissimorum veneratos, diximus dict. Glos. 22. quare, & inter eos præscripta Señoria.

9. Successere Senatoribus, Præfecti, Prætores, Præsides, omnibus fuit antiquitus promiscua veneratio (antiquato Patrum Conscriptorum, nomine ni in corpore Senatus) voce Clarissimorum, Illustrium, Illustrissimorum, Spectabilium, ac Excellentissimorum. De quo omnia congerūt distinctione temporum lata, secundum voluntatem Imperatorum, tam sub Augusti Dominio, quam Constantini, Iustiniani, Regisque Attalarici, & Gallorum moribus, Æguinar. Baron. in l. Nupta, de Senatorib. Turturet. de Nobilit. Gentil. lib. 9. cap. 4. Vvolphang. Laz. Roman. Reipubl. lib. 2. cap. 5. Ioan. Corras. l. Nupta, §. Senatores, de Senatorib. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagm. cap. 12. Ioan. Lymn. de iur. publ. lib. 4. cap. 6. Pancirol. variar. lib. 1. cap. 3. Theodor. Hoeping. de iur. insign. cap. 22. ex num. 101. cum sequentib. Ioan. Iacob. Dracon. de iur. Patrie. lib. 2. cap. 4. nam. 21. & relati num. seq. Cum vero loco illarum Dignitatum succenturiana fuissent Regales, vt patet ex adductis Glos. 30.

10. Taliter, vt idem sit Dux, Marchio, Comes, quod Senator, Prætor, Præfectus, Præles. His (Re-

gijs
tos f
tulo
(11
l. Præ
appel
fic. l.
Seru
anti
strib
9. &
9. 3.
1. ca
de Sa
Her
cap.
Rom
Impe
de i
Pan
Gre
11.
25.
pañ
rer. C
de o
ber.
volu
4. ca
dict.
1
Duc
Illu
ric.
(13
de C
quai
cap.
huc
nori
quan
fri L
iore,
dem
eleg
ex C
Orig
The
num
de v

gijs scilicet Dignitatibus) Constitutos fuisse, ex Gentium more illos Titulos Honorum, *Illustriam*, *Illustrissimi* (11) *morum*, *Speſtabilium*, enuncitur ex *l. Præcipimas*, §. *Quod si*, *l. Penult.* C. de *appellationib. l. Viros*, *l. fin.* C. de *diuerſ. offic. l. fin.* C. de *Domest. & Protectorib. l. fin.* §. *erit autem*, C. de *re milit. lib. 12.* post antiquos *Ruin. cons. 104. vol. 5.* *Maſtrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 5. num. 9. & 10.* *Garc. de Nobilitat. quæſt. 48. §. 3. num. 69.* *Conrad. templ. iudic. lib. 1. cap. 4. num. 6. & 7.* *Andr. Knichen. de Saxon. non. prou. iur. cap. 4. num. 17.* *Henric. Kinschot. de reſcript. tract. 1. cap. 1. num. 4.* *Vvolphang. Laz. lib. 2. Roman. Reipubl. cap. 9.* *Bullenger. de Imper. Roman. lib. 4. cap. 34.* *Kochier. de iure ſuperioritat. cap. 4. ex nu. 378.* *Pancirol. varian. lib. 1. cap. 5.* *Petr. Gregor. lib. 6. Syntagmat. cap. 7. num. 11.* *Bobad. lib. 2. Politic. cap. 16. num. 25.* *Moreno de Vargas Nobleza de Eſpaña, Diſcurſo 13. ex nu. 1.* *Petr. Bercer. Germanic. lib. 1. cap. 22.* *Gutther. de offic. Dom. Auguſt. lib. 1. cap. 4.* *Tyber. Decian. reſponſ. 19. nu. 19. & 178.* *volam. 3.* *Ioan. Lymn. de iur. public. lib. 4. cap. 6. ex num. 40.* *Theod. Hoeping. dict. cap. 22. ex num. 105.*

12 Aliqui notant pertinere ad Ducalem Dignitatem Titulum *Super Illuſtris*. Vt de Duce *Brabantia*, *Heric. Kinschot. de reſcript. dict. tract. 1. (13) cap. 1. num. 4.* Et inter Nos *Dux de Cardona* dicitur: *May Illuſtre*. Et quamvis *Andr. Alciat. lib. 3. diſputat. cap. 4.* illum agnoſcere non velit, adhuc ex Iuris notitia fuiſſe inter Honoris notas receptum, patet ex *l. Si quando 38.* C. de *appellationib. Siue Illuſtri Dignitate decoretur, ſiue etiam maiore, l. Eos qui*, C. de *uſur. Illuſtribus quidem perſonis, ſiue eas præcedentibus. Vt eleganter contra *Alciatum*, notat ex *Cujacio*, *Ioan. Iacob. Dracon. de Origin. Patric. dict. lib. 2. cap. 4. num. 21.* *Theodor. Hoeping dict. cap. 22. ex num. 105.* *Petr. Rebuf. in l. Specioſas, de verbor. ſignific.**

14 De Comitibus etiam *l. vnic.* C. de *offic. Comit. Orient. l. fin.* C. de *diuerſ. offic. Gutther. de offic. Dom. Auguſt. lib. 3. cap. 16. & 25.* *Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 63. num. 46. & 48.* *Gregor. Lop. l. 3. tit. 14. par. 4.* *Garc. de Nobilit. Gloſ. 48. §. 3. num. 67.* *Alciat. de ſingul. certam. cap. 32. & 33.* *Marc. Anton. Surg. Neapol. Illuſtr. lib. 1. cap. 19. num. 10.* *Iul. Cæſar, Capac. dict. cap. 19.* *Tyber. Decian. reſponſ. 7. num. 11. lib. 3.* *Anton. Perez ad tit. C. de Dignitatib. lib. 12. à num. 12.* *Moreno de Vargas Nobleza de Eſpaña, Diſcurſ. 13. num. 11.* *Luc de Pen. l. fin. C. de Decurionib. lib. 10.* *Bobad. lib. 2. Politic. cap. 16. ex num. 26.* *Ioan. Lymn. de iure public. lib. 2. cap. 4.* *Theodor. Hoeping. dict. cap. 22. ex num. 101.*

15 De Marchionibus, ex *Hoſtienſ. Velasc. Purpurat. Boer. Alciat. Frech. Caſſan. Freder. Schot. Afflict. Riminald. Menoch. cons. 302. ex num. 11.* *Maſtrill. de Magistrat. dict. cap. 6. num. 19. & 20.* *Andr. Knichen. dict. cap. 4. num. 59.* ex *Maceratenſ. cons. 26. num. 32.* *Ioan. Lymn. & adducti num. antecedenti.*

16 Hic mos receptus ex communi Iure, & Gentium placito, *Ioan. Iacob. Dracon. de iure Patric. lib. 3. cap. 2.* Et in *Appendic. De nouo, ac recepto uſu luxurioſo Titulorum*, ad Nos trãſijt, & ſic inter *Hiſpanos* acceptum, quod *Nobiles Familiarum*, hique, qui poſt *Regem*, *Regni culmen* obeunt, *l. 3. tit. 14. par. 4.* *Las perſonas honradas, è de grande guiſa, è que ſon pueſtos en Dignidades, aſſi como los Reyes, è los que deſcienden de ellos, è los Condes. Dignis, ac Honorificis appellationibus, ac reuerentialibus decorentur.*

17 Ex his principijs deducta lex Noſtra, quæ *Summo Maieſtatico principio* innitens, conſtituit, *Appellationis Honorificæ diſtinctionem*, neceſſariam ad meliorem *Politici Regiminis directionem*, vt deſignauit *Magnus Theodoricus apud*

Cassiodor. lib. 6. Epist. .Optamus nobis, Deo auxiliante subiectos varia Dignitatum prerogatiua gloriari. Desideramus probabile genus hominum impressa gratia Dignitatis ornare, ut laudabilis possit in vniuersisque viuere, cum se Honores reuerendos cognouerit accepisse. Quid enim gloriosius Sacris Dignitatibus, Politicis muneribus, quam se dignos agnoscere venerando vocabulo, ut dixit Imperator in Auth. de Prætor. Præsid. cap. 1. de Excellentia, necessario eis exhibenda de Sænoris? Quid iacundius cæteris Dignitatibus, cum, & si Summis, non tamen Excellentioribus Magnitudinis Infulis decoratis, quam illa etiam Honorari decorosa appellatione de Sænoris? Quid etiam gloriosius Regibus Nostri, quam prolata lege præscribere ordinem in Honorum collatione, edoctis Iustiniano exēplo, l. unica, Cod. de rapt. Virgin. con- (18) ferentis vnicuique ordini, ac gradui debitum Honorem? In hac Regia Vrbe, tam viri Excelsi Præfecti Prætoris, quam vir gloriosissimus Præfectus Vrbi: in Prouincijs autem viri Eminentissimi Præfecti Prætorio per Illiricum, & Affricam, quam Magistri Militum per diuersas Nostri Orbis Regiones: Nihilominus omnes viri Spectabiles, & Duces, & Viri Clarissimi Prætores Prouinciarum, necnon alij cuiuslibet Ordinis Iudices.

19 Sed dicent ex hac Iustiniana Constitutione deturbatos dignoscendi Honorum gradus, concesso Titulo Excelsissimorum, Eminentissimorum, Spectabilium, Gloriosissimorum, Dignitatibus inferioribus, quorum in principio, & ortu Reipublicæ expertes erant, polluta ex eo ab ambientium luxuria, virtutis gloria refulgente in legitima Honorum collatione, ac distributione. Quod (20) idem de Nostri lege dicendum, si Excellentissimorum Honorem, ad designationem Maiestatis acceptum, Cicer. lib. 1. de natur. Deor. Habet enim

venerationem iustam, quidquid excellit, Ioan. Franc. Scaglione. Comment super Proxim. Neapol. tit. de Ordin. Cur. num. 2. fol. 186. Ioseph. Carneal. Regionament. de Titul. vers. Excelente, & vers. Excelencia, inter opera Scaglione. fol. 272. & 275. Et ob id Regium, Regibusque præcipuum, cap. Quæ grani, de supplend. negligent. Prælator. lib. 6. cap. Excellentissimus 11. quæst. 3. Cassiod. lib. 2. Epist. 41. & lib. 3. Epist. 4. ad Luduin. Francor. Regem: Excellentiam vestram Epistolari Sermone salutamus. Ut ex edictis Luithprandi Longobardorum Regis, in volum. legum, fol. 208. 210. & 214. Ego in Dei nomine Luithprandus Excellentissimus. Rotaris, & Grimoal. Carol. Sygon. de Regn. Ital. lib. 2. ann. 643. 668. & lib. 3. ann. 713. Adam Contz. Politic. lib. 7. cap. 71. Theod. Hoeping. de iur. insign. cap. 22. num. 72. Camil. Borrel. de Reg. Cathol. præst. cap. 41. n. 38. Roman. Repub. de el Mundo, lib. 4. cap. 26. Menoch. conf. 302. n. 14. De quo Gl. 5. n. 56 Particularibus, & si Summis, ac Regijs Dignitatibus permissum habeamus.

22 Quamvis enim hæc annotatio iusta censeatur, nec mirandum attamen; nam cum humanæ res perpetuo in motu sint, Authent. de non alie- (23) nãd. reb. Ecclesiast. cap. 29. Honores etiam suum habent motum, suasque Periodos, Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 22. num. 1. & 5. Ideo, & si Excellentissimi Titulus Regibus præcipuus haberetur, suo tempore fuit, suaque in Periodo, dūque Regna paruis contenta limitibus intra certos, ac breues fines cõtinebantur; dumque virtutibus, ac meritis cer- (24) tabatur, Glos. 22. à n. 1. Sed postquam incæpit crescere Titulorum arrogãtia, ambitio, Honorum luxuries, Glos. . à num. 28. quod obvenit etiam postquam manus Regia suis non satiata, extensa ad vltiora, extra Patriam, alienos lares arripuit, Maiores Titulos, & sibi Maiestas concupiuit, concessitque Dignitati-

bus

būs Regalibus, credens ad sui pompā illos necessarios, per derivationem, ac participationem authoritatis. Latè Ioan. Iacob. Dracon. *de iure Patric.* (25) lib. 2. cap. 4. ex num. 11. Quare nil mirum præscripsisse Reges Nostros, non proprio placito, sed cæterorum Regum morē secutos, in lege Nostra Optimatibus: *A los Grandes*. Primum gradum Honoris habētibus. De quibus *Glos.* 33. Honorem de *Excelencia*, Lorin. in *Act. Apostolor.* cap. 7. num. 48. *vers.* *Communicantur*. Cum, & Nicol. Boer. *de ord. grad. utriusque For.* par. 2. (26) num. 2. nec dedignetur Consiliū Regis, ratione authoritatis *Excellentissimum* dicere, tanquam Primū gradum habens in ordine Dignitatum.

27 Quæ Constitutio conformis (si attente attendimus) est vsui Aulico Imperatorum, Imperiali Regimini, morique Politico; iam per Gentes cōmuni, de quo latè Dracon. *de iure Patric.* lib. 1. in *Appendice*, cap. 2. Nam (28) cum Imperatores, Republicæ, Gentes, ad meliorem Regiminis publici cultura n Titulos Honoris necessarios esse dignoscerēt, vt diximus *Glos.* 1. & vnique ordini suos præscriberent, vt diximus, ex *dict.* l. *unic.* (29) *C. de rapt. Virg.* *Supremæ*, & *Primæ* Dignitati (Præfecturæ scilicet Prætorianæ) eleuatæ in hunc gradū, à Romanis Imperatoribus secundæ ætatis, *Authēt. de Prætor. Thrac.* cap. 1. (30) *Cassiod. lib.* 6. *Epist.* 3. Titulum *Excellentiæ*, in dixerunt, l. *Tam Clementis*, *C. de Episcop. & Cleric.* l. *Tam lex*, *C. de Episcop. Audient.* l. *Excellentia*, *C. de erogat. milit. annon.* lib. 12. *Auth.* vt *Iudic. sine quo suffrag.* cap. 7. & in *Epilog. Authēt. de Triente*, & *Semis.* *Tua* igitur *Excellentia*, *Auth. de Nupt. in Epilog. Authēt. de Prætor. Tycæon.* cap. 5. *Scire* igitur oportet *Excellentiam tuam*, *Auth. de Comitib. Isaur.* *Auth. de Moderator. Helesponti.* *Auth. de Prætor. Paphagon.* *Auth. de Prætor. Capadoc.* *Auth. de Rescript. quatuor Præsidum Armen.* Et in *ediecta Iustinian. tit. Ne Præsid. in Fis-*

cal. caus. Ioanni Præfecto Prætorio edicens: *Missa igitur ad Excellentiam tuam.* Repetit in *edict. de Armen non succed.* *De Magistrat. Phenic. Lybanic.* *De Apparitorib. Præsid.* *De Helesponto,* *Pancirolo. notit. Imper.* cap. 2. & lib. 1. *variar.* cap. 2. *Gutther. de offic. Dom. August.* lib. 1. cap. 4. *Marc. Ant. iurg. Neapol. Illustr.* lib. 1. cap. 19. n. 9 & 10. *Maximil. Iander. Mandi fallac. de tit. abus.* fol. 119. *Tasson. Pragm. de ante. fact.* *vers.* 2. *obseru.* 2. num. 111.

31 Succenturiata fuit Exarchalis Dignitas in Italia loco Prætorū, huic etiam idem concessus honor, vt de *Narfete Exarcho Italiae*, cap. *de Liguribus* 43. 93. *quest.* 5. *Carol. Sygon. de Regn. Ital.* lib. 1. *Ad Excellentissimum filium Nostrum Dominum Exarchum.* In quo notanda Imperialia verba gratitudinis, ac Potestatis: *Filium Nostrum, ac Dominum.*

32 Cæteris in Regnis Europeis, vt diximus *Glos.* 30 loco Præturæ, ac Præfecturæ suffecti fuere Ducatus, Marchionatus, Comitatus. Ex quo (33) legitimè permissum, vt Dignitati Regali Magnatis Infulis ornatae (- 4) exhibeatur *Excelencia*; sicuti, & iam in cæteris Europæ Prouincijs ex illa Succenturiatione receptum testantur *Bessold. dissertat. de præced.* cap. *ult. num.* 3. *Ioan. Lymn. de iur. publ.* lib. 4. cap. 6. ex num. 42. *Fr. Geron. Roman. Republ. de el Mundo*, lib. 4. cap. 26. *Bernar. Græc. Glos. in Pragm. Neapol. de litter. formul. num.* 167. latè *Menoch. conf.* 302. *per tot.* *Machad. de el Perfecto Confessor*, lib. 6. par. 1. *tract.* 2. *disc.* 1. nu. 1. *Maximil. Sander. Mundi fallac. tract. de Titul. abus.* fol. 159. *Pancirolo. variar.* lib. 1. *Ioan. Iacob. Dracon. de iure Patric.* lib. 2. cap. 2. n. 21.

35 Sed cum hic honor de *Excelencia*, permissiue tantum cōcessus sit Optimatibus; iure vero *Señoria*, *Bobad* lib. 2. *Polit.* cap. 16. n. 25. *Carrillo Orig. de las Dignidades, Discurs.* 8. *quærendum* est vnde receptus inter Nos Honor, seu vox *Señoria*.

37 Et quamvis de illa, calumniose, Ariostus de Hispanis: *Poiche la vile adulacion Spagnola à la Signoria fin al bordelo.* Vere de Italis Lymneus de iure publ. lib. 4. cap. 6. num. 69. In Italia Multo Magnifico, Multū Magnificos etiā secularis opera Artifices se appellari Iure quodam exposcunt. De alijs Ioan. Iacob. Dracon. de iure Patrie. lib. 3. in (38) Appendic. cap. 2. ex num. 5. Adhuc, cum ipse credat illius Honoris abusum, non in viris Principibus residere, sed in inferioris subselij hominibus.

De Authoritate, Honore, ac Origine agendū dixi, legitimeque Constitutam Dignitatibus fuisse inter Nos appellationem de Señoria. De (39) Honore vidēdus Bernar. Græc. Glos in Pragmat. Neapol. de litterar. formul. num. 173. relatus à Francisc. Scaglione. Comment. ad Pragmat. Neapol. fol. 272. qui credit ortum à simplici, verbo Dominus: qua voce actiue, & passiuē, & in locutione, & scriptis omnes appellantur. Sed hic assensus futilis sane creditur, cum appellatio, (40) a lege præscripta, de Señoria, nō sic communis habenda, vt sensit Bernardin ex Senec. Ouid. 3. Amor. cap. 6.

Et mihi blanditias dixit, Dominumque vocabit.

Marc. lib. 1. Epigram. 67.

Cum te non nossem, Dominum, Regemque vocabam.

Vbi latè Rader. Lenin. Tyber. ad Sueton. in August. cap. 53. Ioan. Lymn. de iure publ. lib. 4. cap. 6. num. 67. Ioan. Iacob. Speidel. Hystor. iur. Politic. litter. H. num. 31. Sed Ciuilis, Politica, ac Honorifica.

41 Quare dicendum acceptum hoc prædicatum à verbo Dominium in significato Superioritatis, Dignitatis Imperij, aut Iurisdictionalis, Petr. Gregor. lib. 1. Sytagm. cap. 12.

num. 3. & 4. Cum Feudali Iure, Superiores à vassallis, Domini appellantur, in Superioritatis signum. Vt ex lib. 2. Feudor. tit. 5. Qualiter iurare debeat Vassallus Domino. Et tit. 6. Qui Domino suo fidelitatem iurat. Et tit. 7. De forma fidelitatis, Procem tit. 25. par. 4. Hottoman. de feud. cap. 3. Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 22. ex num. 1, 5. Ioseph. Carneual. Regionam. de Titol. vers. Signare, relatus à Francisc. Scaglione. Comment. ad Constitut. Neapolit. fol. 272. Et etiam Magistratus, quatenus compotes sunt Imperij, authoritatisq; Maiestaticæ, l. Si Spadonem, §. Si Ciuitatis, de excusat. tutor. l. Scire oportet 21. §. Si Praefectorium, de Tutorib. & Curatorib. datis ab bis, Bartul. l. 1. in fin de iurisdic. omn. iudic. l. 8. tit. 9. par. 1. vbi Gregor. Lop. verbo A que llaman en Latin Iurisdic. Et in l. 4. verbo El Señorio, tit. 7. par. 5. De voce Dominus, diximus Glos. 3.

42 Et cum hæc vox Dominus à Dominio, orta, Hispano Idiomate sit Señor, à Señorio, dict. l. 8. tit. 9. par. 1. dict. l. 4. tit. 7. par. 5. Moreno de Vargas, trat. de la Noblez. Discurs. 13. n. 3. (43) & diximus Glos. 3. n. 82. Acceptaque sit ad dignoscendos Magistratus Supremos, qui inter Hispanos; vel dicebantur Iudices, Marian. Hystor. Hispan. lib. .cap. . Sandou. Hystor. de los cinco Obispos, fol. 288. & 289. Moren. de Varg. dict. Disc. 13. n. 4. Salaz. de Mendoc. Origen de las Dignidades de Castilla, lib. 1. cap. 13. Ambr. de Moral. (44) lib. 15. cap. 4. Cōsules, Fr. Prud. de Sandou. vbi proxime, fol. 278. Sanctus Princeps in Legionē, Consulque eius Ferdinandus Gundisaluus in Castella. Et fol. 289. El Conde Fernan Gonzalez fue Conde, Duque, Consul en Castilla, en tiempo (45) pa de Don Alonso el Magno. Potestates, Salaç. de Mendoc. Origen de las Dignid. de Castilla, lib. 1. cap. 12. Melendo Suarez, Potestad, & Governador. (46) Et lib. 2. cap. 6. Duces, aut Comites, vt diximus Glos. 29. Ambrosio de

Moral. lib. 15. *Chronic. cap. 17.* Salaç. de Mendoc. *Orig. de las Dignid. lib. 2. cap. 1.* El Conde Don Pelayo se ballò en la Conquista de Coimbra, y el Rey se la diò en feudo de honor, Sandou. *Historia de los cinco Reyes, fol. 53.* Encomendò el Rey Don Alonso la guarda, y frontera de la Rioxa à Don Garcia Ordoñez, que ya be dicho como era de la Casa Real de Leon, y diòle en honor, con Titulo de Conde, la Ciudad de Naxera. Et fol. 55. Y siendo Conde, y Governador de Naxera, que era Tenencia de las mas hóradas de el Reyno. Et fol. 68 El Conde Don Gonzalo Saluadores, que tuuo en Encomienda el Castillo de Lara, y Torres de Garasco, y despues la Bureba, y Castilla la Vieja. Et *Histor. de los cinco Obispos, fol. 112.* Eran muchos los Condes, y todos estauan debaxo de la obediencia de los Reyes de Asturias, que los prouèian, y dauan sus honores, y Tenencias, como Gouernos, que assi lo hizieron muchos años despues los Reyes de Castilla, y de Leon. De esta manera auia vn Conde en la Rioxa, otro en Amaya, otro en Lara, otro en Osma. Et in *Histor. de los cinco Reyes en Don Fernando el Magno, fol. 20.* Alcaydes, Señores de los Lugares, que los Reyes les encomendauan, Salaç. de Mendoc. *Origen de las Dignidad. lib. 1. cap. 15. & lib. 2. cap. 6.* Imperio, Potestate, ac Iurisdictione, 47 tam Militari, quã Politica, Ambros. de Moral. *diçt. cap. 17.* El Conde Don Diego era Conde ya en Castilla, y la gouernaua. De quo *Glos. 31. & 32.* 48 Et cum, vt diximus hæc Potestas, Imperium, seu Iurisdictione, Señorío diceretur, l. 8. tit. 9. par. 1. De su Señorío, que llamã en Latin Iurisdictione. Ex eaque Duces, Comites, hique, quibus commendabatur, aut credebatur Imperium, dicebantur Señores, Bobadill. *lib. 2. Politic. cap. 16. num. 23.* Moren. de Vargas *tract. de la Nobleza, disc. 13. num. 5.* Marian. *Histor. Hispan. lib. 5. cap. 11.* Fr. Prudencio de Sandou. *Historia de los cinco Reyes en Don Alonso el VI. fol. 41.* Couarr. *Tesoro de la lengua Castellana, verbo Señorío,*

Fr. Geronim. *Roman Republica de o Mundo, lib. 4. cap. 30.* Renat. Chopin. *de legib. And. lib. 1. cap. 46. num. 15.* Solorzan. *Memor. Iuridico de los Derechos, y Honores de las Plazas Honorarias, ex num. 362.* Sesse *decis. Aragon. 1. num. 53.* Et ob id appellantur ipsi Rici-Homines, Señores, quasi Iudices; unde passim legitur in Foris, & *Chronicis Aragonum:* Lopez Senior en Zaragoza; Azagra Senior en Beja. Et sic de alijs multis, quasi Iudices essent ex eo; quia Iurisdictione Señoría appellatur, & sic in rubric. de Iurisdictione, omn. iudic. quando Fori in lingua Hispana continebantur, legebatur sola Señoría, de los Señores, Salaç. de Mendoc. *Orig. de las Dignidad. lib. 1. cap. 17.* Senior Affr Nuñez, Governador de Parcoruo. Et postea: Senior Fortun Sanchez, que tenia à Caparroso. Et *lib. 2. cap. 1.* Sancho Fortanez, Señor en Calahorra; Inigo Fortanez, Señor en Arnedo; Galindo Velasco, Señor en Entrena; Sancho Lopez, Señor en Poza; Sancho Mançeracaz, Señor en Oza; Fortun Lopez, Señor en Naxera. Et *eod. lib. cap. 2.* Sandou. *Histor. de los cinco Reyes en D. Alonso el VI. fol. 41.*

50 Ab eo ortam credimus Honorificam appellationis vocem de Señoría, sicut acceptum, vt Reges Supremi, Regalis Dominiij causa, Señores dicantur. Et sicuti receptum ab 51 antiquis fuit, vt ad venerandum Supræmæ Maiestatis culmen Honorentur illa acceptione: De la vuestra Señoría, vt diximus *Glos. 8. num. 6.* Pariter receptum, vt Duces, Comites, Dignitatesque Ecclesiasticæ, ac Temporales decorentur illa, cum Dominium habeant, seu Señorío, à quo Señores. Siue illud accipiamus quatenus suis inditionibus Dominium habent, l. 1. tit. 25. par. 4. Señor es llamado propriamente aquel que ha mandamiêto, è poderio sobre todos aquellos, que viuen en su tierra: è este tal deuen todos llamar Señor, tambien los naturales, como los otros, que vinieron à el, è à su tierra: Otro si es dicho Señor todo hombre, que ha

53 poderio de amar, è de criar por Noblezia de su linage, l. 11. & 12. tit. 1. par. 2. Por hereuamiento han Señoria los Principes, è los Duques, è los otros Grandes Señores. Siue quatenus sunt Locumtenentes, Regumque Vicarij, Auend. de exequend. mandât. par. 1. cap. 9. num. 1. & cap. 12. num. 24. Azeued. rubr. tit. 25. num. 3. & sequentib. lib. 3. Recopil. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 16 num. 9. & 19. vt ex Longobardicis legibus notant Paul. Diacon. lib. 5. Histor. Longobardor. Afflict. tit. de investitur. inter Domin. & vassall. num. 19. & 20. Cujac. de feud. tit. 1. Georg. obrecht. de iur. feud. lib. 3. cap. 1. n. 52. & 54. Gallicisque Dignitatibus, Renat. Chopin. Sacr. Polit. lib. 3. tit. 3. nu. 30. & de iurifict. Andegabens. lib. 1. cap. 42. num. 3. & cap. 48. num. 1. Germanicis, Petr. Berc. rer. Germanicar. lib. 1. cap. 22. Andr. Knichen de Territor. Orig. cap. 1. num. 46. & de iur. superioritat. cap. 4. num. 85.

55 Habenturque de Consilio Regis Natio Iure Honorario, l. 6. tit. 9. par. 2. l. 31. tit. 3. lib. 1. Ordinam. l. 4. tit. 4. lib. 2. Recopil. Otalora, de Nobilit. 3. par. cap. ult. num. 15. Parlador. Sex qui centur. different. 10. num. 17. Hermosill. in Prolog. par. 5. Glos. 2. num. 96. Cued. decis. Lusitan. 108. par. 2. Ioan. Iacob. Dracon. de iur. Patrio. lib. 3. cap. 4. ex num. 11. p. 17. 56 Haud ignoro fuisse asserentes Señores dictos, quia olim Seniores, dicebantur Principes, Magistratus Supremi inter Gentes; præcipue inter Gothos, Concil. Toletan. V. in princip. Cam Optimatibus, & Senioribus Palacij, Concil. XVII. Canon. 1. & Concil. XIII. Canon. 2. Luithprand. in Chronic. ann. 712. num. 189. Seniores Ecclesia Toletana.

Francos, & Italos, Franc. Hotto. man. de feud. cap. 3. Bobad. lib. 2. Politic. cap. 16. num. 23. Renat. Chopin. de iurifict. Andegauenf. lib. 1. cap. 46. num. 13. Andr. Knichen. Encicloped. cap. 1. num. 101. Melch. Golstad. rer. Aleman. tom. 1. par. 2. fol. 392. Ioan. Iacob. Dracon. de iur. Patrio. lib. 3. cap. 2. num. 5. Senior erat, qui ad guernacula sederet. Ex quo sic Marian. Histor. Hispan. lib. 5. cap. 11. El Abad Biclarensè dize, que Aspidio era en aquella Comarca Senior, que es lo mismo, que el mas viejo, dado que aquella palabra, en significacion de Señorio, y Principado. De donde en lo de adelante, assi en las memorias de España, como en las acciones de los Concilios. Principalmente los que en tiempo de Carlo Magno se tuuieron en Francia, los Señores, y Principes se comencaron a llamar Seniores, costumbre, que desde aquel tiempo passò a las lenguas vulgares de España, Italia, y de Francia, que esto quiere dezir Señor, Fr. Prudenc. de Sandoual, Historia de los cinco Reyes, en Don Alonso el VI. fol. 41.

58 Quare cum causa Domini, seu Magistratus Duces, Comites, Marchiones, cæterisque relati in l. 11. tit. 1. par. 2. Principes, Duques, Condes, Marqueses, Iuezes, Vizcondes, son llamados los otros Señores de que hablamos de suso, que han honra de Señorio por heredamiento. Dominium habeat, apud Nos Señorio. Legitimè necessario præscribitur Señoria Archiepiscopis, Episcopis, Magnatibus; cæteris vero permittitur, Couarru. Tesoro de la lengua Castellana, verbo Señoria, Bobad. dict. lib. 2. Politic. cap. 16. num. 32. Narbon. in hac lege, Glos. 14. Valenç. conf. 82. per tot. præcipue num. 59.

MANDAMOS ASSIMISMO, QUE A LOS Embaxadores, que tienen asiento en Nuestra Capilla, se les aya de llamar, y escriuir precissamente *Señoria*. Y permitimos se les pueda llamar *Señoria* a los demás Embaxadores, que vienen de fuera de estos Reynos: y a los Nuestrros Embaxadores, que residen, y han residido en las Embaxadas nuestras.

SUMMARIUM.

- 1 Embaxadores Honorantur appellatione necessaria, de Señoria, 21.
- 2 Dicitur Aprocristarij, 4. Responsales, 5. Oratores, 6. Legati, 7. Nuncij, 8. Missi. Apocristarij Legati particulares.
- 9 Legatorum ministerio utuntur Principes ad Respublicas agendas.
- 10 Legatorum usus necessarius, 13.
- 11 Origolagationum, munus, & dignitas, a quibus referantur.
- 12 Legatorum immunitas Sacra omni iure.
- 14 Legati, causa boni publici eliguntur.
- 15 Legati Sapientes.
- 16 Legatorum munus creditum Primatibus Regnorum, & Illustribus viris, 17. & 32.
- 18 Legationes tantum concessa Patrijcijs inter Romanos.
- 19 Honor debitus legatis a Rege, quo mittuntur.
- 20 Legati Honorandi a Rege proprio.
- 22 Sedere coram Rege, concessum tantum.

- 23 Legatorum mittendorum ius competit Principibus Supremis equali pollentibus Dignitate, qua illi, quo mittuntur.
- 24 Legatorum Honores, Commitatus collatio Honorabilium munerum.
- 25 Legatis effigies vera Principis habetur.
- 26 Sessiois prerogatiua concessa legatis, quatenus representant sui Regis Dignitatem.
- 27 Legatis Regum, a Romanis concessa sedes in Orchestra.
- 28 Embaxador, officio honrado, ex leg. Partitarum, 31.
- 29 Legatis inferiorum Principum, & supremorum, permessa Señoria.
- 30 Embaxadores, seu Legati, Regis Nostri Honorandi appellatione de Señoria, etiam post impletum munus.
- 33 Legati, etiam post impletum munus Honorandi: Cum Dignitas non evanescat.
- 34 Legatis concessa vacatio munerum post impletam militiam.
- 35 Paschalius refertur, de Honore Legatis debito.

DE OFFICIO DIGNITATE, IMMUNITATEQUE Legatorum, tam Legationis tempore, quam functi muneris.

GLOSSA VIGESIMASEXTA.

INter cæteras Dignitates, quibus à Nostro Rege concessus Honor, *De Señoria*, Legatorum fuit, vulgò: *Embaxadores*, vt ex serie legis. Sanè hæc Dignitas varijs fuit per Gentes ornata Titulis Honorum: Nam, vel Apochrisiarij dicti, vt ex *Epistol. Stilian. Episcop. ad Stephan. Pap. ex Zonar. & Cedren.* notat Bullenger. *de Imperat. Roman. lib. 4. cap. 21.* Sed ex Cujac. Apochrisiarios, Nuncios, seu Oratores particularis Principis esse voluit, Gutther. *de offic. Dom. August. lib. 3. cap. 8.* De quo Iacob. Gretser. *lib. 2. comment. cap. 6. in Codin. cap. 5. fol. 210.* Villadieg. *de legat. 2. par. quæst. 45. num. 15.*

4 Vel *Responsales*, vt dictis in locis notant Bullenger. & Gutther. Carol. Paschal. *Legat. ca. 3.* Frederic. à Marseleer. *legat. lib. 1. cap. 2.*
5 Oratores, vt ex Nicera deducitur in Manucij comment. *Cum mississet Oratores ad Regem*, *Quid. lib. 4. Metamorphos.*

*Ergo tam placidas Orator missus ad aures,
Vt prior Patriæ sit fuga nostra roges.*

Et Virgil. 11. *Æneid.*

Iamque Oratores aderat ex Vrbe Latina.

Carol. Paschal. *Legatus, cap. 3.* Frederic. à Marseleer, *legatus, lib. 1. cap. 2.* Bessold. *dissertat. de legat. cap. 2. à n. 1.* Kekerman. *Curs. Philosoph. disp. 33. cap. 9.* Kirner. *de legat. lib. 2. cap. 2.*

6 *Legati*, vt Homer. *Iliad. cõp. 9.*

*Sed agite electos Legatos excitemus,
qui velocissimè
Eant in tentorium Pelide Achillis.*

Vt communiter receptum testatur Bessold. *dict. dissertat. de legat. cap. 2. num. 1.*

7 *Nuncij*, vt post Paschal. *dict. tract. de legat.* Georg. Scomborner. *Politic. lib. 3. cap. 27.* Theodor. Hoeping. *de iur. insign. cap. 6. num. 1478.*

8 Hodie verò *Embaxadores* appellantur, tã inter Nos, quã Italos, Gallos, & Germanos; vel à voce celtica receptum, vel Frãtica, vt ex Kirner. *de legat. lib. 1. cap. 1.* Bessold. *dissert. de legat. cap. 2. num. 1. ad fin.* Domin. D. Christoph. Crespi, *Observat. 5. num. 37.* Anastas. Germon *de legat. lib. 1. cap. 1.* Kirner. *de legat. lib. 1. cap. 1.* Alberic. Gent. *lib. 1. cap. 1.* Cõrad. Brun. *ead. tract. lib. 2. cap. 1.*

9 Horum certè ministerio vtuntur Principes, vel ordinario exercitio, vt Principibus Supremis in Curijs Regalibus adsistant ad curam rerum, & causarum; vel extraordinario, dum expedit, aut ad inhibendam pacem, bellum indicendum, aliave Reipublicæ utilia exponenda, vt ex *Iliad. Homer. deducitur*, & ex inscriptione, Bulleng. *dict. lib. 4. cap. 21.*

Ille ergo sum mundi quondam sine fine viator

*Principis Invidi sèper sublimis amore,
Cuius in Orbe fuit vox Regum, lingua salutis*

*Fœderis Orator, pacis via, terminus ira
Semen amicitiae, belli fuga, &c.*

Fre

Frederic. à Marsel. *Legatus*, *dict.*
lib. 1. diff. riat. 2.
 10 Legatorū mittendorum mos
 sicuti necessarius, Paschal. *legat. cap.*
 6. Schomborn. *dict. cap. 27.* sic anti-
 quus, vt ex legationibus in Sacris lit-
 teris enumeratis euincitur, Græco-
 rum ad Troianos; Atheniensium ad
 Lacedemonios; Xerxis ad Græcos;
 Alexandri ad Athenienses; Athe-
 niensium ad Romanos; Romanorum
 ad Carthaginenses, & aliorum apud
 Thucididem, Suidam, Demostenem,
 Curtium, Liuium, Salustium, Florū,
 Iustinum, Dionisium, Dionem, cæte-
 rosque antiquitatis Scriptores, Ci-
 cer. *de Orat. Cum Athenienses ad Sena-
 tum Legatos de suis rebus maximis mit-
 terent.* Horum quidē ministerio
 notat Spartian. in Adrian. libertatē
 Macedonis fuisse concessam. De Le-
 gatis à Romanis ad Hispaniam mis-
 sis Seguntino bello ab Annibali in-
 cepto, Liu. *lib. 2. Decad. 3. Mitti Leg-
 atos in Hispaniam ad res sociorum inspi-
 ciendas.* Cumulant plura Authores,
 & Iuris-Consulti, *tot. tit. de Legation.*
 vbi Cujac. Bart. Angel. Castrenf.
 Vvesembach. & Albano, quamvis
 Doctores loquantur *in dict. tit. de Le-
 gato*, à propria Patria misso ad suum
 Principem, Villadieg. *de legat. par. 2.*
quest. 5. num. 15. Qui, vt ex *tot. tit. C.*
(11) de legat. lib. 10. Non Legati, sed
 Missi dicendi, Pancirol. *de Mag. muni-
 cip. cap. 26.* De origine, munere, & of-
 ficio Legati, Oratoris, aut Ambasia-
 toris consulendi, Vvolphang. Laz.
Roman. Reipubl. lib. 2. cap. 7. Rosin. *an-
 tiquit. Roman. lib. 7. cap. 44.* Bullenger,
dict. lib. 4. cap. 21. Gutther. *de offic. Do-
 min. August. lib. 8. cap. 4.* Marc. Mant.
 Bonavit. *obseruat. legal. lib. 4. obseruat.*
 40. Georg. Schomborn. *Polit. lib. 3.*
cap. 27. Carol. Paschal. *tract. de legat.*
 Bessold. *differt. de leg.* Freder. à Mar-
 selaer. *tract. de legat. per tot.* Gundisal.
 Villadieg. Alberic. Gentil. Kirner.
 Anastas. Germon. *tract. de legat.* Sal-
 muth. *in Pancirol. lib. 1. tit. 58. de leg.*

Conrad. Brun. *de legat. Levaier. de le-
 gator. authcrit.* Bonitac. Ruger. *conf. 2.*
Vela controuers. iur. dissert. 39. num. 2.
tom. 2. Iul. Ferret. *de re militar. de Ora-
 tor. seu Legat. Princip.* Tyber Decian.
tract. crimin. lib. 7. cap. 5. num. 11. Ke-
 kern. *Curs. Philosoph. disp. 33. Problem.*
 8. Renat. Chop. *Doman. Franc. lib. 2.*
tit. 7. à num. 22.

12 De immunitate Legatorum,
 plura Scriptores, Cicer. 3. *in Verr.*
 nam illorum nomen Sacratissimum,
 1. *Si quis, de legat. l. Sanctum 8. de rer. di-
 uis.* Aul. Gel. *lib. 20. not. Attic. cap. 1.*
 Sic Iuuenal.

Magnaq; debetur violato pœna caducatio.

Nota sunt, passimque patent apud
 Doctores bella ob violatos Legatos:
 Tarentini, ob id seruitutem Roma-
 nam passi fuerunt, Flor. *lib. 4. cap. 8.*
 Et Sacra docet pagina, ob iniuriam
 ab Hammone Legatis Dauidis ir-
 rogatam, quantum tulit Rabat, 2.
Peg. cap. 10. & 12. De vi publica te-
 neri violantes Legatorum immuni-
 tatem, notat 1. *Iulia 7. ad leg. Iul. de vi
 publ.* De quo Iul. Ferret. *dict. cap. de
 Orator. seu legat. Princip.* Bullenger.
dict. lib. 4. cap. 22. Adam Contz. *lib. 10.*
Polit. cap. 6. §. 1. Petr. Gregor. *de Re-
 publ. lib. 11. cap. 10. num. 14. & lib. 35.*
Syntagm. cap. 4. Renat. Chop. *Doman.*
Franc. tit. 7. num. 22. Kekern. *Curs.*
Philosoph. disp. 33. Probl. 10. qui leges
 refert Longobardorum violationem
 Legatorum absolute prohibentes,
 Gigas *de crimin. lese Maiestat. sub ti-
 tul. Qualis, & à quibus, quest. 26.* Mar-
 tin. Laudens. *cod. tract. quest. 31. & 38.*
 Neuius *in System ad l. 7. num. 7. & 8. ad
 leg. Iul. de vi publ.* Bald. Rosin. Abbas,
 Felin. & alij adducti à Tyb. Decian.
tract. crimin. lib. 7. cap. 5. num. 11. Ca-
 rol. Scriban. *lib. 2. Polit. Christian. cap.*
 16. D. Franc. Amaya *in l. 1. ex nu. 31.*
*C. de Muner. non contin. lib. 10. Caua-
 resol. crimin. cas. 15. num. 4.* Caued. *de
 cis. 116. num. 2. par. 2.* Farinac. *quest.*

crimin. 112. num. 168. & 170. Tusch. *litt. A. conclus.* 324. num. 1. Giurb. *de feud.* §. 2. *Glof.* 13. num. 62. Bodin. *de Republ.* lib. 5. cap. fin. fol. 967. Latissimè Hugo Groc. *de iur. bell.* lib. 2. cap. 18. *per tot.* Schomborn. lib. 3. *Politio.* cap. 27. *Dian. resol. Moral. tract.* 8. *resolut.* 2. tom. 6. Aranj. 1. 2. *quest.* 92. *disp.* 1. *sect.* 6. *difficult.* 3. num. 15. Bessold. *differt. de legat.* cap. 5. num. 9. Carol. Paschal. *legat.* cap. 25. & 26. Frederic. à Marfel. *legat.* lib. 2. *differt.* 13. Conrad. Brun. *de legat.* lib. 4. cap. 5. Leuayer. *de authorit. legat.* cap. 4. Anastas. Germon. lib. 3. cap. 4. *ex num.* 4. & cap. 9. *ex num.* 1.

13 Sed de hoc iure agere nostra nõ interest; erit autem scire hoc munus Legatorum quale fuerit, aut si sit necessarium in Republica, vt diximus, Valenc. *cons.* 170. num. 7. Adá Contz. *Polit.* lib. 7. cap. 8. §. 5. Carol. Paschal. *legat.* cap. 6. & Freder. à Marfel. *legat.* (14) *differt.* 10. notant Legatos boni publici causa eligi, l. 21. tit. 9. par. 2. vt ex Bart. Curc. iun. Barbof. *in l.* 2. §. *Legatis*, num. 51. *de iudic.* Ideo viros (15) Sapientesq; esse debere, Cassio. lib. 6. *Epist.* 9. Bullenger. *dict.* lib. 4. cap. 21. Camil. Borrel. *de Hispan. legat.* Carol. Paschal. *eod. tract.* cap. 15. Frederic. à Marfel. *dict.* lib. 1. *differt.* 25. (16) Valenc. *dict. cons.* 170. n. 7. Quare concessum Legatorum munus Primatibus Reipublicæ, l. *Sciendum* 4. §. *Ordine*, *de legat.* De quo apud Nos elegantè, *dict.* l. 21. tit. 9. par. 2. l. *unic.* tit. 8. lib. 6. *Recopil.* Et ibi Azeued. Nobilibus, ac Clarissimis ex primoque ordine, Virgil. 7. *Aneid.*

Delectos ordine ab omni.
Cetum Oratores Augusta ad mœnia Regis
Ire iubet.

Cui convenit Pontifex in cap. *Apostolica*, *de re iudic.* lib. 6. latè Tyber. Decian. lib. 7. *crimin.* cap. 5. *ex nu.* 10. Petr. Gregor. *de Republ.* lib. 11. cap. 16. num. 6. Tiraq. *de Nobilit.* cap. 20. n. 43.

Giurb. *de feud.* §. 2. *Glof.* 13. num. 62. *vers.* *Hinc viaticum*, Frederic. à Marfel. *dict.* lib. 11. *differt.* 11. Carol. Paschal. *legat.* *dict.* cap. 15. Bessold. *differt.* *de legat.* cap. 4. num. 2. qui ex Seubard. *testatur: Imperatoris legatum propter obscuritatem apud Papam admissum non fuisse.*

17 Ex quo principio, Luc. de Pen. *in rubr.* num. 20. C. *de legation.* lib. 10. Nobiles, Illustresque ad Legationes eligendos esse, notauit in l. *Mulieres*, num. 12. *vers.* 6. circa *Legationes*, C. *de Dignitatib.* lib. 10. Tyber. Decian. *tract. crimin.* lib. 7. *dict.* cap. 5. num. 11.

18 Hæc ratio suasit primis Romani Regni Patribus, vt ad Legationes tantum adesset aditus Patrieij, excluso ab illa Dignitate alio Romano ordine, Dionys. lib. 2. Plutarch. *in Camillo*, Ioan. Iacob. Dracon. *de iure Patrie.* lib. 1. cap. 5. num. 10.

19 Quare notandum, legem Nostram discretè statuisse circa Honores exhibendos Legatis. Primo his, quibus à suis Regibus creditus Honor, vt tanquam Legati adsint Regi nostro, Narbon. *in hac lege*, *Glof.* 13. (20) Secundo his, quorum Domini Regio non præfulgent Diademate, licet Supremam agant Potestatem. Tertio his, qui à Nostro Rege ad alios diriguntur Principes, qui quidem nostrarum legum Idiometate per vetusto: *Mandaderos*, dicebantur, *dict.* l. 21. tit. 9. par. 2.

21 Primo enim præcipit lex, vt hi legati, quibus permissus est in Sacello Regio confessus, necessario compellentur: *De Señoria*, ibi: *Mandamos asimesmo, que à los Embaxadores que tienen asiento en nuestra Capilla, se les aya de llamar, y escriuir precissamente Señoria.*

22 In quo prætereundum non est, Sedè apud Nos non cõcessam, nisi Legatis, seu Ambasiatoribus Pontificis Summi, qui Nuncij indigitatur: Imperatoris, Regum Galliarum, Angliæ,

glia, Lusitania, Polonia, Reipublicae Venetorum; ex quo Regina Cypri, & Cretae; non vero alij, quorum Domini Regia Maiestate non nitescunt. Ex eo enim, quod Ant. Perez ad Titul. C. de legationib. lib. 10. notat, scilicet ad hoc. quod Ambasiatores, seu Legati fruuntur Priuilegijs, seu praerogatiuis sensionis, mittendi sunt ab his, qui pari praecellunt Potestatem (23) te, ac hi ad quos diriguntur: quippe, qui a minore ad maiorem Principem destinantur, legati non dicuntur, sed Agentes, aut Residentes, utpote, quia ex Iure Gentium denegata eis est mittendorum Legatorum Potestas, ut late Bessold. differtat. de Legatis, cap. 11. Ire autem peregrinatio Legatio dicitur, si commeat inter eos, qui quod Summum rerum fastigium insident pares, & censentur, & dicuntur. Neque enim aestimo hanc parilitatem magnitudine opum, modoque finium; sed forma, & sorte, siue conditione regnandi: regnandi, inquam, non est praescripto cuiusquam; sed de suis auspicijs, proprioque iure. De quo Kekerman. Curs. Philosoph. disp. 33. Problem. 4 Quae quidem Imperatoria Romanorum Maestas in nostra haec usque secula transfusa, soli Imperatori Romano, ac Monarchis concelebratur, ut hi sibi proprie, ac perfecte dicta Legationis ius possint usurpare.

24 Sanè Legatis, quam plura apud antiquos fuere concessa, velut Comitatus, ut de Pyrrho refert in eo Plutarc. de quo Carol. Paschal. legat. cap. 35. Bessold. dict. differt. cap. 5. Kekerman. dict. disp. 33. Probl. 13. Oblatio, ac Collatio munerum, ut apud Paschal. dict. cap. 35. Kekerm. Problem. 14. Licet in ea discolors extiterint Rerumpublicarum mores, Albert. Gentil. de legat. lib. 3. cap. 13. Bessold. dict. differt. cap. 4. num. 6. De quo Alex. ab Alex. diu. genial. lib. 2. cap. 2. ibi: Quin etiam Regibus, & Legatis ex ultimis Orbis terrarum Romam profectis publicum officium, & munera, qua laetitia dicta sunt; saepe commeatu large,

& Hospitaliter, & vestimenta per questorem urbanum publico munere prestabantur: Ipsisque, ac Comitibus, ne quid rerum deesset Urbani Quaestoris cura mandabatur.

25 Sunt enim hi Legati (ut verbis utamur Paschalij) dict. tract. cap. 38. *Viua magna dominationis effigies, & illius (ut ita loquar) altera, siue geminata persona*, Bessold. dict. differt. cap. 3. num. 6. *Ac etiam generaliter lege cautum, moribusque receptum est, ut idem omnino honor legationibus in sedendo, subscribendo, ferendis suffragijs, alijsque id genus similibus rebus exhibeatur, qualis a quibus missa sunt, si praesentes essent deberetur.*

26 Quamobrem regijs legatis concessum, ut in Regio Sacello, ac coram Rege in subfellijs insideant, discreti ab his, in quibus Magnates suum occupant locum, Glos. 20. n. 1. & 50. Sic Be. in conspectu Procerum; non quidem inter ipsos. Nam cum eorum Regibus sedes pateat, & ipsis debetur, utpote fungentibus Vice Regum, Petr. Herodot. rer. iudicat. lib. 10 tit. 15. cap. 4. Sed in inferiori loco, ac subfellijs, Paschal. dict. cap. 38. Ratio ex Bessold. dict. num. 6. *In praesente enim Principe, re vera Maestas: in legato tantum Dignitas aliena: in Principe rei veritas, in legato effigiata, & adumbrata est: ut autem umbra cedit luci, ita Principi Legatus.* A quo praxis Aulica inoleuit, ut ipse subiungit, *Cæsare autem praesente Legato Papae propria aliqua sedes, & conspectu Cæsaris Honorifice structa, & ornata locatur, atque idem Rege Romanorum praesente cum Oratoribus Cæsaris obseruatur, ut non a latere; sed è conspectu Regis sedeant.* Quod à Romanis deductum videtur, Legatis Principum sedere in Orchestra concedentibus, ut de Massiliensibus, narrat Iustin. lib. 43. de Hircano, & illius Legatis gladiatorum, & ferarum pugnas spectantibus in sedibus Senatorum, Ioseph. antiquit. lib. 14. cap. 17. Schomborn. Politic. lib. 3. cap. 31. n. 4.

28 Cum ergo hi Legati tantum culmen attingāt, rectè à Nostro Rege cautum, vt appellatiuo Honore: De Señoria decorètur, cum ob repræsentationem, & munus, quod obeūt, Clarissimi, & Illustrissimi dicantur, *dict. l. 21. tit. 9. par. 2. Estos tienen officios grandes, è mucho honrados.*

29 Secūdo loco præscribit lex: *Epermitivos se les pueda llamar Señoria à los demás Embaxadores, que vienen de fuera de estos Reynos.* His igitur parilis Honor concessus primis, seu Regijs Legatis necessarius: De Señoria, non est adhibendus, vt puta misis à Dominationibus Regia Dignitate, licet Suprema, non fulgētibus, quidquid dicat Kekerman. *dict. disp. 33. Problem. 4.*

30 Tertio subiungit lex: *Y à los nuestros Embaxadores, que residen, y han residido en las Embaxadas nuestras.* De his extat dispositio, *l. 21. tit. 9. par. 2.*

(31) *l. unic. tit. 8. lib. 6. Recopilat.* vbi Azeued. Amaya *l. 1. num. 31. C. de munerib. & honorib. lib. 10.* Et cum munus Honorificentia sit plenum, & authoritatis, Ioan. Iacob. Dracon. *dict. lib. 1. cap. 5. num. 10.* Perpetuo

(32) etiam à Rege Nostro è primoribus Regni, *l. Sciendum 4. §. Ordine, de Legationib.* ad Legationes eligantur, vt de Cyro testatur Paschal. *dict. tractat. cap. 1. ubi: Cyrus, vt ad maxima Imperia, sic ad Legationes illos eligebat, qui essent ipsa rerum columna.* Ab Atheniensibus, & Romanis obseruatum refert Bessold. *dict. disp. cap. 4. num. 7.*

(33) Qui, si dum officio, ac muneri vacant, digni censentur Honorificentia: De Señoria, potiori iure post impletam Militiam decorandi, in memoriã pristinae Dignitatis, Mastrill. *de Magistratib. lib. 4. cap. 13. num. 75.* Dignitas enim peracto munere, quo ad obsequium nõ euanescit Iure Aulico, Marc. Anton. Surg. *Neapol. Illustr. cap. 23. num. 475.* Capic. & Frec. Mastrill. *dict. cap. 13. num. 26.* Bessol. *dict. dissert. cap. 4. num. 1.* Atque etiam

nunc hoc tempore celebris, & eruditi viri, qui Legatione functi sunt, eadem ferè Priuilegia habent, quæ, & Senatores, qui in Sanctiori Regis Consilio admittuntur, quin, & redeuntibus è Legatione, & quasi orantibus Senatoria Dignitas in premium virtutis, & laborum in illo Augustiori Regis Consilio, Magna ex parte defertur.

34 Et Iure Communi, post impletam Legationem, vacatio munerum Legatis per biennium concessa fuit, *l. Paulus 8. §. 1. de Legation. l. Legato, de vacation. muner. l. Estimationem, §. fin. de munerib. & honorib. l. 3. C. de Legationib. lib. 10.* vbi Doctores, Bart. Rebuf. Plat. & Luc. de Pen. Anton. Perez ad Titul. *C. de Dignitat. lib. 10. num. 25.* & sequentib. Bessold. *dict. dissert. cap. 4. num. 1.* D. Franc. de Amaya *l. 1. num. 43. C. de munerib. & honorib. lib. 10.* Carol. Paschal. *dict. tractat. cap. 87. per tot. qui, & alia Legatorum Priuilegia recensent.*

33 Sed ne latius progrediamur, sed ex more Iureque Gentium, quid in hac re seruandum dignoscatur, quoad Honores exhibendos Legatis Legatione functis in Patriam remeantibus, audi Paschalij verba, *dict. cap. 87. Bonorum Principum alia ratio est, qui quia non sunt aliena virtutis fastidiosi aestimatores, nunquam sibi temperant in his honestandis, qui Reipubl. aut ornamento fuerint, aut saluti.* Alexander Seuerus, si quos sciret, vel nihil petijisse, vel non tantum, quo sumptus suos tollerarent, his accitis: *Quid est, inquebat, quamobrem nihil petis? An me tibi vis fieri debitorem? Pete, ne priuatus de me querare. Dent quoque hoc sibi regnantes, vt suum iudicium enumeratione commendent. Ne videlicet merito ipsis exprobrentur mala maligna cuiusdam cacitatis, qui eos in Honorem Legationis elegerint, qui contemptu digni sint.* Cyrus existis eade cumabat Duces, tam equitatus, quam peditatus sui. Ac præterea Præsides Prouinciarum, & Satrapas. Alexander Acaphin Principem Legationis eius, quæ ad se ab

orbibus obsessis missa fuit Regno dignum
iudicauit. Triginta Sabinis propter Lega-
tionem ad suos feliciter obitam à Roma-
lo, & Tatio, supra multa, magnaque mu-
nera perpetuus honor decretus est. Nam
triginta Curijs illarum nomina sunt indi-
ta. Et si non sum nescius Varronem aliud
tradere, atque Dionysium. Ob exoratum à
Matronis Coriolanum in tanta rei hono-
rem Senatus ordinem Matronarum benigni-
ssimis decretis adornauit, sanxitque ut
feminis semita viri caderent; confessus
plus salutis Reipubl. in stola, quam in ar-
mis fuisse. Eisque alia pramia dedit, quæ
memorat Valerius Maximus. Gallie Le-
gato suo ob Legationem industria, ac felici-
ter obitam Athenienses magnos honores
habuerunt. Africanus cum alloquitur P.
Corneliam Scipionem, cum autem, inquit,
Carthaginem deleueris, triumphum ege-
ris, Censorque fueris, & obieris Legatus
Egyptum, Syriam, Asiam, Graciam, de-
legeris iterum absens, Consul, Bellumque
Maximum conficies, &c. Inter decem vi-
ros creati sunt Sp. Posthumius Albus
Amanlius, P. Sulpitius Camerinus, qui
Athens Legati missi fuerant; ut pro Le-
gatione, tã longinqua premio esset bonos.
Id nimirum in tribuendis Legato præmij
despicitur, quam longinqua Legatio fue-
rit. Nam, qui redeunt è longinquis Lega-
tionibus, inquit Aristides, sunt Clarissi-
mi, maximèque admirabiles. Ratio est,
quod hæc sunt periculosiores propinquis è
pluribus Legatis Indicis, teste Strabone;
qui missi fuerant ad Augustum, tres tantum
fuerunt superstites. Et vero hi, qui ibant in
longinquam Legationem antiquitus dice-
bantur proficisci ad inferos, ut obseruauit
in Coronis. Periculosa itè Legationes pro-
pinquis actualis, & negotiose otiosis, aut
non aque occupatis antistat. Ideo Imperat.
Diocletianus, & Maximianus rescripse-
runt: Transmarina Legatione apud se per-
functos biennij vacationem, & Honorem
habere: non eos, qui de proximo obsequium
Reipubl. videntur exhibuisse. Et vero ni-
hil est æquius, quam modum præmij, respõ-
dere modo meriti. Selinusiani Artemido-
ro Legato, & viuo auream effigiem in Tẽ-

plo erexerant, quod is vectigalia lacus Se-
linusij, & ex eo maximos prouentus, opti-
miquè generis frumeta ob crassissimum ca-
lamum, ut ait Plinius, à Publicanorum vio-
lencia vindicasset, & Heracleonè, qui des-
ciuerat recuperasset. Meminit Plutarch.
Lada cuiusdam, cui aut Corona data, aut
triumphus decretus quoties Legationem
obiret. Et vero Athenis Legati è Legatio-
ne reuersi, simulatque rationes ad ararium
retulissent Corona donabantur Hilarius
Legatus ab Antiochenis ad Theodosium ex
admiratione virtutis uniuersa Palestina,
cum Imperio Præfectus est, refert D. Chry-
sostomus, Apamea, ijs qui Legatione fun-
cti sunt publicæ Honorem haberi, eosdem-
que priuatim a singulis data dextera ex-
cipi: Cũ è singulis Gracia Ciuitatibus mis-
sa essent Legationes sciscitatum causas, &
remedia siccitatis, responsumque esset, ut
Æaco deprecatore uterentur, iisque Gra-
cia Imbres impetrasset; statua Legatis
Ægina posita sunt. Xenocrates feliciter
perfunctus Legatione apud Philippum à
suis Ciuibus geminato honore honestatus
est. Quemadmodum, & Theophilus Indus
post Legationem prosperè obitam apud
Nationes Orientales.

Ex quibus euincitur cõcinne à Re-
ge Nostro indictum discrimen, ac dis-
positio in Legatos digesta, prout de-
siderat Paschal. Princeps hæc lumina lo-
cet in fastigia rerum, non illis tantum, sed
publicæ rei, sed uniuersis, sed sibi tribuat.

SUMMARIVM.

- 1 Legatorum ius Sacrum.
- 2 Legatus criminofus an puniri valeat à Principe, in cuius ditione delinquit.
- 3 Legatus criminofus in Principem exiit Privilegijs, ac immunitate: & puniri potest.
- 4 Hospitalitatis ius amittitur, si Theffera ab hospite frangitur.
- 5 Hospites hostes dicebantur.
- 6 Ultio licita in hospites si moriantur in hospitalem Principem.
- 7 Legatis Tarquinorum seruata fides à Romanis.

- 8 Saluo rōduēto vallatus, si delinquat in Principem tutelarem, immunitate reiecta, punitur.
- 9 Immunitate abutens, punitur.
- 10 Iura publica ladens, amittit Privilegia ex illa orta.
- 11 Attila Legatum criminofum panivit.
- 12 Privilegia amittit, qui illorum Potestate abutitur.
- 13 Hōspitiū Imperiū, & authoritas, & immunitas hōspitis, correlatiua sunt.
- 14 Legatorū iura feruanda, quando Legationis immunitate non abutuntur.
- 15 Kekermanni verba de feruanda fide Legatorum, & quando, referuntur.
- 16 Dolus licitus cum dolofo
- 17 Dolo, neque utendum in hōfes.
- 18 Fides non est feruanda Fædfragijs.
- 19 Legatus Fædfragus puniendus
- 20 Fides frāgentibus illa non est feruāda.
- 21 Legatus puniendus à Principe in quē delinquit.
- 22 Forus cōtrahitur ex delicto, 23. Præcipue in crimine læsa Maiestatis.
- 24 Reatus honores delinquētis excludit.
- 25 Legatorum Dignitas, & honor, delicti labem non tollit.
- 26 Crimina Illustriorum maxima.
- 27 Personarū qualitas in grauibus criminibus attendenda, ad maioris pœna irrogationem.
- 28 Legatus criminofus remittendus ad proprium Principem.
- 29 Princeps Iudex legitimus, etiā in propria causa, 30. Præcipue in crimine læsa Maiestatis.
- 31 Legatus criminofus non est remittendus ad proprium Principē, si iste labe reatus infectus sit, 32. Si verò innoxius remittendus.
- 33 Legatus criminofus in Principem, ab eo puniendus, ex Kekermanno.
- 34 Delinquentium remissio ac Principe ad Principem iusta, & ex urbanitate, 35. Præcipue inter federatos.
- 36 Delinquentium remissio de Regno ad Regnum admissa in pactis federum.
- 37 P. et. consuetudine firmantur.
- 38 Princeps ex propria, & sua Maiestatis iurē gratia tenetur Legatum criminofum in Principē admissum, graui-ter coercere, 39.
- 31 Legati criminofus remissio ad proprium Principē admittēda ex iure Maiestatis.
- 32 Remissio delinquentiū Supremæ principalis authoritatis est.
- 33 Criminofus in Principē federatū, an à Principe amisso capi ob id crimē valeat.
- 34 Regna diuersa federum iure, vnum corpus conflant.
- 35 Reus in Principem amissum, immunitate non gaudet in Regno federati.
- 36 Criminofus in Principē federatū, capi potest in territorio federati, ex Alb. Gët.
- 37 Iniuria federati vitāda, ex federū iure
- 38 Sociale ius constituit, ut federatorum Maiestas communiter feruetar.
- 39 Federatus Princeps, an ex vi federationis occurrere impressioni faciendæ Federato, quod sic.
- 40 Innocentem interficere non licet, de cetero rebellionē timetur.
- 41 Peccatum non existens, sed possibile non est puniendum.
- 42 Rebellio præcaueri debet, quouis modo præter mortem, scilicet per capturam.
- 43 Commune bonum consulendum iā præsens, quam futurum.
- 44 Suspectus de crimine in Regē, aut Rēpublicā, capi potest, & in carcerē mitti.
- 45 Bellum iustū ob defensionem Federati.
- 46 Defensio etiam cum armis licita, pro amicis, ac Federatis.
- 47 Delinquentis remissio ad federatum Principē, licita ex iure Maiestatico, 60.
- 48 Præcautio ad defensionem, & tutamē, ex iure nature deducta, 50.
- 49 Mitridaticum Bellum à Romanis acceptam ante aggressionem.
- 51 Homo à natura doctus præcauet dāna ante aggressionem.
- 52 Princeps ex iure sociali amicos tutari tenetur, 54. etiā prouidēdo ante aggressionē
- 53 Arma pro amicis arripere, licitum.
- 55 Præcautio prudētior, quā defensio, 58.
- 56 Iniuria, nec tantum propulsanda post irrogationem, sed præcauenda.
- 57 Defensio licita ante damni illationē.
- 59 Defensio amici necessaria ex iure nature, iā persona, quā bonorū externorū.

AN LEGATIS FEDIFRAGIS SERVANDA
sit fides: & à Principe, apud quem Legatione fun-
guntur, coerceri, & puniri va-
leant, &c.

GLOSSA VIGESIMASEPTIMA.

CVM fulcitur extet Lega-
tionis, ac Hospitalitatis
ius, per æque apud omnes
Gentes, sacrum, inviolabileque cir-
cumferri: operæ pretium duximus ex
Dian. *resolut. Moral. tract. 8. resolut. 2.*
tom. 6. Agere an liceat Principibus
(2) Legatos, aliosvè quoscumque
sub fide publica in suo Regno, aut
principatu degentes, si in eum crimi-
naliter agant, pro admissis punire; an
verò proprio, sub custodia, traducere
Superiori?

In hoc enim diferetè se res habet:
nam aut loquimur de Legato, & is;
licet omine, & nomine, sit immunis,
Aul. Gel. Contz. Chopin. & cæteri
adducti supra Glos. antecedenti n. 12.

3 Nihilominus, si in Reipublicæ
nocumentū, in cuius territorio mo-
rantur aliquid machinètur, Sacro, ac
piaculari Priuilegio exuitur. Audia-
mus Freder. Védélin *Doctrin. Politic.*
lib. 2. cap. 15. Thes. 6. in explicat. Si quod
in Legatione flagitium commiserit, Le-
gatus, nullo defenditur. Priuilegio Lega-
torum. Vnde Legati Persici in Aula
Amynthæ Regis Macædonum in Gynæ-
ceo se insolentius gerètes, interfecti sunt,
in ipsa Aula. Et Augusti ad M. Antonium
Legatus, cū Liberiore Sermone erga Cleo-
patram Antonij uxorem esset vnus, nu-
datus, & verberibus cæsus est, Conrad.
Brun. de Legationib. lib. 4. cap. 4. Actio-
nes pænales in eum intétari, iureque
capi, ac coerceri ab illo Principe, cuius
lacedsiuit Maiestatem, notât Car-
rol. Paschal. Legatus, cap. 74. Kirner.
de Legat. cap. 1. lib. 7. num. 141. ex Hot-

tom. cap. 4. n. 3. Auer. Gétil. de Legat.
lib. 2. cap. 18. Besiold. dissert. 2. de iure,
& ord. ciuium, cap. 7. num. 5. & de Legat.
cap. 5. nu. 19. Kekerm. Curs. Philosph.
disp. 33. Probl. 12. Freder. à Mariel.
Legat. lib. 2. dissert. 13. Verum enim vero
desinit esse Legatus, qui esse proditor inci-
pit: & decès, immo iusta ultio est, qua ne-
cessaria, non libidini sauiendi; sed studio
tuèda Dignitatis, & incolumitatis nata.

4 Aut agitur de Hospite, tunc enim
ius Hospitalitatis amittitur, cū Tesserà
Hospitalitatis frangitur, Cic. *in Verr.*
Pontan. *ad Virgil. 1. Aneid. vers. 375.*

Hic apud nos iam Alcesimache fregisti
Tesseram.

5 Ex hinc hospes, hostis cèsendus,
cum verè hospites hostes olim dice-
rentur, Petr. Gregor. *lib. 4. Republ.*
cap. 4. num. 20. Bodin. de Republ. lib. 1.
cap. 6. fol. 73. Tyber. Decian. tract. cri-
min. lib. 3. cap. 27. num. 13.

6 Nunquam enim Tesserà Hos-
pitalitatis fractam concinnius dices,
quam dum vafro molimine agitur in
Principè, in cuius Dominio degitur,
ex tunc absque violatione immunita-
tis licita in Hospitè ultio exoritur,
Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 6. fol. 100.*
At in dicto bello, qui antea, vel socius, vel
peregrinus erat, hostis appellabitur, &
iare belli captiuus retineri potuit, quod
alioqui non licet, nisi debiti, aut sceleris
(7) *alicuius obligatione cōtracta. Hanc*
doctrinā ab omnibus receptā Scrip-
toribus inuenio, & si apud Romanos,
seruatam Legatis Tarquinorū fidem,

referat Liu. lib. 2 molientibus Regiã restituere Maiestatem, Romanosque Reges, coniuratione facta: *De Legatis paululum ad dubitatum est; & quamquam visi sunt commississe, ut hostium loco essent; ius tamen Gentium valuit.*

8 Aut contenditur de saluo cõducto vallato, qui delinquit in Principem, sub cuius tutela est, & tunc renuente Priuilegio potest ab illo, in quem crimẽ admittit, puniri, Men. de arbit. lib. 1. quæst. ult. n. 9. & 16. Bessol. dissert. de fæder. iur. cap. 2. num. 6. Cum (9) nec iura fauere possint, neque minuere condignam pœnam ei, apud quem veritas, fidesque desideratur: Immo ferro, & igne est absorbendus immunitate abutens, Carol. Paschal. Legat. dict. cap. 74. Loquitur de Pelopida: *Is, cum Thebaliũ in Potestatem Thebanorum redigere satageret, Legationisque iure se pœmunitum crederet, à Tyranno Alexandro Phæreo, simul cum Ismenia comprehensus, in vincula conie-*

(10) *ctus est, ipse enim, qui Gentium lædit iura, in Principẽ subditos Hospitales accedens, indignus redditur, ut ipsi opituletur iuris Gẽtium fides sic ex Adam Cõt. Decian. dict. tract. 8. resol. 2. Quod si seditionem, tumultum, proditionem molitus sit, iam ius Gentium prior ipse violauit, & iure punitur, Conrad. Brun. dict. lib. 4. cap. 4.*

11 Nec absonat, quod ab Attyla cum Bixila Comite Maximini Legati in eum proditorie exequutum legimus: à Romanis cum Philea Tarentino, Priuilegium quippe amittit, qui cõcessa sibi abutitur potestate, Carol. Paschal. dict. cap. 74. Albert. Gentil. de Legat. dict. cap. 18. lib. 2. Bessold. dissert. de Legat. eorumque iure, cap. 5. n. 19. Kekker. dict. Probl. 12. (13) Correlatiua enim sunt, ut sancta habeatur hospitis persona, ac Hospitantis Imperium, utque cultu, & obseruatiã repẽdatur, ne aliàs ius vnus in alterius vergat iniuriam. Vnde, ut ex Procop. notauit Dian. dict. resol. 2. (14) Ius Gentium tandiu Legatis,

aut Hospitibus seruandum, quãdiu ipsi iure Legationis abusi nõ fuerint: nam Dignitas, & Officium eos minime tueri debet, qui illud sugillant, & criminibus denigrant. Aliud quidem est violare Legatum, seu Hospitem; aliud punire criminofum: Hoc laudabile, illud incusandum. Vt enim pacta tacite inita inter Legatum, Hospitemve, ac Principem illum excipientem seruentur, necessario expetitur, ut vnusquisque suum obeat munus, & quod secreta fide firmavit (15) opere expleat. In quo nec abs erit Kekermani verba in medium proferre, dict. Problem. 12. *Iniuria igitur assumpto actũ, pœnam contrahit, reciprocum enim in hoc Legationis ius est, & ut is, qui Legatum pulsarit, deditiois pœnam subit: Sic vicissim Legatus, si iniuriam intulit ijs, ad quos missus est fiat dedititius omnium Politicorum, & Iuris-Consultorum irrefragabili argumento. Accedit tertia hic obseruanda cautio, quod cum sic Legatus manifestè fuerit conuictus, & in ipso factõ deprehensus, Princeps illius, à quo missus est debeat consuli, ne si quid grauius, & iniquius eo imprudente statuatur, maiorum hinc turbarum iusta nascatur occasio. Consuli, inquam, debet; sed tamen ita, ut Princeps læsus ius suum Maiestatis in reum sibi reseruet, nec pœnam ad alterius vocem moderari cogatur. Quod si Legatus eum, ad quem missus, lædit inscio, & invito à quo missus est, omnino grauem pœnam ab utroque meretur. Sin vero eum, ad quem missus lædit conscio, & iubente, atque adeò subornante eo, qui misit, iam nihil dubium quim puniri debeat, & iure possit, etiam si de pœna ista non pœmoneatur is, qui misit. Neque enim Legatum misit, sed sicarium emisit. Neque est, quod Priuilegia Legatorum, & securitates nobis quis obijciat, quæ ut supra dixi, eo usque vigorem suum obtinent, quosque se Legatus intra velũ iuris Gentium cõtinet, nec eo, quod ad communionẽ hominum consuetũ est disrupto, in perniciem eorum, & dissidium utatur, aut certè ad rem, quæ iuris*

non est. Vnde, & ex iure legum rectè statuitur, quod reatus omnem Honorem excludat, & Priuilegium mereatur amittere, qui concessa sibi abutitur Potestate. Accedit huc etiam, quod longe aliud sit Legatum violare, aliud puniri: hoc iuris, illud iniuria; non hoc, sed illud Gentiam Leges, & Priuilegia demoliantur.

16 Hinc præseruandum descendit. Si dolose Legatus, aut Hospes se habeat, an dolus vastra, vt ita dicā, compensatione elidi possit? Obtestamur sanè sicuti in inimicum dolus licitus est ac permissus. Amianus: *Nullo discrimine virtutis, ac doli prosperos omnes laudari debere bellorum cuentus.* Sic in Legatum, aut Hospitem dolosum fauente iure, ac permittente, vt dolus dolo repellatur, & iniuriæ agat, qui contractam fidem, vel publicam, vel particularem lacepsit, siue priuatus sit, siue princeps, Bessold. *dissert. de action. iureque bell. cap. 5. num. 11.* Hug. Groc. *de iure bell. lib. 3. cap. 1. num. 6.* Thom. Henric. *tract. de bell. cap. 12.* Anastaf. Germon. *de legat. lib. 3. cap. 6. num. 8.* Conrad. Brun. *lib. 2. cap. 9.* Kekerman *Curs. Philosoph. disp. 24. Problem. 20.*

17 Nec Nos fugit tutiorem esse opinionem, dolo neque vtendum in hostes, ex quo Scriptores incusant Ptenos: Zopirum, Themistoclem, Perecyllidam, Tybronem, Agnonè aliosque dolum, ac calliditatem aduersus inimicos adhibentes, Bessold. *diēt. cap. 5. n. 10.* & 11. Albert. Gent. *de iure bell. cap. 4. lib. 2.* Adam Contz. *lib. 3. Politic. cap. 4.* Hugo Groc. *de iure bell. lib. 3. cap. 1.* Kekerman *Curs. Philosoph. disp. 26. Problem. 11. & 12.*

18 At de Fidefragis aliud obseruamus, eis quippe fidem violari, nec vitiū erat, sed inuit Ferret. *de re milit. cap. de fid. seruand. num. 27.* ex Bald. *l. 1. C. vnde vi.* Cum tunc in eos omnis actus licitus sit, ac permissus. Vnde (19) quamvis Legatum publica tutatur fides, cū ipse ea posthabita crimen admiserit, coercendus, ac puniē-

19 dus erit, nec reuente tutamine promissæ fidei, quam ipse lacerauit, Fidefragus, ex vulgari regula, nullam (20) frangentibus seruandam fidem, *l. si qui fidem, vbi Doctores, de transaction. l. si conuenerit, pro socio, l. vir, & uxori, solut. matrim. Alciat. lib. 3. conf. 7.* Decian. *conf. 282.* Aluer. Gentil. *de iure bell. lib. 3. cap. 24. fol. 712.* Cephal. *conf. 35.* Stephan. à Nathen. *instit. valnerat. tit. 8. par. 2. cap. 8. num. 5.* Petr. Gudelin. *de iure pac. cap. 10. num. 6.* Æmil. *conf. 2. num. 76.* Seraphin. *decis. 274.* Balth. Thom. *tract. 6. de tutor. & curat. tit. 19. num. 114. ampliāt. 182.* Kokier *Thesaur. Polit. Appor. lib. 2. cap. 12.* Sic Poeta.

Fallere fallentem, fraudemque repellere fraude,

Exemploque licet ledere quemque suo.

21 His innixus principijs Bessold. *dissert. iurid. Politic. de legat. cap. 5. nu. 19.* & post eum Dian. *diēt. tract. 8. resol. 2. par. 6.* fouet Legatum puniri posse à Principe, in quem deliquit. De quo videndus Alberic. Gentil. *de legationib. lib. 2. cap. 18. & 19.* Conrad. Brun. & Anastaf. Germon. *adducti num. 16.* Nam licet alias immunis (22) existat, nec alieno principi subditus censeatur, ob patratum tamen crimen, forum sortitur, & Potestati illius subiacet, cum ex delicto legitime contrahatur, vt Marseler. *diēt. dissert. 13.* Bessold. Dian. cū Doctor assensus supra adductorum, & iura cōmunia in constituāt, *l. Is, cui 7. §. Idem Imperator, & l. vlt. de accusationib. l. 1. & Authent. Qua in Prouincia, C. vbi, de crimin. & ibi Bart. Bald. Cyn. Saliacet. & vt omnia vno dicam, Carleu. de iudic. tom. 1. disp. 2. quæst. 7. sect. 1. eod. num. 716.* Octau. Carociol. *de for. Priuileg. quæst. 5. ex num. 11.* Præcipuè in criminibus Maiestatis læsæ, Farin. *in prax. quæst. 112. inspect. 8. num. 248.* in quibus tantummodo Legatus conueniri, aut puniri potest a Principe,

apud quem munere fungitur.

24 Nec in eo fanet munus, aut qualitas personæ: nam famosæ imagines, auita stemmata, heroica gloria propriæ virtutis nihil præstant; omnes enim huiusmodi Honores reatus piaculum excludit, l. 1. C. ubi Senator. vel Clarif. ubi Doctores, Gueuar. l. 3. num. 8. de offic. Præs. Donel. lib. 17. Comment. cap. 20. Azéued. l. 1. num. 70. tit. 16. lib. 8. Recopil. August. Barbof. dict. l. 1. C. ubi Senator. num. 3. Guazin. de defension. reor. defenf. 1. cap. 25. num. 3. Tyber. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 17. num. 4. Extrauag. Ad reprimendam, verbo Dignitati, l. Quisquis 3. C. ad leg. Jul. Maiest. & ibi Doctores, præcipuè Ant. Conc. Petr. Gregor. lib. 35. Syntagm. cap. 2. num. 3. Kekerm. dict. Probl. 12.

25 Nec prærogatiua muneris, aut officij, criminis labem a Legato (26) propellit, & eliminat: Immo, quo sublimior est Dignitas, maior est culpa, Saluian. de gubernat. Det. lib. 4. Atrocias sub Sancti nominis professione peccatur, ubi sublimior est prærogatiua, maior est culpa, Anastaf. Germon. de legat. lib. 3. cap. 4.

27 Principum enim crimina grauius puniendâ, nec personarum qualitas perpendenda est; ni ad maioris poenæ irrogationem: Cum Superiorum delicta, maiora afferant damna, quam priuatorum, Anne. Robert. lib. 1. rer. iudicatar. cap. 4. Ioan. Baptist. Fragof. Regimin. Christian. Reipubl. lib. 1. disp. 1. §. 4. ex Bessold. Viuió decis. 146. num. 10. Stephan. Nathen. iustit. vulnerat. tit. 3. cap. 7. num. 3. Georg. Rem. in Nemes. Karolina, cap. 124. & 127. Adam Contz lib. 10. Politic. cap. 4. §. 10.

28 Nec etiam in cōtrarium vocat Principes abstinere debere à cognitione, remittendo criminofum ad Principem, cui est subditus, cum alias ius in propria causa dicerent, refragante iure: nam hoc sibi locum vinctum (29) dicat in Iudice priuato: In

Principe vero secus, cum in proprijs causis, tam Ciuilibus, quam Criminales Iudex esse possit, Innocent. in cap. Ex parte 22. ex num. 1. de verbor. signif. Abb. in cap. Cum venissent, ex n. 6. & ibi Decius num. 29. Felin. cap. 4. de iudic. Oldrald. cons. 124. num. 3. Belug. specul. princ. rabr. 44. §. Quia multitudo, num. 2. & ibi Borrel. Martin Laudens. de Princip. quæst. 108. Alex. Trentac. variar. lib. 2. tit. de iudic. resolut. 5. num. 1. Bos. de for. compet. num. 170. Petr. de Potest. Princip. cap. 6. par. 2. num. 51. & cap. 15. num. 75. Thulc. litt. L. conclus. 403. Carleu. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 8. sect. 1. num. 786. Capic. investitur. feud. verbo Feudorum iudicia, fol. 254. Claud. Claciun. tract. de offic. iudic. cap. 2. num. 4. Tapia decis. Senat. Italic. 24. num. 3. & 7. Menoch. cons. 403. num. 12. Bessold. dissert. Politic. de iure Maiest. cap. 5. num. 10. Stephan. a Nathen. iust. vulnerat. par. 2. (30) tit. 1. cap. 6. num. 12. Præcipuè in crimine læsæ Maiestatis, de quo læsus Princeps potest iudicare, & in criminofos animaduertere, Bos. de crimin. læsæ Maiest. num. 52. Tyber. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 35. ex num. 1. Iodoc. Damhouder. prax. rer. crimin. cap. 62. num. 13. ex Afflict. & alijs Farin. in prax. quæst. 118. §. 4. nu. 13. & 14. Bessold. Synop. Politic. cap. 2. de iure Maiest. cap. 5. num. 5. & 6. Vt apud Gallos in Vironij Ducem sic executum notant Doctores, non remorante Priuilegio, quo satagebat, Paribus, non Regi devoluendum iudicium; tuetur ex Gigante de crimin. læsæ Maiest. tit. Quis de crimine cognof. Rodolph. de Ducib. num. 141. Bessold. dissert. Politic. de iure Maiest. cap. 5. num. 6.

31 His consentaneum est indagare, an Legatus iste criminofus in Principem, in cuius Principatu munus gerit, dato quod trudi possit in vincula, debeat sub custodia traduci puniendus ad Regem proprium? In quo dissentiunt Politici: nam aut reatus

tus la
tuo e
nienc
Car
bis
quid
pis del
puni
dem
vera
vltor
(32)
est a
remit
dice
fel. L
violau
titur a
& pr
fuerit,
tia ap
sua can
riore
postula
uitas i
certitu
(33)
Et li
fioner
madue
sum P
credin
34
propri
cipe p
confu
Princ
bana c
8. num
tract. a
& 28.
(35)
Princ
cum e
exemp
tific. te
crimin
defens.
36
præca
ob

tus labe ipse est infectus, & conscius, tunc anim ab eo, in quem deliquit puniendum fore Legatum, obtestatur Carol. Paschal. *dict. cap. 75.* his verbis Freder. Marsel. *dict. dissert. 13.* Sed quid? Si consensu, aut Consilio sui Principis deliquerit Legatus, num remittetur puniendus ab his, quorum ea propter laudem, premiumque spectat? Conuincit vera similiter, qui, & ipse culpa reus, nec ultor erit, qui auctor. Kekerman. *dict. (32) Problem. 12.* Aut ille innoxius est à crimine Legati; & tunc ad eum remittendus, ut vitore gladio, & vindice ferro Sacra iura propiciet Marsel. *Legat. lib. 2. dissert. 13.* Legatus, qui violauit iura Gentium, interdum remittitur ad eum, cuius est, qui tunc si probus, & prudens, nec ipsius culpa obnoxius fuerit, manifestum facit, ne quidem flagitia apud hostes perpetrata indignatione sua carere remittitur, inquam, sed securiore stipatus custodia, tum solemnem ex postulatione, ut atrocitas iniuria, acerrimas insidi doloris, & obseruantia nostra certitudo constare, atque estimari possit, (33) Carol. Paschal. *Legat. cap. 75.* Et si Kekerm. *dict. Probl. 12.* remissionem denegat; immo in eum animaduertendum omni casu apud læsum Principem: quod tenendum non credimus.

34 Remissio enim criminosa ad propriam Sedem, si ignorantem Principe proprio deliquit, nec iuri, nec consuetudini aduersatur; immò de Principe ad Principem iusta, & urbana dicitur, Mut. *ad Pragm. 10. limit. 8. num. 39. & 53.* Octau. Caraciol. *tract. de For. Priuileg. quest. 29. num. 27. & 28.* Tob. Paurm. *de iurisdict. lib. 2. (35) cap. 9. num. 108.* Præcipue si Princeps læsus fædere sit coniunctus cum eo, à quo missus est Legatus, ut exemplo Caroli V. & Pauli III. Pontific. testantur Tyber. Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 20. num. .* Guazin. *de defens. reor. defens. 1. num. 16.*

36 Poterit etiam in fæderibus præcaueri delinquentium remissio

de Regno ad Regnum, & tunc pacta illibate seruanda fore, asserunt Iul. Clar. *lib. 5. practis. crimin. §. fin. quest. 38. num. 1.* de quo Baiard. *num. 73.* Guacin. *de defens. reor. defens. 1. nu. 16. & 36.* Bertaz. *conf. 410. num. 21. vol. 1.* Macerat. *variar. resol. lib. 3. resolut. 33. (37) num. 2.* Et sicuti pacta in id, ac consuetudines obseruanti cultu afficiuntur; Abb. *conf. 24.* Decian. *dict. cap. 19. num. 11.* Clar. *dict. quest. 38. (38) num. 20. & 21.* ita, & in Legato iuri, ac authoritati proprii Principis consulendum est, ut traducto delinquente animaduertat in eum, qui mandata, ac Iuris Gentium leges temeratus est; & ultione condigna, piacularique luitione, violatum Gentium ius expiet, ac lustret.

39 Et cum nec tantum hoc casu Legatus Principis læsi lacefferint Maiestatem; sed, & proprium nitore denigrauerint, ex iure amicitia, ac fæderis, & iustitiæ vindicatiua vi, omnibus ultio indicitur, Molin. *de iustit. & iur. disp. 12. num. 13.* Rebell. *eod. tract. lib. 1. quest. 3. sect. 4.* Soto *lib. 5. quest. 1. art. 2. & 3.* Vazq. *de resit. lib. 2. cap. 3. num. 219. & 220.* Carol. Paschal. *Legat. cap. 75. Insuper omnis res illi indicenda, cuius Legatio est: petendumque, ut in ultione rei seuerus vindicæ insurgat. Hec tam grauis ex postulatio solemnem ritu ad eum mittenda est; ut hinc magnitudo delicti, atrocitas iniuriæ, & acerbitas doloris estimari possit.*

31 Ex quo, criminosa Legati traductio non respuenda, sed expectanda est, ut luitionis exemplum ab huiuscemodi sceleris patratione deterreat, exultante vindicatiua iustitia; tum, ut à proprio Principe animaduersione executata, irreprehensam ipsius voluntatem, ac intemeratam fidem obtestetur, ex Decian. Iul. Clar. *Thesaur. Chartar. Farinac. & Molin. Carleu. de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quest. 7. sect. 2. num. 831.* Alberic. Gentil. *de iure belli, lib. 2. cap. 22. fol. 4. 7.*

32 Nec iuri, aut Prouinciarum consuetudini derogatur: cum delinquentium remissio non fiat à privato Iudice, cui iurisdictionis tuitio iniuncta est; sed à Principe Supremo; huic Potestatem remissionis cuiuscumque criminofosi circumscribere, non absolat, siquidem in eius arbitrium collatum est criminofos remittere ab Vrbe, in Urbem, à Regno in Regnum: nec perpenfa qualitate fori Criminis, Domicilij, aut Originis: ex *Couarr. pract. cap. 11. num. 5. vers. 4.* *Blamin. Chartar. de execut. sentent. capt. bannit. cap. fin. num. 263.* *Farin. in prax. quest. 7. num. 32.* *ex Molin. de brach. secular. cap. 4. num. 22.* *Carleu. de iudic. disp. 2. quest. 7. sect. 2. num. 831.* *Dom. Christoph. Crespi, Obseru. 74. per totam.*

33 Vnde vterius perquiro, si criminofos Legationis munere non fungatur, at deliquerit in Principem fæderatum cum eo, in cuius Dominio, aut Territorio degit, aut inuenitur, poterit ne capi, ad fæderatumque Principem, qui lacefsitus est tra- (34) duci? Sanè firmandum videtur cum fæderati Prouinciæ, & Regna fæderis iure, vt ita dicam, vnum corpus conflent, l. *Non dubito*, vbi *Bart. Alciat. & Doctores de Capt. & postblimin. reuers. Bald. l. Executorem, num. 33. C. de execut. rei indicata, Maximil. Faust. conf. pro arar. clas. 7. conf. 594. Sigism. Iofred. conf. 5. num. 30. & 32. Martin Maguer. aduocat. armat. cap. 3. num. 319. Menoch. conf. 99. nu. 59. Bessold. dissert. de fæder. iur. cap. 2. (35) num. 6.* Ideoque apud fæderatum immunitate non gaudebit, qui in confæderatum deliquit, *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. vlt. nu. 9. & 16.* *Bessold. de fæder. iur. dict. cap. 2. num. 6.* *Martin Laudens. de confæderat. Princip. quest. 62.*

36 *Alueric. Gentil. de iure bell. lib. 2. cap. 22. fol. 437.* Captionem li- (37) citam asseruit: Nam si iniuria irrogetur amico, ei etiam, me irre-

quisito, opitulari potis sim, ex *Bald. cap. Ad Apostolic. de re iudic. Bart. l. Prohibitum, C. de iure Fife. lib. 10.* *Martin. (38) Laudens. de bello, quest. 15.* Cum Feciale ius Constituat, vt fæderati Maieftas communiter feruetur, l. *Nò dubito de Capt. & postblimin. latè Ayala de iure bell. lib. 1. cap. 7. num. 2. & Hugo Groc. de iure bell. lib. 1. cap. 3. num. 21.*

39 At dices, hoc locum sibi vindicare vsu exigente, si verè in fæderatum crimen admittatur; si verò degens penes fæderatum, in confæderatum non deliquerit; sed illius timeatur impressio, numquid istius per custodiam coercitio ad præcauendam illius impressionem licita (40) erit? Et iure quidem belli perpenfo affirmatiuam partem tutari possemus, maxime Theologis iuuantibus licere interficere innocentem, de cuius rebellionem prudenter timeatur: Et si nimis rigidum appareat damnari innocentem refragante iure. Latè *Hugo Groc. de iur. bell. lib. 2. cap. 20.* *Villalob. in summ. tract. 5. difficult. 12. num. 10. tom. 2.* *Dian. resol. moral. tract. 4. resol. 11. tom. 6.* *Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 35.* *Fagund. eod. tract. lib. 2. cap. 5. num. 8.* (41) Aut punire peccatum non existens (& forsan non futurum) sed tantum possibile, quod ius abhorret, dicente Apostolo ad *Corinth. cap. 5. num. 10.* *Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.* Vbi, vt advertit *Machin. tom. 1. p. 1. disp. 47. sect. 2. §. Tertius error. Non dixit Apostolus: nos recepturos prout gessuri essemus; sed prout gessimus, quasi erigendo delicti perpetracionem ante afflictionem supplicij.*

42 Si ex hoc enim non admittamus posse ob fæderati bonum innocentem, aut quemque alium occidi ex probabili timore criminis, aut dani prouenturi ab illo, etiam impellimur alia receptis: ma Theologorum

doctrina; licere, nempe præcauere rebellionem, aut vt Freder. Marsel. *Legat. dict. lib. 2. dissert. 13.* hostilitatis molitione, quouis modo citra mortem: quod per capturam insinuauit, Lorc. 2. 2. *sect. 3. disp. 54. num. 8.* Dian. *dict. tract. 4. resol. 11.*

43 Nam cum omni studio, opera, fide, ac diligentia bono communi consulendum sit, tam in præsens, quàm in futurum, Plutharc. *in Polit. Cicer. lib. 3. de finib. Simanc. de Republ. lib. 2. cap. 6. num. 5. & 7.* Princeps iuste ob (44) vitandum periculum suæ Reipublicæ, aut fæderatæ imminens, in vincula conijcere poterit suspectum, à quo timetur Reipubl. damnus, Senec. *ult. de benef. Alueric. Gentil. de iure bell. lib. 1. cap. 16. ibi: Priorque mihi, ac potior eius officij ratio est, quod humano generi, quam quod vni hominum debeo.*

45 Et si ob defensionem fæderati iustum bellum indici, Romani docuerunt pro Samnitibus bellantes, & ob amici defensionem iuste geritur, Adam Contz. *lib. 10. Politic. cap. 5. §. 10.* Caietan. 2. 2. *quest. 4. ar. 1.* Victor. *relect. de ind. par. 2. num. 17.* Hugo Groc. *de iure bell. lib. 2. cap. 25. num. 5.* Schomborn. *lib. 6. Politic. cap. 3.* Simo Starobolsc. *instit. rei militar. lib. 1. cap. 4.* Alueric. Gentil. *de iure bell. lib. 1. cap. 15.* Diana *resol. Moral. tract. 4. resol. 13. par. 6.* ex Couarr. Bart. Boer. Martin Maguer. *aduocat. armat. cap. 11. num. 243.* Iodoc. Damhoud. *prax. rer. crim. cap. 82. num. 15.* Bessold. *Synop. Politic. lib. 2. cap. 12. num. 18.* Licitæ etiam erit quæcumque amici tutela: immo, & necessaria, cum alter alterius fædere impellente iniuriam realem, ac turbatiuam retundere teneatur.

46 Ad defensionem enim arripere gladium, in aciem irruere; nec tantum pro se, sed pro agnatis, socijs, amicis, benefactoribus licitum est, Aristot. *Rethoric. cap. 3.* Bart. *l. vt vim, num. 6. & 7. de iustit. & iure, & ibi Ias.*

num. 29. latè Hugo Groz. *de iure bell. lib. 1. cap. 5. num. 2.* Simon Sterobolsc. *instit. rei milit. lib. 1. dict. cap. 4.* Franc. Curc. *dict. l. vt vim, num. 47.* ex pluribus Farinac. *in prax. quest. 125. de homicid. cap. 4. num. 174.* Maguer. *dict. cap. 11. num. 259.* Damhoud. *rer. crim. cap. 78. num. 1.* Bessold. *dissert. de iure bell. cap. 5. num. 6.* Quod ex Solonis documento deducitur, beatas illas Ciuitates indigetate, in quibus alienas iniurias, vt suas, quisque propellit, ac vindicat.

47 Ex quo deducitur, quod si in fæderatum Principem, quid moliri prudenter timeatur, custodia stipatum delinquente ad proprium Principem remitti debere: cū hoc innuat, suadeatque sociale ius, Bodin. *de iure Maiestat. lib. 5. cap. 6.* Alueric. Gentil. *dict. lib. 2. cap. 23.* Verior illaque iure est, & si vsualiter est sententia, vt teneantur Principes Principibus mutuo dedere delinquentes, vt Magistratus tenentur Magistratibus. Vt illa præcautione iniuria ab amico submoueatur. Ad defensionem enim, nec inuasio, aut propulsio iure naturæ interdicitur; sed præcautionem adhibendam ipsa suasit natura, ex Veget. Bessold. *dissert. de iure bell. cap. 5. num. 6.* Mithridaticum bellum à Romanis indictum fuit, antequam hostilis obrepisset inuasio: nam dedecet sapientis consilium aggressiōem gliscentem expectare, si inhiberi valeat, antequam armorum ingruat horror, (50) maximè in causâ publica, ex Bald. Iasson, Decio, Alueric. Gentil. *de iure bell. lib. 1. cap. 23.* Groc. *de iure bell. lib. 2. cap. 81. num. 2.* Stephan. Nathen. *iustit. vulnerat. par. 1. tit. 3. cap. 3. num. 1.* Martin Maguer. *aduocat. armat. cap. 11. num. 316.*

51 Brutis à natura imbuta defensio, eo ab humana dissonat, quod illa procliuia ad colluctationem, aggressa digladiantur: Homo ratione edoctus, & aggressus defenditur, & præuio tutamine vitat damna, iniuriam

riam cohibet; maximè Princeps, cui nec tantum peculiare; sed publicum (52) adest bonum, ob quod etiam ultra metas propriæ tutelæ amicos, & fædere sociali coniunctos tutari conceditur, vt ex D. Ambrosio, Alueric. Gentil. *de iure bell. lib. 1. cap. 15.* Georg. Schomborn. *lib. 6. Politic. cap. 3. Socios, vt iuuenus, ipsa fides, & Religio pactorum iubet.*

53 Quibus annectitur, cum bellum indicere inimicis amici fæderationis iure iustum existat, Simo Starouolf. *instit. rei milit. lib. 1. cap. 4.* posse (54) Principem quoquo modo licito prouidere futuræ amici indemnitati, post Lorc. 2. 2. *dict. disp. 54. nu. 8.* Dian. *dict. tr. 4. resol. 111. par. 6.* Georg. Schomborn. *lib. 6. Politic. cap. 3.* Alueric. Gentil. *dict. lib. 1. cap. 14.* Philo autem bellissime ait: *serpentem occidimus ad primum aspectum statim, & si ille nos non laesit, nec laedet fortassis; ita enim nobis præcauemus, priusquã se commoueat.* (55) Nec expectanda est iniuriæ irrogatio, dum præcauta propulsione, ea valeat eneruari, ac elidi, Horat. *ad Lel. Epist. 1.* Ouid. *2. de Pont.* Alueric. Gentil. *dict. cap. 14.* Hugo Groc. *de iure bell. lib. 2. c. 1. n. 16.* Perf. *Satyr. 3.*

----- Venienti occurrere morbo
Principijs obstat, serò medicina paratur,
Neglecta solent incendia sumere vires.

56 Iniuria enim, nec tatum vindicanda irrogata; sed irroganda præcauenda est: nam sicut obuiam eundum est damno, quod consideratur in actu, ei quoque, quod in potentia ad actum, Alueric. Gent. *dict. cap. 14.* diximus *de leg. Politic. lib. 1. cap. 12. nu. 41. & 56.* Iassion *l. vt vim, num. 9.* Ias. *num. 2. de iust. & iur.* Farin. *de homicid. quest. 129. num. 47.* Gail. *de pac. public. lib. 1. cap. 16. num. 21.* Mascard. *de probationib. lib. 1. concl. 490. num. 3. & con-* (57) *clus. 1126. num. 10.* Et cum licita sit priuata defensio, antequam nocumētum inferatur, Iul. Ferrec. *de re*

milit. cap. de iusto, & iniusto bello, n. 151. Koker *Theaur. Aphorism. Politic. lib. 3. de Republ. instit. cap. 3. num. 2.* Farin. *dict. quest. 125. num. 24.* Stephan. Nathen. *iustit. vulner. par. 1. tit. 3. cap. 3. ex num. 1.* Immo à iure admissa naturali, ex quo vis facienda propulsatur, Doctores in *l. vt vim, de iust. & iur. latè Iul. Ferrec. dict. cap. ex num. 147. & cap. de milit. instit. ex num. 186.* Martin Maguer. *aduocat. armat. dict. cap. 3. ex (58) num. 317.* Ita, & permittitur præcautio illius, quod prudenter timetur in perniciem Reipublicæ, vt ex Cicer. & Senec. præcepto Alueric. Gentil. *dict. cap. 14. De tantis periculis, cum quærerem multa audia, non crederè omnia, cauerem omnia, Molin. de iust. & iur. tom. 4. tract. 3. disp. 12. nu. 2.* Dian. *resol. Moral. tract. 4. resol. 5. par. 6.* Thucidid. *lib. 3. Si cui videamur iniurij, quod priores defecimus, non præsolantes, dum plenè cognoscere mus si quid illi nocerent, rectè considerat: nam si ex æquo valuissemus, & tendere illi iniurias vicissim, & cunctari potuissemus tuto, tum ille diceret verum: at cum penes eos semper sit facultas nocendi, penes nos hoc debuit esse, vt defensionem anticiparemus.*

59 Cæterum ex naturali defensionis principio socij, ac amici licet tutamen; immo iniungitur, Bart. *l. vt vim, num. 6.* Paul. *de Castr. Ias. nu. 49. de iust. & iur. Præposit. cap. ius naturale, 1. dist. Ias. 1. 3. de iust. & iur. Dec. cons. 691. Cephal. cons. 712. Cujac. lib. 10. obseru. 20. Marc. Anton. Eug. cons. 86. ex Lorc. 2. 2. sect. 3. disp. 52. num. 2.* ab omni vi, ac iniuria, Aluer. Gentil. *dict. lib. 1. cap. 15.* Martin Maguer. *aduocat. armat. cap. 3. num. 317.* nec tantum personali, sed externorum bonorum, Syluest. *verbo Bellum 2. §. 2.* Nauarr. *in Manual. cap. 15. num. 2.* Salon. 2. 2. *quest. 64. art. 3. controu. 1. conclus. 1.* Peregrin. *de duel. quest. 1. nu. 13.* Farin. *dict. quest. 125. par. 4. num. 188.* Molina *de iust. & iur. lib. 2. cap. 9. dub. 13.* Filliuc. *Turrecr. & alij adducti à Bonac. de cës. disp. 7. quest. 4. punct. 6.*

num. 5 & de restitut. disp. 2. quest. ult. punct. 1. num. 1. Stephan. Nathen. iustit. vulnerat. tit. 3. cap. 3. num. 6. par. 1.

60 Æqua ergo lance Principi non intercluditur cuiusque fæderati tutela, à se, & amico periculum imminens submouendo, ante lucana defensione, tum in vincula criminoso, alias immuni coniecto; tum ob machinationem proprio traducto Principe, vt communis iniuriæ vindex insurgat, & piaculari animaduersione Sacram Nemesim litet.

SVMMARIVM.

1 **F**amulorum Comitatus, necessarius ad cultum Dignitatis.

2 Legati duas personas referunt, naturalem propriam, representatiuam sui Principis.

3 Legati cultum ferre tenentur, vt splendidiores appareant.

4 Legationes Hispanica Ducis Feria, & Aluani, referuntur.

5 Comitatus famulorum, commendata Legatis.

6 Familia Legatorum decorosa.

7 Gloria Principis, non ex auro, & luxu aestimanda, sed à virtute.

8 Famulorum agmina damnata, cum non interueniant ad virtutem, sed luxum.

9 Gloria quaritur ex numero, & nitore famulorum.

10 Familia Legatorum criminosa, qua manu puniendæ.

11 Familia Legatorum, an securitate publica gaudeat?

12 Legati habent Potestatem in suos; præcipuè, si origine subditi sunt sui Principis.

13 Familia Legatorum, absolutè subiecta est iurisdictioni ordinariæ Territorij, 14. Quid in hac re sentiat Kermanus?

15 Familia Legati, puniendæ à Iudice de delictis, & pænis à Iure Communi Constitutis, non municipalibus.

16 Legatus tenetur subire iudicium in foro contractus, de contractu inito tempore Legationis.

17 In Legatos Romani leges constituerunt.

18 Ac de crimine.

19 Familia Legatorum non est immunis à iurisdictione, in contractibus, ac delictis.

20 Legatus in Territorio, vbi agit, non valet exercere gladium, nec Potestatem punitiuam.

21 Legatio est officium Cura, ac sollicitudinis, non Potestatis.

22 Legati Pontificis, ac Legati Bellici, officia sunt Potestatis, & quare.

23 Iurisdictione, ac Imperium, diuisum in Territoria, & Circulos, ex Iure Gentium.

24 Maiestas ad usum Imperij, non protenditur extra proprios terminos.

25 Leges, extra Dominium Legislatoris, non habent vim obligatoriam.

26 Legatus absque irrogatione iniuriæ, non valet exercere gladium in Territorio alterius Principis.

27 Potestas paternalis, maritalis, executæ in filios, & uxores, sunt in vim legum, ac iuris publici.

28 Ius sibi dicere, prohibitum omni iure.

29 Immunitates concessæ Legatis tempore Legationis, intra Provinciam proprij Principis, non alias.

FAMILIA LEGATORVM, NEC IVRE
Gentium, nec Fœderali immunis habenda à Iurisdic-
tione ordinaria.

GLOSSA VIGESIMAOCTAVA:

IN Regio Gynaceo, Politica
Aula, Ciuili Prætorio, abso-
lutè ad splendorem, cultum,
auctoritatem Regum, Dignitatum,
Magistratum, necessaria habentur
instrumenta comitantium famulorū,
l. Cum quaeretur 58. de legat. 3. l. Peculiū,
de legat. 2. l. Tutor, de Administrat. tutor.
l. Habitatio, §. Seruis, de ventr. in possess-
fon. mittend. l. Titia, de Manumis. testa-
ment l. Seruos 17. de Aliment. & Cibar.
legat. Diximus ad l. 16. tit. 1. Glos. 16. à
num. 6. & l. 10. tit. 15. Glos. 6. num. 14.
& 15. Ioan. Iacob. Dracon. de Origin.
Patrio. lib. 1. cap. 4. num. 24. Sed in of-
ficio, munere, aut Dignitate Legato-
rum, præcipua ad vsum, ad ornatum,
(2) ad laudem existimantur. Duas
enim refert Legatus personas, natu-
raliter suā ipsius, representatiuè Re-
giam Politicam proprij Principis.
(3) Hanc, tanquam in speculo in-
tuentur Gentes in Legatis: ex quo,
& ipsi meminisse debent, vt exteriori
omni cultu splendidiore appa-
reant, cum inde etiam extollatur sui
Principis auctoritas, & magnificen-
tia, Anastas. Germon. *de legat. lib. 2.*
(4) cap. 11. ex num. 2. Vt de Duce Fe-
riæ magnificè Gallicanam Legatio-
nem agēte, notat Freder. Marselaer.
Legat. lib. 2. dissert. 16. Ferdinādo Al-
uano à Toletto, Marchione Villæ-
Nouæ, Regni Nauarræ Comeftabili,
nunc Excellentissimo Aluano Duce,
Pontificiam ad Beatissimum Vrba-
num VIII. Camil. Borrel. *de Hispan.*
ad Summ. Pontif. Legation.

5 Hinc comitiua. (Non loqui-
mur de Comitibus à Principe desig-

natis ad munus Legationis, quos Ad-
iutores appellauit Budæus, & ex eo
Cōradus Brun. *de Legat. lib. 2. cap. 14.*
Anastas. Germon. *de Legat. lib. 1. cap. 7.*
à num. 11. Adam Contz. Politic. lib. 7.
c. 8. §. 5.) Familia Illustri, ac decoro-
sa commendatur Legatis, Frederic.
Marselaer. *Legat. lib. 1. dissert. 22. &*
lib. 2. dict. dissert. 16. Kirner. ne Legat.
lib. 1. cap. 6. Conrad. Brun. de Legat.
dict. lib. 2. cap. 14. & 15. Kekerman.
Discurs. Philosoph. disp. 33. Problem. 13.
Carol. Paschal. *Legat. cap. 34. Vena-*
vente, Aduertenc. de Embaxad. cap. 11.
Leuaier. *de Legat. cap. 9. Anastas. Ger-*
mon. *de Legat. Princip. lib. 2. cap. 11.*

6 Sed qualis, & quanta, variant
Politici. Si enim Ciuilis modus ser-
uandus, frugalitate decorosa (vt di-
ximus.) Et si nō parua vtēdum est, cū
gloriosa Principis Maiestas, ex auro,
(7) & argento aestimanda non sit, nec
ex anteambulorum caterua: Vt de
Nicia Nicerati filio, notat Athen.
lib. 6. de Dimmosoph. cap. 21. Sed ex vi-
ctorijs, triumphis, virtutibus, quali-
ter de Legatione Scipionis Æmilia-
ni, ex Plutharco narrat Valer. Maxi-
mūs lib. 4. cap. 3. de Abstinen. num. 13.
septem seruis vtentis, retinentis ta-
men Maiestatem Romanam, non in
Comitantium numero; sed innume-
ris Romanorum glorijs; proprijs
Carthaginensi, & Numantino trium-
phis, Anastas. Germon. *dict. tract. de*
Legat. lib. 2. cap. 11. num. 3.

8 Ideò Carol. Paschal. *cap. 34. in*
Legatis damnat conferta agmina de-
ductorum, anteambulorum, puero-
rum, non inventa ad specimē natiuæ
vir-

virtu
barba
prof
digi
glori
& mo
9. C
cap. 1
1 &
cap. 1
9
lerij)
rum
diuit
gaud
virtu
laude
ad off
tantit
tentit
Perfr
dago
fita, &
seruor
10
numi
sa po
tutem
rosita
seruit
Vni fa
alij m
produ
nocun
nosam
qua m
muli,
(11)
debun
nis. Pr
habita
delicti
laque
cti di
Glos 26
D. Ch
Observa
24. An
cap. 4. e
12

virtutis, sed ad euidens documentum
barbaræ stoliditatis: quare tantum
pro famulatio commendat, quantum
dignitas poseit; scilicet modestia,
gloria, obsequium, virtus, integritas,
& morum probitas, *Leuier. dict. cap.*
9. Conrad. Brun. de Legat. dict. lib. 2.
cap. 14 Kirner. dict. lib. 1. cap. 3. num.
1 & 69. Anastas. Germon. dict. lib. 2.
cap. 11. num. 9.

9 Sed cum (vtamur verbis Va-
lerij) prima continentia spatio anno-
rum discesserit, & nati simus in ætate
diuitijs (Proh dolor!) ac lautitia
gaudente, in qua oblita, seu deserta
virtutis via, operum, ac triumphorū
laude, victoriarū gloria, desideretur
ad ostentationem, nec globus comi-
tantium; sed agmen famulorum ni-
tentium, *Senec. de tranquillit. cap. 1.*
Perstringit animum apparatus illius pe-
dagogij quam intra priuatum larem ve-
sita, & auro culta mancipia, & agmen
seruorum nitentium.

10 Inter quos, cum varia homi-
num ingenia sint, & propensiones ip-
sæ potius ad vitium, quam ad vir-
tutem declinent, & ex eadem nume-
rositate, *Senec. Epist. 47. Alius libidini*
seruit, alius avaritiæ, alius ambitioni.
Vni famuli tu nidi; alij gloriæ auidi;
alij maculis, & næuis pleni, multa
producant in publicæ tranquillitatis
nocumētum. Quid in noxiam crimi-
nosam Legatorum familiam agendū,
qua manu, quo Imperio? Nonne fa-
mulī, comites, animata instrumenta
(11) Legatorum, immunitate gau-
debunt manus Regiæ, ac iurisdictionis
Principum, vbi agunt, degunt,
habitant, contrahunt, delinquent in
delictis, contractibus, comercijs, il-
laque securitate publica, ex qua san-
cti dicti Legati? Vt præter adducta
Glos. 26. num. 11. Excellentiss. Dom.
D. Christoph. Crespi de Valdaura,
Observat. in decis. Valenc. Obser. 113. nu.
24. Anast. Germon. de Legat. dict. lib. 2.
cap. 4. ex num. 4 & cap. 9. num. 1.

12 Dulsensus adest inter Iuridi-

cos Politicos, alij credant, immuni-
tatem Legatis creditam iure Publi-
co communem esse comitatui, sicuti
Scholariorum Priuilegia famulis,
Scip. Gentil. de Legat. lib. 2. cap. 15. ex
quo, etiam voluerunt, familiam Le-
gatorum esse sub Pot. state, ac iuris-
dictione ipsius Legati, exemptamque
ab ordinaria Territorij, præcipue, si
origine sit subdita Principis Legati;
vt ex facto Themistoclis interpretē
Legatorum Persarum, laqueo suspen-
denti, refert *Alber. Gētilic. dict. lib.*
2. cap. 15. Pro certō habeo, interpretem
fuisse subiectum Atheniensium: alius enim
barbarissimus ipse fuisse, & iniustus
Themistocle. Quam mentem sequitur
Venavent. Aduert. de Embaxad. cap. 15.

13 Alij asserūt absolute, subesse
familiam Legatorum in delictis,
contractibus gestis tempore Lega-
tionis, Principi, ac Iudicibus Terri-
torij contractus, delicti, *Paschal. Le-*
gat. cap. 76. a quo nec dissensit Alber.
dict. lib. 2. cap. 16. Hottoman. contro-
uers. Illustr. cap. 4. num. 13. Bessold dis-
sert. de Legat. cap. 3. num. 26. Conrad.
Brun. lib. 4. cap. 5. In quo cautum est
iure Hispano, l. 9. tit. 25. par. 7.

14 Mediam viam elegit *Keker-*
man. Discurs. Philosoph. 33. Problem. 13.
credens vltimū gladij in famulos Le-
gatorum Iudicibus ordinarijs, hoc
Politico Arcano: *Sint etiam Legatorū*
Comitēs inuolabiles, nec puniantur ita
facile, vt subditi, interim facilius, cum
grauiter peccant, puniri possunt, quam
ipsi Legati. Est enim discrimen magnum,
vt inter corpus, & umbram, ita inter Le-
gatum, & eius Comitē.

15 Kirnerius verò, *de Legat. lib.*
2. cap. 1. a num. 125. Potestatem, coer-
tionem Magistratibus dedit in Lega-
torum familiam, dum non coerceantur
pænis Constitutis municipalibus
legibus, ac statutis, Keker. Discurs.
Philosoph. Problem. 12. Sed ex iure cō-
muni, cum ad illas nō teneantur, ob-
stringantur his ex iure gentium di-
ctamine, Conrad. Brun. dict. lib. 4.

cap. 5. Similiter Legati ex delictis in Legatione commissis, siue ipsi commiserunt, siue serui eorum: item si Legationis tempore quia emerint, aut ex alia causa contraxerint, aut possideri caperint, non iniuste etas nomine coguntur iudicium accipere, alias, & occasio delinquendi Legatis dabitur, & Potestas sub hac specie res alienas domum auferendi.

16 Horum Doctorum sententia adhaeremus, quae nec iuri gentium, nec federali contraria est, nec imminuens Sacrosanctam Legatorum immunitatem: Si enim de omni contractu tempore Legationis inito, Legatus ipse subire iudicium contractus debet, ut summa iuris, ac antiquitatis notitia, & ex l. 2. § Omnes, & § Item, de iudic. docet Excellentiss. Domin. D. Christophor. Crespi, Observat. in decis. Valenc. decis. Observat. 113. nu. 25. ne detur potestas res alienas auferendi, contra naturam, ac gentium iura, l. Si Legationis 25. l. Sed, & si 28 §. Aditum, de iudic. l. 9. tit. 25. par. 7. Aluer. Gentilic. decis. lib. 2. cap. 7. Conrad. Brun. decis. lib. 4. c. 5. Anast. Germ. decis. lib. 3. v. 5. n. 12. Quod dicemus de famulis.

17 Quod a cognitum a Romanis, & si alias iuris gentium obseruatis, Legationumque, non dedignati sunt leges condere, sub quarum nexu, & Legatorum personam, & bona moderentur, ut in l. 2. C. Quae res sportar. l. Allegatis, C. de uectigal. & comm. lib. 11.

18 Si de crimine, ex quo violatur ius gentium, cum teste Anast. Germon. de Legat. lib. 3. cap. 3. num. 10. Legatus si violari non uult, ius gentium non uolet. Idem Aluer. Gentilic. decis. cap. 17. Conrad. Brun. decis. lib. 4. cap. 4. Et uniuersum Privilegium amittit, quod concessa sibi abutitur Potestate: omnium autem maximam castitatem seruare docet Legatus Nam (ut iam Theodatus inquit) hominem occidere qui Legatione fungitur, tunc quidem, & iure pro humanis legibus licet, cum Regem videbitur committentem effecisse, & si uim multare con-

cupuerit alteri cuiquam nupta. Anast. Germon. decis. lib. 3. cap. 3. num. 5. Cuius uerba referre decreui, cum apud paucos, hoc opus inueniatur: Iam euenit, si Legati ad vim, iniuriamque absque causa alicui inferendam, accepta auctoritate, abutantur: non enim gentium iure proteguntur, ut quasi ex insidijs Legationis Privilegijs muniti, quos uelint, exagitant: sed in hoc tantum, ne ipsi uolentur, aut laedantur. Sicut enim iniquum esset, atque prorsus inhumanum iniuria Legatum afficere, quoniam (ut alias ex Platone dicebamus:) Cum peregrinus sit, ac propinquos, amicosque procul habeat, dignus est apud Deum, & homines, qui a quacumque vexatione reuocatur: ita, ne aliqua ratione, vel minimo inconmodo, siue periculo exponatur, curet ipse, ne quis eius opera iure doleat, se male mulctatum. Quamobrem Romanos Legatos opportune reprehendit Liuius, quod contra Gallos arma sumpsissent, cum non, ut bellum gererent, sed ut pacem quaererent, missi fuissent. Sunt tamen, & homines, qui Legationis auctoritate cum, & quibus uisum est, & uerbis, & factis contumelias, probraque impudenter infligunt, forte, & nec opinantibus pericula struere, sibi licere existiment. Hunc superius enarrata referri possunt.

Caveat igitur Legatus, dum Legationis beneficio frui cupit, ne quemquam iniuste vexet, hoc est, ne cuiquam iniuriam inferat, quidquid uero non iure fit, iniuria fit. Iniuriosa sunt conuicia, calumniae, falsae accusationis, damna, furta, rapinae, sacrilegia, adulteria, illicitae captiuitates, homicidia, & id genus alia ita odiosa, ut Legislatores ius prosequenda iniuriae ad haeredes transire uoluerint, si, pendente appellatione, accusator decesserit, ut possint litem prosequi, tum propter litis sumptus, tum propter uolentiam, quae quantum accusatoris interest, instigatur, cum nec pena persecutio, dum sit lis contestata, morte finiatur. A menacio denique abstineat Legatus, cum crimine sit, & legibus puniatur; iea, & uerbis,

Et
Et
uer
nini
die
sit
adfe
cap.
I
cenc
Cor
ordi
iudi
tam
nis)
crim
mini
re L
Legat
20
tenc
rit, re
tis P
milia
est, cu
li, Fa
tener
nitiu
(21)
tura
prem
tatis,
Pote
Vven
15, th
daque
lib. 1. a
uer. G
chal. c
mon. 1
2. cap.
(22)
tent
tium l
rium;
Apost
Eccles
non ci
testas
di. lib

Et re ipsa verax esse studeat, fidem, pietateque nec legibus, nec bonis moribus aduersantia omnino seruet. Sicut frigus, niuis (ait Hebraeorum Sapientissimus) in die messis; ita Legatus fidelis ei, qui misit eum, animam ipsius requiescere facit, adfensit Conrad. Brun. dict. lib. 2. cap. 9.

19 Quo principio, immunis dicenda illorum familia à Iudice loci Contractus, delicti, à iurisdictione ordinaria? In omnibus enim subire iudicium debere credimus, attenta tamen (secundum qualitatem criminis) vrbantate, vel ad remittendum crimen, vel reum ad voluntatem domini: ex vrbantate, inquam, non iure Legationis, Anastas. Germon. de Legat. dict. lib. 3. cap. 13.

20 Nam, & si Veniente Aduentenc. de Embaxad. dict. cap. 15. voluerit, reiecto Paschalio, credere Legatis Potestatem punitiuam in suam familiam: Tenendum, nec seruandum est, cum nullo iure Gentium, Fæderali, Fæderali, valeat Legatus gladium tenere, nec Potestatem exercere punitiuam in Territorio Principis, vbi (21) Legationem agit. Tam ex natura officij, & si summum, Supremisque decoratum Infulis Dignitatis, curæ sit, ac sollicitudinis, non Potestatis, nec Imperij, Frederic. Vvendelin. Doctrin. Politic. lib. 2. cap. 15. thes. 1. Sine Imperio rei dicende, agendaque causa, Freder. Marselaer. Legat. lib. 1. dissert. 2. Kirner. lib. 1. cap. 2. Aluer. Gentil. lib. 1. cap. 2. Carol. Paschal. cap. 1. & cap. 13. Anastas. Germon. Legat. lib. 1. cap. 1. num. 1. & lib. 2. cap. 2. num. 1. (Sed ne in hac materia (22) indistinctè procedatur, attentè audienda sententia conferentium Legatis Potestatem, ac Imperium; nam vel loquuntur de Legatis Apostolicis, quibus Potestas inter Ecclesiasticos legitima creditur, cū non circumscribatur Territorio Potestas Ecclesiæ, Anastas. Germon. dict. lib. 3. cap. 13. num. 15. & sequentib.

Vel de Legatis bellicis, quibus etiam legitima Potestas iure Natiuo competit, vt latè Germon. de Legat. lib. 1. cap. 2. Conrad. Brun. de Legat. lib. 2. cap. 1. Nos vero loquimur de Legatis, Oratoribus, Ambasiatoribus, vulgò Embaxadores.) Quam quod, & (23) si iurisdictionis haberetur, hæcque à proprio mandaretur Principe, quatenus ad suam Maiestatem, exerceri non posset in Territorio, alienouue Dominio: Iure enim Gentium diuisa sunt Regna, Dominatus, l. Ex hoc iure, vbi Doctores de iust. & iure, Hieron. de Mont. tract. de fin. regund. cap. 2. num. 1. Bessold. dissertat. de iure (24) Territor. cap. 2. n. 3. Maiestas, ac Potestas data, trāsataque in Reges, seu Principes, tātū fuit intra proprii Domini, aut Regni Circulos: Extra verò, & si ad venerationem, honorem, vigeant iura Maiestatica; quo ad vsum Potestatis suspensa sunt.

25 Ex quo omnium placito, alterius Principis leges extra propriū Dominium, nec esse obligatorias, nec mandata iure directo exequenda (& si à Fæderali, ex vrbantate aliquando admitta; diximus supra Glos. 27.) vt ex l. fin. de iurisd. omn. iudic. Suar. Surd. diximus Tract. de Contrahend. cap. 29. num. 28. cap. 2. de Constit. lib. 6. vbi Doctores, Donel. Ossuald. lib. 7. Comment. cap. 9. litt. E. & F. Couarr. lib. 3. variar. cap. 20. num. 8. Moez. ad dict. cap. 2. num. 2. Tyber. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 29. ex num. 1. Ex notitia iuris, & Doctorum, scilicet Bart. Bald. Fontanel. Leon. Solorzan. aliorumque, hanc notat doctrinam Excellentiss. Domin. D. Christophor. Crespi, Observat. in decisis. Valenc. Observat. 15. conclus. 1. a num. 17. cum sequentib.

26 Qualiter enim immunis Legatus censendus ab irrogatione iniuriæ, vsurpatione Maiestatis, si in Territorio alterius Principis, absque eius licetia, ac beneplacito, vt ex Clementina Pastoralis, de re iudic. Bart. &

alijs, notat Crespi, *dict. Observat.* 15. *num.* 36. carcere vteretur, pænis coercendi, accogendi Potestate, per vincula, compedes, virgas, laqueos, Paschal. *dict. cap.* 76. Bellold. *dict. cap.* 3. *num.* 26. *Quidquid ex his usurpatur, eo minuitur iurisdictio Magistratus, temerantur publica iura, læditur Principis Mæstas, cui omni leges porrigunt gladium vltorem, & cessat alterius Principis iurisdictio in Territorio alieno.*

27. Nec immorandum, in ea quæ Venavente exponit, de punitione, ac coercitione, seu dicamus, Imperio patris in filios: mariti in vxorem: domini in seruos, vt exinde iurisdictio- nem Legatorum in familiam firmet, cum omnia illa iura antiquata, seu oblitterata sint gentium placito, ad meliorem vitæ Ciuilibis formam, Carol. Paschal. *dict. cap.* 76. Et si aliquando executæ fuerunt à patribus, non in vi paternalis Potestatis; sed publicæ. Vt ex facto Torquati, Fulvij, Casij, filios punientium, vel quia proditores Patriæ, contumaces imperio Militari, Castrorumque disciplina contemptores, euincitur ex Lirio: Ex Agefilai executione Pausaniam filium proditorem Patriæ, inedia consumentis, cum ad id vteretur iurisdictio, ac Imperio summo ei à Lacedæmonijs credito: Nec pæna à maritis indictæ in vxores ob adulterium, ab agnatis ob violatam pudicitiam executæ fuerunt economica auctoritatis vi; sed ex Potestate à legibus concessa, Doctores in *l.onica, C. de emendat. seruor.* Kokier. *disquisition. Politic. cap.* 3. *quest.* 10. & 17. Anastas. Germon. nostram probat sententiam, *de Legat. Princip. lib.* 3. *cap.* 13. *per tot.* præcipuè à *num.* 9. & *sequentib.* Cum aliter, ni legum inquam permissu exequi possent. Fuit (28) enim ex recto dictamine natura inter gentes sublata Potestas, & auctoritas sibi dicendi ius, tam in ciuilibus, quam in criminalibus: ni in causis à Legibus, aut moribus lauda-

tis. Vt videre est apud iura, & Doctores adductos ad *l. 28. tit. 21. Glor. 7. num.* 5. & *l. 32. tit. 25. Glor. 2. num.* 4. Etiam parentibus, agnatis, maritis, Kokier. & Germon. dictis in locis. Quibus nulla iam concessa in filios, seruos, famulos, iurisdictio, sed coercitionis medella, Theod. Reinsing. *de regimin. Secular. lib.* 2. *claf.* 2. *cap.* 17. *num.* 94.

29. Nec faciunt leges à Venavente, relatæ, credente immunitatem Comitantium Legatos, cum illarum responsa non data à Iuris-Consulto in casu immunitatis, de qua loquimur; nec de illis ad nostram argumentatio, nec illatio legitima. Sed non mirandum de Scriptore, qui legum erat, ac iuris ignarus. Quod, vt dignoscatur, nota, quod *l. Paulus 8. l. fin. de Legat.* vacationem negotiorum credentes Legatis, *l. Legato 12. de vacat. muner.* immunitatem munerum, tutelarum, etiam Comitibus Legatorum, *l. Administratæ, §. eorum, de excusation. tutor.* de quibus mentio apud Aluer. Gentilic. *dict. lib.* 2. *cap.* 15. à quo illa responsa mutuauit Venavente: Loquuntur de vacatione ac immunitate munerum Legatis concessa, Comitantibusque tempore officij in Dominio, ac Territorio Principis proprij, Conrad. Brun. *dict. lib.* 4. *cap.* 5. Anastas. Germon. *de Legat. lib.* 3. *cap.* 4. & 5. quæ nec extensibilis, vt diximus, ad contractus, ad actiones ciuiles, aut criminales, executas Legationis tempore, cum immunitas in eis nulla, nec Gentium placito, nec publico iure, si iura Gentium violantur, vt notauimus *num.* 17. & 18. immò semper omni loco necessaria ad non lædendum tertio, in criminosos ex puris naturalibus, iustitiæ manus, *l. Si quis fortè 6. §. Si quos comitum, de Pen. Quod quidem faciendum est, vt exemplo deterriti, minus delinquant.*

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumenta animata necessaria ad subleuamen natura.
- 2 Domus, spelunca, tentoria, inventa ad tutamen corporum humanorum.
- 3 Domorum structura, primo seculo rudis, 9.
- 4 Domus ex arundinibus, vel virgultis constructa.
- 5 Vesta, structura domorum inventrix.
- 6 Domus constructa ab hominibus, exemplo avium nidificantium.
- 7 Domos lateas primus edificavit Doxius.
- 8 Lateritias Euralis, & Hyperberrius.
- 10 Domus prima Romanorum aetate e cemento constructa usque ad Pyrrhi bellum.
- 11 Domus apud Arabes, ex aere, auro, & argento.
- 12 Athenienses luxuriam in domibus a Persis acceperunt.
- 13 Romani, ad orbis ornatum, ab Attica transtulerunt marmores.
- 14 Domorum Romanorum secunda aetate structura, ex marmore, lapidibus, auro, & argento.
- 15 Edificiorum luxus magnus, praecipue in Palatijs.
- 15 Palatia dicta in Titulum Honoris, Regum, Imperatorum habitationes, 18. & 19.
- 17 Palatia, unde Titulum sortita, secundum diuersas scribentium sententias.
- 20 Palatia venerata, quia sacrata, ac dicata Regibus, 39. Ex Sixtino.
- 21 Palaciorum ius inter Regalia iura numeratum.
- 22 Palaciorum immunitas est, ut ab eo delinquentes non extrahantur, absque Regis licentia.
- 23 Palaciorum honor, ac veneratio, qualis ex Doctoribus.
- 24 Palaciorum immunitas extensibilis ad domos Magistratum, Dignitatum, 26. Lege, aut Privilegio, 27. Contra ex Doctoribus.
- 25 Palatia non sunt, nec dici possunt, priuatorum aedes, 44.
- 28 Legatorum aedes, immunitatis, ac Assylj iure gaudent, 45. Quod non, ex Doctoribus.
- 29 Legatorum aedes ex urbanitate immunes, non iure, 46. Quomodo seruanda, & 53.
- 30 Legatorum habitatio venerabilis, sed non Politice Sacra.
- 31 Immunitas natiuo iure Maiestatico competens Regibus, extensibilis non est in alios.
- 32 Legati, Maiestatem non retinent natiue, sed effigiate, ac representatiue.
- 33 Inagini, & si reuerentia debita, non illa, quae originali.
- 34 Legatus retinet auctoritatis iura, non Maiestatica.
- 35 Maiestatica iura incommunicabilia.
- 36 Tyberius agre tulit, quod pro Druso, & Neroue, vota Maiestatica emitterentur.
- 37 Senatus, Dignitatum splendor.
- 38 Praetorium, dictum domus constituta ab ius dicendum.
- 40 Auctoritas in Dignitatibus honoratur.
- 41 Maiestas veneratur supra ordinem.
- 42 Maiestas in venerationem adoratur.
- 43 Dignitates, in reuerentiam salutantur.
- 47 Maiestas Regia Principis Territorij, illa seruanda, quoties agendum de immunitate Legatorum.
- 48 Immunitas ex urbanitate credita domibus Legatorum, non extenditur extra illas iure communi, & regio, & 51.
- 49 Immunitas non extenditur ad domos saecularium constructas intra quadraginta passus ab Ecclesia, 52. Ex Iulio Claro.

- 50 Immanitas Politica, ac Ciuiliis Pala-
eijs Regum competens, circumscribitur
intra illorum portas.
- 54 Virga Magistratus, vulgò Vara, an
submitienda Legatis, Dignitatibus?
55. Quòd non.
- 56 Fasces, signa Imperij.
- 57 Fasces, vim Imperij.
- 58 Fascibus uti, inter Atticos, An-
tonio concessum in Honorem Urbis Ro-
mae.
- 59 Marius Asiam regens, & in eam ac-
cesso Mithridate, Fascibus erectis præ-
cedebat Marius.
- 60 Alcaldes de Corte, virgam non
submitunt.
- 61 Casus refertur occurrens Authori,
circa submissionem virga, 64. Deci-
sio Magni Regis Philippi IIII. de non
deponenda virga.
- 62 Virga, sceptrum Regium refert.
- 63 Scipio, vulgò Baston, militare sig-
num, regale sceptrum referens.
- 65 Virga nunquam submittenda, nec de-
ponenda, & 76.
- 66 Virgam submittere, subiectionis sig-
num, & 69.
- 67 Signa Imperij, necessaria ad hono-
rem, & designationem Dignitatis, ac
iurisdictionis.
- 68 Caesar in Consulatu, ne absque signis
Imperij prodiret, relictis socio Fasci-
bus, accepit Apparitores.
- 70 Fasces submittebantur Superiori, vt
Consul Plebi, 71. Proconsul, Con-
suli.
- 72 Archiepiscopi ingredientes Romam,
insignia, ac Crucem deponunt.
- 73 Virga submittitur in territorio alie-
no.
- 74 Alcaldes de Corte, virgam sub-
mittunt Praesidi Supremi Consilij, 75.
Chancellariarum suo.
- 77 Virga necessaria ad manifestationem
Potestatis, & iurisdictionis.
- 78 Reuerentia Magistratibus debita ex
Fascibus.
- 79 Resistentia reus, verè non dicen-
dus resistens Ministro non deferenti
signum.
- 80 Pompeius Magnus, Fasces submit-
sit ingressurus aedium Postonij Phi-
losophi; vetauitque, ne Lictores fores
virga tangerent.
- 81 Fascium submittio à Pompeio exe-
cuta ad domum Rosigonij: non tan-
gere fores virga, non habendum in-
ductiuum moris submittendi virgas,
ad ingressum domus, Dignitatum,
Clarissimorumque virorum, 83. 84.
& 88.
- 82 Fascibus erectis semper procedere
debent Magistratus, exemplo Pom-
peij, illis utente, etiam extra Romanum
Imperium.
- 85 Virga fores domus tangere lictores,
exercitium, actumque Potestatis,
ac iurisdictionis fuit inter Roma-
nos.
- 86 Iurisdictionis actus in territorio
alieno non valet exerceri, absque
iniuria iurisdictionis territorialis.
- 87 Rhodus amica federata, ac socia
Romae, à bello Mithridatico, usque ad
Vespasiani Imperium.
- 89 Fasces submittere, dum familiariter
ingreditur in domo clarissima, non in-
ducitur.
- 90 Tyberius Tribunatum genens Ciui-
liter Rhodum inhabitauit, depositis
Licioribus Fascibus, 91. Sed dum au-
toritatiuè se gessit in ipsa ciuitate,
Fascibus erectis, ac cum Apparitori-
bus prodijt.
- 92 Virga nunquam submittenda, ex Bo-
hadilla.

DE SACRA POLITICA IMMUNITATE
Natio Iure competenti Palacij Regum, inextensibili ad
Domos Dignitatum. Et si aliquando ex vrbanitate concessa
habitationibus Legatorum, restrictè exequenda intra illa-
rum Parietes. In quas Magistratibus competit Pote-
statia Iurisdictio, exercitium, ingressio, absque
summissione, aut depositione sig-
norum Regalium.

GLOSSA VIGESIMANONA.

Illa humanæ imbecillitatis ac
indigentæ ratio dictans (vt
ex Aristotele, diximus *ad l. 10. tit. 15. Glos. 3. à num. 6. & Glos. 4. à num. 4.*) ad subleuamen naturæ, necessita-
tem animatorum instrumentorum,
(2) famulorum scilicet, vt notamus
Glossa superiori: Induxit etiam ad
tutamen corporis humani, ad euitan-
das aeris iniurias, elementorum inte-
periem, tentoriorum inuentionem,
*Genes. cap. 4. Speluncarum accommoda-
tionem, Virgil. lib. 3. Georgic.*

*Ipsi indefossis speubus, secura sub alta
Otia agunt terra.*

Domorum structuram, Ouid.

*Tum primum subire domos, domus an-
tra fuerunt,
Et densi frutices, & iuncta cortice
virga.*

5 Primo sæculo, seu Saturni, ru-
dem sanè, & receptam tantum ad nu-
(4) dum gentis vsum. Quare, vel
ex arundinibus, vt de Ægyptijs, no-
tat Dyodor. *Sycul. lib. 1. Antiquit. cap. 4.* vel ex virgultis construebantur,
Plin. lib. 16. cap. 32. Herodot. lib. 4.

5 Vestam, Saturni filiam, inuen-
tricem structionis domorum, volue-
runt Mythologi Natal. *Comes. lib.*

8. *cap. 19.* Sed veritatem amâtes, cre-
(6) dimus, Gentes rationali lumine
ductas, avium exemplo (a quibus
multa mutuata ad vitæ necessaria,
Marian. de reg. instit. lib. 1. cap. 1.) adhi-
bito luto, nidos nidificatiuum, domos
etiã ad sui refugium luteas ædificasse
(7) credimus. Quarum Primum in-
uētorem fuisse Doxium Gelci filium,
narrat Plinius, *diēt. lib.* Sicuti, & la-
(8) teritiarum fratres Eurekaus, &
Hyperberius Athenienses.

9 Omni ætate, Regno, Repu-
blica, dum ad naturam agebatur, do-
mus ad imbecillitatem tuendam tan-
tum recepta fuit, *Quid. lib. 3. Fastor.*

*Que fuerit nostri, si queris regia nati,
Aspice de Cannâ, straminibusque domum,
In stipula placide capiebat munera somni,
Et tamen ex illo venit in Astra Throno.*

10 Roma enim (vt ex Cornelio
Nepote, narrat *Plin. diēt. lib. 16. cap. 11.* à quo *Alex. ab Alex. diēt. genial. lib. 5. ca. 24.*) à principio, per annos 400.
è cæmento cõstructas domos habuit,
vsque ad Pyrrhi bellum: Arabes ve-
(11) rō, & Sabæi, Augustissimas ex
ebore, auro, argento, sumptuosisque
lapidibus. Ab his luxuriam, ac pro-
(12) digalitatem in domibus, abie-
ctis Lycurgi præceptis, acceperunt
Athenienses, Græcia omnis, à qua

Ro-

Romani vnà cum delicijs, luxu (notamus *Traëtat. de Contrau. ca. 1. n. 15.*) transtulerunt. Sic invenimus, teste (13) *Plin. lib. 36. cap. 6.* Syllam adducentem in Romam, marmoris apparatus ab Athenis, & si tunc ad ornatum Capitolij. Cornelium vero (14) Nepotum primum, parietes totius domus crustis marmoru operuisse, narrat *Plinius*: M. Lepidum, limina ex marmore Numidico; à quo, post eos orta, varia, aliorum etià lapidum, aurique, & argenti structura, *Stat. Papi. in Tiburt.*

Vidi Artes, veterumque manus, varijque metalla,

Vt uia moais: labor est auri memorare figuras,

Aut ebur, aut dignas digitis contingere gemmas.

Et alibi:

..... Nam splendor ab alto

*Deflu^d, & nitidū referetes aera tecta,
Monsstruere solum varias, ubi picta per Artes,*

*Gaudet hamus, suberantque nobis Asa-
reta figuris.*

Audiamus *Senecam, Epist. 94.* In ipsas domos impenditur cura, ut in laxitatem raris excurrant, ut parietes adductis transmariis marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavimentorum respōdeat nitor, *Diuim Hieronym. Epist. ad Gauden. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum. De quo latè Meurs. de lux. domor. cap. 12.*

15 Sed, & si in priuatis luxus ædificiorum magnus, *Adam Contz. Politic. lib. 8. cap. 14.* attamen in Imperialibus talis fuit, qualis enuncitur ex *Sueton. in Caligul. cap. 37. Instructionibus Prætoriorum, atque Villarum, omniratione possibilibus, nihil tam efficere concupiscit, quam quæd possit effici negaretur.*

16 Ex quo, repudiato naturæ natiuo nomine domorum, à Romulo laudato, *Ouid. dict. lib. 3. Fastor.*

Aspice de Canna, straminibusque domum.

Acceperunt regie habitationes in Titulum Honoris nomen *Palatij, l. vnic. C. de Palat. & Domib. Dominic. lib. 11. Claud. de Sext. honor. Consul.*

Cui meæ, quæ cunctis tribuere Palatia nomen,

17 Vel quia Primi Archades in Honorem Pallantis Principis, regiam domum ædificantes illam, Palacium dixerunt. Vel quia *Euander* Archadiæ Princeps in Italiam appulsus in Palatino monte, sibi ædificauit domum, quam dixit *Palacium*, *Luc. de Pen. ad dict. l. vnic. vbi, & Didac. Perez, Fulu. Constant. Garc. Toletan. Pancirol. variar. lib. 2. cap. 191. Rader. ad Marcial, lib. 8. Epigram. 36.* Vel quia post translata à Populo in Principes Potestatem, *Augustus*, ut ex *Dyon. lib. 53.* & post eum Imperatores Domos Maiestati in Palatino monte fabricarunt, à quo *Palacia* dicta, *Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 17. Maximil. Faust. Consil. pro Erar. clas. 6. conf. 566.* ædes ab Imperatoribus fabricatæ ad habitationem, *Sueton. in August. cap. 72. vbi Cassaubon. & Philip. Beroald. Camil. Borrel. de Præstant. Reg. Cathol. cap. 33.* qualia fuere *Magnaure*, *Perphynogenita*, à *Constantino* ædificata, ut ex *Luithprand. & Zonar. Gretser. in Codin. lib. 3. cap. 17. Chalca* à *Iustiniano*, post *Belisarij* triumphos structa, & ornata spolijs victoriarum, *Petr. Gyllij, de Tropograph. Constantinopol. lib. 2. cap. 18. Diuersaque, de quibus mentio apud Bullenger, de Imper. Roman. lib. 2. cap. 18. Maximilian. Faust. dict. conf. 566.*

18 Sed nec standum supradictorum Doctorum menti, dicentium

Palacia habitabiles Imperatorum Romanorum priuatiue fuisse, tum ante Romanum Imperium sub Persis, Chaldaeis, Israeliticis Regibus, *Palacia* dicta notentur in Sacra Historia, domus a Regibus personaliter habitata, *Reg. 3. cap. 7. & 10. & 4. Reg. cap. 15. Paralypom. lib. 2. cap. 2. Esther cap. 1. & 2. Daniel cap. 1. & 4. Ioseph. Antiquit. lib. 8. cap. 5. Camil. Borrel. dict. cap. 23. a num. 10.*

19 Illa Regum, ac Principum habitatio, ac personalis assistentia Maiestatica, dedit Regijs domibus nomen *Palacij*, vt diximus, & refert Rex Ildephonfus in *l. 29. tit. 9. par. 2. l. Nulli iudicium, C. de offic. Reitor. Prouinc. Dion. lib. 53. Sed quod in Palatio Caesar habitabat, ibique Pratorium eius erat, ac non nihil domus eius ab eo toto monte. Propterea, quod ibi quondam Romulus habitabat, splendoris accepit. Idemque, & si alibi Imperator domicilium suum habeat, tamen ad quoque *Palacij* nomen obtinet.*

20 Ex hinc inducta Sacra Ciuilibus *Palaciorum* veneratio, tum quia Regum Sedes, tum, quia illorum priuatiue, *dict. l. vnica, C. de Palac. l. fin. C. de offic. Reitor. Prouinc. l. fin. C. de Quadrien prescript. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 9. num. 61. & 64. Theodor. Reinting de regimin. secul. lib. 1. clas. 4. cap. 13. num. 33.*

21 Quare inter Suprema Regalia Maiestatica iura, *Palacia* adnumerantur, ex Constitutione Frederici, in *tit. Qua sint Regal. verbo Palacia*, vbi Isser. Afflict. Alvarot Zas. Hottom. *l. Quicumque, de operib. public. Sixtin. dict. cap. 17. Ripol. de Regalib. cap. 33. a num. 73. Camil. Borrel. dict. cap. 23. Maximilian. Faust. dict. eos. 566. Bullenger. dict. lib. 2. cap. 18. Menoch. cons. 302. num. 30. Theod. Reinting. de regimin. secul. lib. 1. clas. 2. cap. 8. n. 80.*

22 Hinc recepta *Palaciorum* immunitas illa, vt ab eis absque licentia Regis, delinquentes non extrahantur, de qua meminit Isser. Afflict. ad *Ti-*

tal. Qua sint Regalia, verbo *Palacia*, Tyber. Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 16.* ex Montalu. & Remig. Paz in *prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. num. 52.* Bobadill. *lib. 2. Polit. cap. 14. num. 12. & cap. 16. num. 208.* Fulv. Constan. *ad dict. l. vnica, C. de Palac. & domib. dominic. lib. 11. num. 41. & seqq. Marin. Quotidian. resol. cap. 179. num. 8. & 9. lib. 1.*

23 De reuerentia, honore, veneratione *Palacij*s Regum exhibenda, pena violantium, videndi ex iure Hispano, *l. 2. tit. 16. par. 2. communi vsu Bos. de iniur. nu. 5. ex Angelo, & alijs Farinac. quest. 105. ex num. 188. Marin. Frec. de subfeud. lib. 1. tit. de Magno Senescal. num. 6. Ricc. decis. 245. Ponte de Potestat. Proueg. tit. 1. §. 2. num. 17. Mar. Mutta ad Pragmat. Regni Sicil. tit. 42. nu. 10. & 17. Capiblanc. de Baronib. lib. 3. cap. 31. Castill. decis. Sicil. 171. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 9. ex n. 48. Fulv. Constan. ad dict. l. vnica, C. de Palac. & domib. Dominic. lib. 11.*

24 Illa Ciuilibus immunitas iure & legibus prescripta *Palacij*s (vt loquitur Imperator in *l. 1. C. de his, qui ad stat. confug. vbi Scribentes Theod. Hoeping. innumeros referens, de iure insg. cap. 20. n. 148.*) Voluerunt aliqui indiscrete, vt ad Magistratuum habitationes, aedes, aut domos extendere, sed caue ne priuatorum domos, (25) qualem qualem possidentium Dignitatem, *Palacia* dicas, cum tantum Titulus Regius sit, priuatiue competens aedibus consecratis Maiestati, Pancir. *dict. cap. 191. Maximil. Faust. dict. cons. 566. Reinfin. dict. clas. 2. cap. 8. num. 80. Bobad. lib. 2. Politic. cap. 16. n. 93. & 208. Cu, & si aliquando hoc Titulo notetur particularium Dignitatum aedes, equitum, abusiue est, Sixtin. ex Matth. de Afflict. dict. cap. 17. n. 25. Etiam lege, Priuilegio, (26) aut consuetudine firmetur, vt ex Legibus Nauarreis, Foribus Aragonicis, Castellanos vsu, voluit Bobadill. *dict. lib. 2. cap. 14. n. 10.* Et si contra*

sentiant, ac afferant Afflict. dict. tit. Quæ sint regalia, verbo Palacia, num. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 30. no. 27. Fulv. Const. ad dict. l. unica, G. de Palac. & domib. Dominic. lib. 11. ex num. 43.

28 Ex quo etiam quærentur Politici Iuridici Scriptores: An illud Sacrum Maieſtatis ius, Palacijs competens in reuerentiam habitantis Maieſtatis, extendatur ad domos Legatorum, taliter, vt immunitate, seu affyli Priuilegijs fruatur, ad hoc, vt delinquentes ab eis extrahi nõ possint? In quo non absolute procedendum, vt voluit Bobad. dict. lib. 2. cap. 14. n. 11. sub his verbis: *T en la Corte de España, las Casas de los Embaxadores tienen seguridad.* (29) Sed distinctè, iure attetogentium, ac fæderali, vel vrbانيتatis Politicæ: Ex vrbانيتate enim benè tenerem, domibus Legatorum reuerentiam exhibendam, sicque procedendum, vt ab eis non absolute criminosi extrahantur, vt à cæteris domibus; sed modo Ciuili seruato. De quo Anast. Ger. dict. tract. de Leg. Princip. li. 3. cap. 14. n. 16. *V bique ergo adhibenda est moderatio, vbi que modestia, vbi que discretio, & prudentia, et domus Legati appareat omnino venerabilis, sacrosancta, & inuolabilis: nõ autè Assyli improborum hominum, sed perfugium, & presidium eorum, vt diximus, qui miseratione, & securitate digni sunt, vt verè dici possit. Quemquã ab eo arripere, aut deici nefas sit: que libenter à Summis Principibus, vel ab vno omnium Potētissimo Rege Catholico, ab eiusque Summo Præsidente, & alijs omnibus Magistratibus, qui maleficijs præsunt, tolerantur, cõcedantur, & obseruatur: Reipublica enim, suisque rebus expedire arbitrat, vt Principum Legati hoc iure uti possint, quasi Diuina legis præscriptum ciuitatibus constitutis, ad quas perfugere valeant, qui imprudẽtes crimina comittunt, aliove modo à delictis queant se excusare: nam omnes delinquentes vita priuare calamitosum est, nec vtile Principibus.*

30 Quæ toleratio, vt diximus, vrbانيتatis est, non iuris. Nam, & si Sa-

croſancti ciuilitè Legati, sua habitatio venerabilis; nõ autem sic Sacra politicè vt fruatur iure Maieſtatico, immunitate illa debita, ac cõcessa Palacijs. Immunitas enim, natiua, veneratione debita Regibus, extensibilis non est, nec valet ad domos Legatorum: hos enim nõ alio iure vt possesse dicemus ad illam, ni quatenus sui Principis auctoritatè referunt. Cum (32) verò & si illorum personæ summa, ac Excellētissima sint Dignitate decoratæ, summis honoribus, ac auctoritate fultæ: attamen in eis non adest natiua Sacra Regia Maieſtas; sed effigiatè ac representatiuè, Carol. Pasch. Legat. cap. 38. *At, inquis, prerogatiua Regia principalis vniuersorū Dignitatis est vera, & solida, cū in Legato tantum sit effigiatæ, aut adumbratæ,* Anast. Germ. lib. 2. cap. 13. n. 11. Ex quo nec etiã suæ ædes habere valent immunitatis affyli ius competēs Maieſtaticæ (33) Palacijs. Tã ex eo, quod quãvis imagini reuerētia debeatur, nõ tamè illa, quæ ipsi Principi, aut Regi, Rest. Castald. de Imper. q. 96. n. 5 & 6. quam quod, & si in Legato adsit auctoritas proprij Principis, ex Cicer. de Acad. Anast. Germ. de Legat. Princ. lib. 2. c. 9. (34) n. 2. non verò Maieſtas: Cū hæc, & iura immunitatis ex illa nata, quia personalissima habentur, vt Reges videantur venerabiliores, Arn. Clapm. de Arc. rer. public. lib. 4. cap. 6. transmissibilia non sunt in aliã Dignitatem, & personã: & si representatiuè Imperatoria nomina gerat, Dignitatè referat; immò sic inhæretia osibus eorū, vt in alijs nec attendi, nec considerari possint. Tyberius enim, & si Nero, & Drusus Imperatorijs nominibus aucti, Tac. lib. 1. Ann. Cæsaresque dicti, agrè tulit, de quo egit in Senatu; quia pro eis vota solueretur, proque Sacris haberetur, Suet. in Tyber. cap. 54. Sūt, vt diximus, iura Maieſtatis characteres inseparabiles Regū, incommunicabilesque absolute, Arn. Clap. de Arc. rer. publ. d. li. 4. cap. 6.

37 Quæ sic vera habita, vt, & si in Senatu Suprema adsit auctoritas, iustitiæ manus, Dignitatum omnium splendor; attamen domus Constituta (38) ad vsum Imperij, Potestatis ad ius dicendum, *Prætoriam* dicebatur, nõ *Palacium*, Pancir. *variar. lib. 2. cap. 191.* nec gaudebat immunitate, ex illo à nobis dicto principio, vt notauit Sixtin. *de Regulib. lib. 2. cap. 17. num. 7. & 10.* quia immunitas Palacij competens nõ orta ex inhabitatione Regum ad vsum naturæ; sed quatenus (39) Politicè Sacra sunt Maieftati. Quæ Sacra Politica veneratio in alijs, & si Summis Dignitatibus, nec invenitur, nec attenditur, nec poterit, nec valet attendi. Sic Sixtinus: *Idque ea ratione fit, quia intuitu Imperatoris largitiones Sacra, scrinia Sacra, Constitutiones Sacra, stabulum Sacrum, Comitatus Sacer, vestis Sacra, Constitutiones Sacra, vel etiam Sacratissima appellantur.*

40 Hinc, vt diximus *Glof. 8. num. 30.* in Dignitatibus non veneramur Maieftatem, sed auctoritatem. Hinc supra ordinem in Maieftate patent (41) Regalia iura, Honor, immunitas, veneratio. Intra ordinem reuerentia decreta Dignitatibus, cum, & si ab illa ortæ, per communicationem (42) refulgeant, non tamen proprio splendore; ex quo more gentium, in Reges recepta *Adoratio*, l. 2. l. *Primitivum, C. de Fabricensib. lib. 11. l. 2. C. de Consulib. l. 1. cum Glof. C. de Præposit. Saceri Cubicul. l. Si quis 1. C. Qui militari poss. lib. 12. l. 1. C. de Silenciar. lib. 11. Glof. l. 1. C. de Tabular. lib. 10.* ex Martin Lauden. *Restaur. Castald. de Imper. quest. 64. & quest. 65. num. 8. & 9. Corip. lib. 3.*

*Ter poplite flexo
Pronus adoravit.*

Claud. *de Sext. Honor. Consul. Bullenger. de Imper. lib. 1. cap. 16.* quatenus Reges Politicè Dij habentur. De

quo Ioan. de Platea in *dict. l. Primitivum, C. de Fabricensib.* In Magistratu verò ex Dignitate, & si Maxima primæque clasis, aut ordinis, ad reuerentiam *Salutatio* Constituta, l. 2. *C. de offic. Vicar. l. 1. C. de Domestic. & Protectorib. lib. 12. Glof. verbo Adoranda, l. 1. C. de Silenciar. lib. 10.* vbi Luc. de Pen. *Nota: Adorantur Principes, alij salutantur, Restaur. Castald. de Imperat. dict. quest. 64. & 65. num. 9.*

44 A quo principio ortum, vt Dignitatum Regalium domus, nec dicatur *Palacia*, nec immunitate gaudeant, Bobad. *lib. 2. Politic. cap. 14. num. 93. & num. 208. & supra num. 25.*

45 Sed quamvis ex dictis videbatur satis fufulta sententia nostra, in illius probationem videndi, *Besfold de Legat. cap. 3. num. 26. Fulv. Constan. dict. l. vnic. C. de Palac. & dominib. dominic. lib. 11. num. 45. Et in Hispania domos Legatorum eodem Privilegio gaudere, voluit Bobad. in Allegat. Politic. lib. 2. cap. 14. num. 11. Licet ego viderim de facto non fuisse servatum in Legatis potentissimi cuiusdam Regis, & aliorum Principum, Paschal. Legat. cap. 76. Marin. Quotidianar. resol. cap. 179.*

(46) num. 63. Qui, & si hanc immunitatem desideratam à Legatis asserat esse contrariam iuri; Politica tamen vrbantate credit, pensandam in hac re auctoritatem Legati, Dignitatem sui Principis: Maieftatem Regis (in cuius Regno officium Legationis exequitur) Magistratuum auctoritatem; neque ex immunitate habeantur, quæ sub his verbis notat: *Potius ad proponendam, & vere præstandam sceleribus impunitatem, quæ vti que prouocantur hoc pærfugio, vbi homini selecto, non solum tuto esse, sed, & Magistratus cohortem irridere, eive probrâ iacere, & minas, manusque intenderè licet.*

47 In quorum omnium cautelam, vt ve obviam eatur damnis obvenientibus in executione harum rerum agendum Primo, vt illæssa

maneat Regis Maiestas, Paschal. *dict.* cap. 76. post eum Anastas. Germon. *de Legat. Princip. lib. 3. cap. 14. num. 38.* Quare, hortatos velim Principum Legatos, quos sapientissima antiquitas, & fas gentium prerogativa honoravit Sacerdotali, ne pretiosam, Nobilem, eximiam, Sacram, Sanctamque Legationis prerogativam, qua eorum aedes singulari beneficio cohonestantur, vel ipsi per nimiam facilitatem violent, vel ab impurissimis, Deoque, ac bonis omnibus invisis humanae societatis pestibus, pollui, aut calumnijs exponi patiantur: Caueant, queso, ne Divinarum, humanarumque Legum contemptores, sub eorum tectis admittantur, foueantur, salui sint; ac si quos, vel casu, vel cuiusvis culpa intra eorum limina prebenderint, turent, ut statim eiciantur; ne, scilicet publica quietis custodes Magistratus, quod ipsi non facient, ad purgandas Civitates, cum Legatorum iniuria facere cogantur.

48 Sed credita iam immunitate, ex urbanitatis principio domibus Legatorum, quaerit Anastas. Germon. *dict. tract. lib. 3. cap. 15. num. 13.* an extendatur extra proprii Legati habitationem, regulandaque sit, qualiter immunitas Ecclesiae, quae extenditur ad spatium quadraginta passuum? Qui *num. 16.* asserit, & iure, quod non: *Ad spatium illud quadraginta passuum immunitas adium Legati extendatur? verius est, non extendi.* Quod roboratum Regia Constitutione, refert *num. 17.* (laudata sub Philippo III. in Comite de Franquentoy Legato Imperiali, caeterisque missa Legatis) statuente: *Vt sola domus, quam habitet quilibet Legatus, cum familiaribus, & domesticis suis, hoc uti possit immunitatis Privilegio.* Verba sunt Germonij, quae iuri consona sunt omni.

49 Si enim Ecclesiastica immunitas concessa, eo quod Ecclesiae solemnioribus ritibus, & ceremonijs, in auguratae dedicatae sunt Deo, in eisdemque custoditur, colitur, debitaque veneratione adoratur pratio-

fissimum Christi Corpus Sacramentorum praestantissimum, omnium fons, & origo; & adhuc ad domos iuxta eas structas, ac fabricatas, à Saecularibus habitatas, non extenditur, *Glos. cap. Sicut antiquitus, verbo Passus, cap. Quisquis, verbo Domos 17. quest. 4. Ex Igneo, & Archidiacono Couarr. lib. 2. variar. cap. 20. num. 5.* Bofsio, Remigio, Iul. Clar. *lib. 5. §. fin. quest. 3. num. 2.* vbi Baiard. *num. 8.* & sequentibus. cum Mantua, Gigante, & Vulteio, Tyber. Decian. *tract. criminal. cap. 18. num. 290.* ex Suar. *de Religion. tract. 1. lib. 3. cap. 8. num. 3.* & *cap. 9. num. 9.* Anastas. Germon. *de immunit. Eccles. lib. 3. cap. 16. nu. 40.* Ambrosin. *de Immunitate, cap. 10. num. 4.* Bonac. *disp. 3. quest. 7. de Immunit. §. 2. utam. 5.* Thom. del Bene, *de Immunit. Ecclesiast. par. 2. cap. 16. dub. 9. sect. 8. num. 6.* ac etiam si ipsarum Dominium ad Ecclesiasticos pertineat, dum locatae sint laicis; vt cum Oldraldo, Naldo, Peregrino, Villalobos, Mario Italo, idem Tho. del Bene, *dict. sect. 8. n. 12.*

50 Si Politica, ac Civilis immunitas natio iure competens Palacijs Regum, extra ea non extenditur. Et quod magis est variè agitur: an porticus ipsius Palacij, in Privilegio immunitatis comprehendatur. Vt late Fulv. Constan. *dict. l. unica, C. de Palacijs, & domib. dominic. ex num. 19.* Et more, non iure, Constitutum, ac Aulica acceptione tantum receptum sit, vt Palacij Privilegia refulgeant, immunitatis, ac assyli ius intra claustra, seu parietes; ac quod ad iurisdictionis exercitium ratione delicti, vtque competat Magno Domestico, Palacium habeamus tantum, quid est intra portas.

51 Quo iure? quo principio? Politica immunitas, urbanitate data domibus Legatorum, extendenda ultra ipsorum habitationes, ad Circulosque, quos noua appellatione, seu dictione: *Quartels* dicunt, qui nihil aliud sunt, quam receptacula impro-

bis-

bissimorum hominum, sacis Reipublicæ, vndique ad ea confugientium, tam in animarum periculum, quam in perniciem boni publici, communis utilitatis, tranquillitatis, ac regiminis. (52) Quæ ratio adeo valida est, vt immunitas Ecclesiastica longe Ciuili potior, quæ extenditur ad quadraginta passuum ab Ecclesia, restringeretur si intra eos Laicorum esset habitatio, ac constructio domorum secularium, vt notant adducti num. 44. Iul. Clarus *diçt. quæst. 30. num. 1. vers.* Scias autem, quod etiam prima illa pars immunitatis concessæ Ecclesijs, vt scilicet delinquentes in eis capi non possint: hodie propter ingentem numerum Ecclesiarum, & frequentiam delinquentium, est a consuetudine valdè restricta; aliat enim de facili quilibet malefactor enaderet manus iustitiæ, cum nulla fere sit via in Ciuitatibus, in qua non sit vna, & quandoque etiam plures Ecclesiæ; ita vt priusquam caperetur, facillimè posset in aliquam earum se recipere; maximè, nemine persequente: quod tamen esset contra mentem eorum, qui Ecclesijs immunitatem hanc tribuerunt, non quidem vt essent assyli delinquentium, & spelunca latronum; sed vt præstarent refugium miseris, qui humana fragilitate, aut casu in aliquod crimen incurrissent.

53 Ex dictis euincitur, Immunitatem domibus Legatorum creditam, nec à iure Gentium, nec Feziali ortam; sed ab urbanitate datam. Quam mentem probat Anastasius Germonius, adductus num. 47. (54) Sed cum ipse *diçt. tract. de Legat. Princip. lib. 3. cap. 14. num. 31. referat*, quod cum ageret officium Legati Ducis Allobrogum, nequissimus homo assassini reus, eo inscio, in suam domum se se clam recepisset, ad quem quærendum vnus ex Prætoribus, qui vulgò Alcalde dicitur, summo cuiusdam diei mane, magna fatelitim, & Nobilium virorum vulnerati propinquorum cohorte circumceptus, in suam do-

rum veniret, in eamque ingredi-
tur, *vinga Magistratus contra dextram
deposita*. Deducens ex eo fortè præ-
tensam ceremoniam, vt in domibus
Legatorum nullus Magistratum,
nec Ministrorum introire valeat
cum insignibus iustitiæ, vulgò *Va-*
(55) *ras*. His prænotare necessa-
rium credimus, hanc urbanitatem
(tunc si fortè executam depositio-
nis virgæ) nec receptam, nec admis-
sam, nec iure Maiestatico, nec Ciuili
tollerabilem.

56 Latè enim diximus *l. 29. tit.*
23. Glos. vnic. signa Maiestatis sub
Regno, Republica, Imperio, sub-
que omni, post subuersum Roma-
num fuisse Fasces (Iani inuentum,
seu Hetruscorum, vide *diçta Glos. 20.*
Glos. 22. num. 20. & Glos. 23. num. 79.)
Virgas, *l. 1. l. Proconsules*, vbi Scri-
bentes, *de offic. Proconsul. Cicer. lib.*
5. in Verr. Faceis, & secureis, & tan-
tam Imperij vim, tantamque ornamen-
torum Dignitatem. Ex quo, sic in eis
vim, & auctoritatem Imperij con-
stituit, *Tacit. lib. 2. Annal.* vt asse-
(57) rat in Honorem vrbs, vtque
Fæderali, ac Sociali iure Maiestas
Romana inter Atticos illæssa cre-
deretur, Antonio fuisse concessum,
quod Licetore, Fascibusque intra
Atticam vteretur: *Hinc ventum
Athenas, Fæderique sociæ, & vetustè
vrbi datum, vt vno licetore vteretur.*
(58) Credentes, & iure, ex hoc in-
signe Maiestatem communiter con-
seruatam, vt decens, & necessa-
rium inter socios, ac Fæderatos,
*Non dubito, de captiuit. & possibim
reuerf.* Diximus, ex Liuiio, Petro
Fabro, *Tract. de Contrauand. cap. 12.*
ex num. 9. & 10. Cum si absque Li-
ctore, Fascibus, Virgis, progredere-
tur, non seruari illæssam Maiesta-
tem Romanam posse, *l. fin. de offic.
Proconsul.* vbi Doctores, Budæus,
Corrafc. Æguinar. Baron. Orosc.
Théodor. Hoeping. *de iure insign.*
cap. 2. à num. 670. & 678. Sic Ma-
rius,



rius, teste Plutharco in *vita Mar.* (59) Afiam obtinens, semper cum Fascibus processit Mithridati, in ea munus regium agentis, Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib. 1. cap. 17.*

60 Hinc ortus, ac seruatus mos, vt Supremi Magistratus, vulgò *Alcaldes de Corte*, regiam iustitiam agentes virgis, quas gerunt in signum auctoritatis, etiam coram Rege ipso in actibus publicis, erectis procedant, etiam si in Palacium, Sacramque Aulam ingrediantur. In quo, nec omittendum duxi, quod in hac re receptum semper, & vbi que fuit à Regibus Nostri, à Magnoque Philippo III. seruatum. Iussu enim suæ Maiestatis nominatus (61) fui, vt vnus ex Sexviris capitalibus, vulgò *Alcaldes de Corte*, ad Comitatum Regiarum Nuptiarum Serenissimæ Infantis Mariæ Theresiæ, cum Christianissimo Rege Ludouico XIII. Galliarum, anno M DC. LX. Peruenimus igitur in Urbem Fuenterabiæ, ad cuius Palacij portam, excubias agebat cohors cum Militari signo, vulgò *Vandera*: De primi cum ingredi vellem, vna cum Licitoribus, virgis erectis, miles excubiam agens, obstetit, dicens. Vt submitterentur virgæ, quibus erectis, nemo possit transire, non solum per corpus cohortis excubiam agens, sed neque ad conspectum Militaris signi, cuius immunitas, ac reuerentia Sacra habenda, nec violanda per Fasces. Obstupui impedimento, eo magis, quod Præfectus Legionis acre inuehebatur clamitans, violatam disciplinam Castrorum, Sacrum ius, ob non submissos Fasces: Sed cognito virgam, non tantum Maiestaticæ (62) iustitiæ signum esse; sed insigni sceptrum Regium referens, ac representans ex Diuo Hieronymo, *Psal. .: 09.* Auil. Cassan. Petr. Gregor. Auendañ. Bobadill. *lib. 3. Poli-*

tic. cap. 2. à num. 11. Camil. Borrel. *de Magistratib. lib. 1. cap. 1. num. 1. & 2.* Mastrill. *lib. 5. cap. 8. num. 106.* Solorzan. *de iure Indiar. lib. 4. cap. 5. num. 3. & Politic. Indian lib. 5. cap. 5.* Sicuti (63) in Militari re, Scipio, apud Nos *Baston*; de quo post Lypf. *de Magistrat. cap. 8.* late Hoeping. *de iure insign. cap. 2. num. 668. & ex num 815. & 971.* auctoritatemque Magisterialem, iurisdictionem, Imperium Civile, ac capitale (& si indigne) in manu mea esse, designatum in virga, quod violatum si ea submissa ingrederer, mihi que probro esse signum submittere, Ioan. Valtrin. *de re milit. lib. 3. cap. 9.* Adij Dominum meum, ac nunquam satis laudatum Dominum D. Ludouicum de Haro, Marchionem, Comitem Carpensensem, Regi charum primūque regiminis Ministrum, exponens Militum desideria, meæ Dignitatis Honorem, Maiestaticam auctoritatem in virga vigentem, cuius submissio neque à Regibus ipsis permessa, nec per me exequenda: erat enim omnium Militarium Ordinum ad Maiestaticum congressum coadunatorum, Summus Præfectus. Ex quo, & si annuens rationi definire noluit controuersia, nec quid agendum præscribere. Ego verò anxius, ne antiqua Patrum, Magistratum, auctoritas violata remaneret, recessum tendi in Regem, supplex quærens in Maiestate, mei officij Dignitatem, muneris virtutem, Magisterialem Honorem, referens libello supplici, virgam insigne esse iustitiæ: quod hæc virtus primum tenet locum in Maiestate, cuius manu credita, antequam gladium militare: memorareturque, quod Maiestas Romuli antè decorata fuerat Fascibus, quàm stipata Cæleribus: quod in Republica Romana Dictatorum, Consulium, insigne Fasces fuerant, erecti inter Fasciculos Fæni, Lupos, Dracones, Aquilas, cæteraque Militaria signa: quod

quod
crum
bias,
calde
craqu
bantur
Regia
comit
ac illu
res M
tatis i
latiua
linqua
uillis
regiar
tis Int
lum d
iestati
ctio;
Scipio
tem.

64

Magr
Sacro
Ferd
lis ex
In die
Ciuit
platea
manu
lentiss
gistro
liter, s
daret
cubato
les, vu
habere
virgis

65

digno
re, Ma
mitter
Anasta
tenenc
(66) f
nores:
teste L
hac ce
cui fu
(67)



quod per vexillationes Sacras, Sacrumque comitatum, Sacras excubias, Sexviri capitales, vulgò *Alcaldes de Corte*, in Sacro Palacio, Sacraque Aula erectis virgis ingrediebantur, ac progrediebatur, ipsamque Regiam Maiestatem, signis erectis comitabatur, vt iustitia conspectior, ac Illustrior haberetur: quod Militares Magistratus Scipionem, Dignitatis insigni, Sceptrique Regalis relatiuum, nec submitunt, nec derelinquunt ad ingressum Prætorij, Ciuilibus Aulæ, ad conspectum vellarum regiarum, quibus eisdem auctoritatis Infulis decoratæ virgæ, cum nullo discrimen sit in attributis Maiestatis, Superioritatis nulla distinctio; immò indistinctè virga, & Scipio referant Principis Maiestatem.

64 Cui supplicationi assensit Magnus Rex, præcipiens Proximo Sacrorum Scriniarum Domino D. Ferdinando de Contreras, vniuersalis expeditionis Regiæ Secretario: In die ingressus Regalis, in dictam Ciuitatem Fuenterrabiæ, in qua ad plateam Palacij erat tota Militaris manus in procinctu, adstante Excellentissimo Duce de Veraguas (Magistro Supremæ Militiæ) vt personalter, sicuti executum fuit, ordinem daret Præfecto Militum, Militi excubatori: vt Ego, Lictoresque Regales, vulgò *Aguaziles de Corte*, liberum haberemus ingressum per excubias, virgis erectis.

65 Quod exponere decreui, vt dignoscatur; quod nulla ex causa, iure, Maiestate, reuerentia, virga submittenda est. Nec ex eo, quod refert Anastasius Germonius, dicendum, tenendum, admittendum, vt Magistratus Regij Maiores, nec minores: virgâ submittant. Esset enim, teste Lysio *lib. 1. Elector. cap. 23.* ex hac ceremonia fateri se minores illo cui submittitur. Quod, nec decet (67) Maiestatem, nec auctoritatem

Magistratus, ad cuius cultum, reuerentiam, Honorem, Potestatis cognitionem absolutè necessariæ sunt virgæ, tanquam signa Imperij, ac iurisdictionis, *Æguinar. Baron. & Ioan. Oros. in l. Proconsul. 6. de offic. Proconsul. omnium Imperiorum, ac Regnorum placito.* Cæsar enim, cum ante arreptum Imperium, Consulatum obiret; & primo mense ex Legis Iunianæ Potestate teneret Fasces, quos sequenti ad socium relinquere debebat, ne sine auctoritate progredieretur absque Fascibus, Lictores ex antiquo more recepit, *Suet. in Cæsar. cap. 20.* vbi Beroald. vel alios Ministros publicos, *Accensos* dictos, *Marc. Anton. (69) Sabelic.* Publica sane Dignitas absque signis Maiestaticis minus Illustrior cernitur: deposita virga, abdicata auctoritas, ac Potestas creditur: cum receptum fuerit in signum abdicati Imperij, progredi absque Fascibus. Romani Patres, vt Populus videret abrogatum Decemvirorum Regimen infectum Ciuitati, Senatus-Consulto Constituerunt, vt Fasces submitterent, *Liu. lib. 3.* nulla alia ceremonia inventa ad cognitionem Potestatis abolitæ.

70 A quo, ex maiorum more seruatum sub Republica, vt Fasces in signum reuerentiæ Superioribus in Imperio, Potestate, auctoritate submitterentur tantum, *Dionys. lib. 4.* Sic enim Romanis mos est, quoties minores Magistratus obviam fiunt maioribus, qui seruantur, & hodie. Ex hoc more tunc *Marcus* velut maiorem Potestatem conuenurus, cuncta Imperij sui deposuit insignia. Non alijs, veluti Consul ad conspectum populi in concionem vocati, exëplo Valerij Publicolæ, *Liu. lib. 2. Vocato ad Consilium Populo submittis Fascibus in concionem ascendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit, summissa sibi esse Imperij signa, confessionemque factam, populi, quam Consulis Maiestatem, vimque maiorem esse.* Proconsul, Consul, *Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 2.*

(82) tionem auctoritatis. Pompeius enim Rhodium agens Ciuitatis liberae, amicae, ac sociatae Romae, ex vi iuris Fecialis (vt concessum Athenis, Antonio, diximus *num. 57.*) signa Imperij, Lictores, ac Fasces retinuit, vt liquido videretur comiter seruata inter amicos auctoritas Romanae Maiestatis; nec haberetur Dignitas Pompei violata, si Fasces, si lictores deponeret, vt notamus (83) *num. 66. & 70.* At verò, quod vetaret Pompeius, vt per lictores virga Posidonij fores non tangerentur, fuit agere in recognitionem iuris Territorialis, superioritatisque competetem Rhodij in Territorio proprio. Et quod submitteret Fasces, seu relinqueret ad portam, fuit in venerationem scientiae familiariter agendo, non in exemplum, vt Magistratus Claris viris signa deponant.

85 Quae mens, vt dignoscatur iure suffulta, duae formulae notandae sunt, in facto Pompei, priuatiuae Romanae. Prima vetando licitoribus tangere fores virga. Secunda Fasces submittendo. Nulla illarum, sicuti apud Romanos, exequi poterat apud Rhodos. Erat enim more Romano illa aetate receptum, vt cum Magistratus ad domum alicuius accederent, lictores virga fores percuterent, vt illa ceremonia pulsationis, dignosceretur publicas adesse personas, Marcial, vbi Rader *lib. 8. Epigram. 62.*

Nobilique virga
Vatis Castaliam domum sonare.
Stat. de Nupt. Stella.
Multa pulsantur limina virga.

Lypf. *Elect. lib. 1. cap. 23.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 1. cap. 27.* Domitius Calderin. Desider. Herald. in Marcial, *diēt. lib. 8. Epigr. 66.*

86 Quae ceremonia, cum priuatiua, ac more Romano recepta ad de-

signationem iurisdictionis, & Imperij, in exequibilis erat apud Rhodos, inter quos, vt priuatus habendus Pompeius, *l. Praeses, de offic. Praesid. l. fin. de offic. Praefect. Urb. l. fin. de iurisdic. omn. iud. vbi Scribentes; incapaxque exercitij iurisdictionis (more Gentium, à quo distincta Imperia, Dominationes, Territoria, l. Ex hoc iure, de iustit. & iure, vbi Corras. Aeguiar. Bart. & Scribentes, supra Glos. 29. num. 24. Gotthofred. in l. Omnes, vers. Verum, litt. I. C. de Episcop. & Cleric. Bald. l. 2. C. de offic. Praefecti, vbi Bessold. de iure Territ. cap. 2. num. 3.)* quae ab eo per usum signorum exerceri non poterat absque Rhodiorum iniuria: mens recepta secundum dictamen iuris Gentium, *Clementin. Pastoralis, de sentent. & re iudic. Andr. Gail de Pace publica, Obseruat. 16. num. 27. & 29. Matth. Stephan. de iurisdic. lib. 1. cap. 33. num. 69. Couarr. pract. cap. 10. num. 7. ex Carleuale, & alijs Excellentiss. Domin. Crespi, Obseruat. in decif. Valenc. Obser. 15. num. 36. Harman Pistor. Obser. singul. Obser. 42. ex num. 3.*

87 Erat Rhodos sub bello Mithridatico, quo perfecto, in illam appulerat Pompeius, amicam tunc, non subditam Reipublicae Romanae, *Liu. lib. 33.* ex bello Macedonico, *Liu. lib. 37.* Nam, & si amicitia nutauit ob bellum Byzantinum; adhuc tamen à Marco Porcio Catone tutata Rhodos, ad pristinam gratiam, atque amicitiam, cum Romanis fuit reddita post partam à Perseo Rege victoriam, *Liu. lib. 45.* In qua libertate Sylla dictatore mansit sub Triumvirato, Caesaris Imperio (post cuius mortem à Bruto, & Cassio expugnata, ac diruta fuit, *Dionys. lib. 47.*) A qua periodo, quamvis diuersa sustinuit, libertate adempta, seu firmata, prout bellis externis meruerat, aut domi seditione deliquerat, *Tacit. li. 12. Annal.* at sub Claudij Imperio, libertate orbata extitit, *Dion. lib. 60.* eo, quod Romanos quosdam in crucem substitu-

lit; sed orante Nerone, illam recuperavit ab ipso Claudio, Suet. in Claud. cap. 25. Tacit. dict. li. 12. *Redditur Rhodis libertas.* Hinc sua aetate enarratur Pulcherrima, ac libera Rhodos à Plinio, lib. 5. cap. 31. Romanis fœderata, Apian. lib. 4. Bell. Civil. Plutarc. in Brut. sub Augusto, & Tyberio, Sueton in Tyber. cap. 32. vsque ad Imperium Vespasiani, cuius manu subacta, & subiecta Imperio, inque Prouinciæ formam reducta fuit, Sueton. in Vespasian cap. 8. vbi ex Eutrop. & Turneb. Leuin. Torren. Vbon. Emn. veter. Græc. description. Reipub. Rhodior. Carol. Sygon. *de iure Prouinc. lib. 1. cap. 18.* Panciroli. *not. Imper. cap. 102.* D Ioan Ramos, *ad l. Deprecatio 9. ad l. Rhod. de iact. ex num. 123.*

88 Cū ergo Posidonius apud Rhodos vixisset, Clarissimusque Philosophus Stoycus, Sophista, & Historicus haberetur, nec Romanus origine, nec domicilio, nec ageret in Territorio, Dominio, aut Imperio Reipublicæ, dum ad illum videndum accederet Pompeius, non valebant virga lictores fores eius tangere, nec actum exercere Imperij, ac iurisdictionis sine Rhodiorum fœderis, ac amicitia violatione; quam vetuit præcipiens licitori abstentionem pulsationis.

89 Secunda ceremonia submissionis Fascium, nec in exemplum trahenda, cum non iurisdictionaliter, nec Potestatiue accederet Pompeius in domum Posidonij; sed comiter, familiariterque; vt notat Bobadilla *dict. cap. 2. num. 18. Para-blarle familiarmente.* In his enim depositio signorum non attenditur, cum actio non respiciat Dignitatem (90) munus, officium, sed personam. Accipe exemplum in Tyberio Rhodum appulenti, vt notatur ex Suetonio in Tyber. cap. 11. Cum enim sub Augusto post duos Consulatus in quinquennium Tribunitia Potestate accepta ex Roma fecisset, vel te-

dio vxoris, vel vt auctoritatem suam absentia tueretur: *Rhodum enauigauit cum ad eam ab Armenia reuens appulisset. Hic modicis contentus ædibus, nec multo laxiore suburbano genus vite Ciuile ad modum instituit: sine licitore, aut viatore Gymnasia interdum obambulans, mutuaque cum Græculis officia vsurpans, prope ex æquo. Et post: Neque præterea quidquam notatum est, in quo exercuisse ius Tribunitia Potestatis, visus sit.* Nunquid ex eo, quod Tyberius absque licitoribus, ac apparitoribus Gymnasia ob ambulauit, Ciuitatem circuiuit, officia priuata præstitit, & accepit, ac iniit vitam ad priuatam rationem, vt notat Sabelic. in Sueton. dicendum semper ad Gymnasij ingressum submittendos Fasces, deponendas virgas? Absit.

91 Et, vt videamus ipsum Tyberium, pro auctoritate Tribunitia agente Fasces erexisse, virgasque, audiamus Sueton. *Cum circa Scholas, & auditoria professorum assiduus esset, moto inter Antisophystas grauiore iurgio, nõ defuit qui eum interuenientem & quasi studiosiorem partis alterius conuitio incessest. Sensimque regressus domum, repente cum apparitoribus prociit.* En in Gymnasio signa Imperij: En inter Sophystas Fasces: En virgarum erectionem, dum de auctoritate Dignitatis, Maiestate ac Imperio agitur. (92) De quo, vt sinem imponamus, Bobadilla *dict. cap. 2. num. 18. Pero, que el Corregidor en su Prouincia, siendo despues de el Rey el mayor, como luego diremos, dexa la vara indeuidamente, ni lo aconsejo, ni lo apruebo; y realmente parece muy bien e. Corregidor con la Real insignia en la mano, en la casa de su subdito, o de qualquier Poderoso.*

PERMITIMOS SE PVEDA LLAMAR SE-
ñoria à los Marqueses, y Condes.

SUMMARIUM.

- 1 **D**ignitatum Regalium qualis prima in Republica.
- 2 *Aegypti Magistratus Principes dixerunt.*
- 3 *Israelita à Moysi, usque ad Saulem, suos Magistratus appellarunt. Principes, Seniores, Iudices, 4. à Dauide, usque ad Machabæos, Duces, Principes, Seniores.*
- 5 *Tituli Honorum Babyloniorum, Assyriorum, Medorum, Persarum Principum, Ducum, Optimatum, Satraparum, Tyrannorum.*
- 6 *Attici Magistratus Honorarunt Titulo Archontum, Prithanorum, aliisque.*
- 7 *Lacones maiores Magistratus dixerunt Ephoros, aliosque Titulos sequenti tempore indixerunt.*
- 8 *Nauarchi Titulus inter Lacones à Bello Peloponesiaco.*
- 9 *Macedones Magistratus dixerunt, Duces, Principes, Prætores, Præsides, Satrapas.*
- 10 *Prætoris Titulus communis inter Græcos.*
- 11 *Romani suos Magistratus decorarunt Titulis Patrum Conscriptorum, Patritiorum, Senatorum, Consulium, Duumvirorum, aliisque.*
- 12 *Prætoris Titulus præcipuus inter Romanos.*
- 13 *Constantinus Imperator Galieno mortuo mutauit ordinem, & nomina Titulorum.*
- 14 *Tituli Despotarum, magnorum Ducum, Primiceriorum, Sebastocratorum, inuenti à Constantino.*
- 15 *Turci Imperatores Titulos Honoris conferunt suis Magistratibus.*
- 16 *Ducis Dignitas prima in Republica, à prima periodo mundi.*
- 17 *Ducis Titulus concessus his, quibus*

- commissa Summa rei bellica.*
- 18 *Duces dictos, quos Romani mittebant ad regimen alicuius Prouinciæ.*
 - 19 *Ducis Dignitas inter Europæos à Caroli Magni Imperio cognita.*
 - 20 *Ducis vox cum Dignitate, audita inter Italos Imperio Iustini Imperatoris.*
 - 21 *Ducum munus cum Republica ortum.*
 - 22 *Duces cum Imperio inter Athicos, sub Philippo Rege inter Aegyptios, 23.*
 - 24 *Ducalis Dignitas inter Romanos Imperatorum initio, & 24.*
 - 26 *Constantinus Duces Athenarum, & Constantinopolitanos creauit, aliosque.*
 - 27 *Ducum munus defensio Prouinciæ, & regimen, 28.*
 - 29 *Duces in Occidentali Imperio.*
 - 30 *Comites a comitando dicti.*
 - 31 *Comites dicebantur, qui Præsides, Proconsules, Legatos comitabantur tanquam negotiorum Adiutores, 32.*
 - 32 *In re Militari, aut Politica.*
 - 33 *Comites, qui sequebantur Principes Lateribus illorum adstantes, vel in Aula, vel Exercitu.*
 - 34 *Comitis munus Dignitatis expertus, usque ad Imperium Constantini.*
 - 35 *Constantinus Comitum Dignitates creauit.*
 - 36 *Comites constituti loco Præsidium, & Prætorum ad regimen Prouinciarum.*
 - 37 *Comitum Dignitates diuersæ, primi ordinis, 38. Secundi, 39. Tertij.*
 - 40 *Comitum variae appellationes secundum munera, administrationes.*
 - 41 *Marchiones constituti ad custodiam limitum Maritimorum.*
 - 42 *Marcha, Germanica, Limen Latine.*
 - 43 *Comites electi ad custodiam limitum Imperij, Marchicomites, postea Marchiones appellati.*
 - 44 *Marchiones à voce Celtica Marcha, Præfecturam Equitum significante, dictos ex Alciato.*

- 45 *Dignitates Regales temporales, & amobiles erant, 46. & 53. In perpetuum concessa ab etate Othonis, & Hagonis Capeti.*
- 47 *Provinciarum regimen commissum Ducibus, ac Comitibus.*
- 48 *Duces, ac Comites, idem quod Praetores, ac Praefecti Praetorij.*
- 49 *Duces suffecti Praetorum loco per Orientem, & Aegyptum.*
- 50 *Marchiones loco Praesidum creati.*
- 51 *Comites à Constantini Imperio erecti loco Praetoris.*
- 52 *Pratura temporaria Dignitas.*
38 Ideoque sicuti Regna indiuisibilia sunt, quo bono communi consulitur, teste Iustin lib. 21. Firmius futurum esse Regnum; si penes unum remansisset, quam si portionibus inter filios diuideretur, arbitrabantur. Et Cyr. apud Xenophont. Hugo Groz. de iur. (39) re Bell. lib. 2. cap. 7. num. 13. Ita etiam Dignitates Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus ab illa Regia Dignitate dependentes, Bald. cap. 1. de feud. Marchion. Marcar. conf. 8. lib. 1. num. 3. Mier. de Maiorat. par. 1. quest. 26. num. 90. Parlador. 3. par. dif. 18. §. 1. num. 6. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 14. Molin. de iust. & iur. disput. 581. num. 2. Castell. dict. cap. 159. nu. 4. Rosent. de feud. cap. 2. quest. 1. num. 4. Camil. de Larat. de feud. par. 7. dilucidat. (40) dat. 8. num. 1. Secundum quam naturam regulantur, yt ex Menoch.

Iofred. Molin. Andr. Keninch. de Saxon. non prouoc. iur. cap. 3. num. 34. In simili consuluit Menoch. conf. 158. num. 46. & 47. Dec. conf. 389. num. 7. Alex. Raudens. variar. resolut. cap. 44. num. 46. & 47. Sesse decis. Aragon. 362. ex num. 4. & 5. & sequentib. Cassanat. conf. 57. num. 64. & 66. Anton. Gom. l. 40. Taur. num. 12. Castell. cap. 159. num. 4. Matienç. l. 11. Glos. 7. num. 3. tit. 7. lib. 5. ex Couarr. lib. 3. variar. cap. 5. num. 5. vers. 4. Menchac. de success. creat. §. 26. num. 94. Molin. de iust. & iur. disp. 581. num. 6. Giurb. decis. 50. num. 4. & 6. Merlin. de legitim. dict. lib. 2. quest. 2. tit. 1. num. 3. & sequentib.

41 Nec etiam obstat illa Roderici ratio, quod hæc indiuisibilitas Dignitatum procedit tantum, iure Francorû attento, vt Afflict. & Scribentes in dict. cap. 1. §. Præterea, de prohibet. feud. alienat. & passim Doctores per Nos supra adducti, Intriglio. de feud. cap. 5. num. 481. & 486. Petr. Georg. de feud. cap. 5. nu. 481. & 486. Camil. de Curt. diuers. iur. feud. par. 2. num. 84. fol. 109. Ioan. Franc. Ponte conf. 3. num. 32. Georg. alleg. 8. nu. 27. & 28. Camil. Larat. de feud. par. 7. dilucidat. 52. Paul. Staibon. conf. 82. nu. 32. Anton. Dadin. de Ducibus, & Comitib. Gall. lib. 3. cap. 16. Namin omni casu, & tēpore, præcipue apud Nos, indiuidua sunt ex natura ipsarum Dignitatum, Molin. dict. lib. 1. cap. 11. num. 16. Mastrill. dict. cap. 12. num. 23. Cassanat. conf. 57. nu. 69. Castell. dict. cap. 159. num. 4. Ob bonum publicum, Petr. Gregor. de vit. & milit. quest. 1. num. 17. ex Luc. de Pen. & Petr. Gregor. Giurb. decis. (44) 50. num. 6. Et ex eo, quod diuisio feudi lege tantum Longobarda Constituta fuit, vt notat Camil. de Larat. dict. dilucidat. 52. num. 11. Quæ (45) seruanda non est, præcipue cum illarum legū vigorē, quo ad diuisionem feudi transacto Imperio Longobardorû emarcuisse dicant Hostiens. Bald. & Marat. traditi à Paul. Christi-

stin.

fin. decis. Belgio. 212. num. 76. volum. 4. ab Aulaque recessisse, de quo videntur Hect. Capic. Latr. lib. 1. *cons. 3. per tot.* quia irrationabiles sunt perpensa.

46 Ad secundam quæstionem devenientes, præscrutandum est, an hæc Dignitates si indivisibilitatem contineant, eo ipso, quod sunt concessæ, vinculo perpetuo subiectæ censeantur; adeo, ut iure Maioratus debeant in familia conservari.

Hæc sanè quæstio satis inter Doctores discussa: ab omnibus in ea, illa affertur distinctio tradita à Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 11. ex num. 21. *vers. Vi autem;* quam secuti sunt Scriptores, & Iudices in iudicando, & consulendo.

47 Si enim Dignitas Ducatus, Marchionatus, Comitatus perpetua conceditur, nec personalis est; tunc fatentur omnes, indivisibilitatem continere, Tituloque Maioratus ad Primogenitum pertinere, ac medio eo ad cæteros descendentes transire cum ipsa qualitate Maioratus, ac Primogenituræ, ut latè Molin. *dict. cap. 11. nu. 24.* quem sequitur P. Molin. *disp. 581. num. 4.* Cancr. *variar. tom. 1. cap. 12. de feud. num. 47.* D. Ioan de el Castillo *tom. 6. cap. 159. num. 4.* & *sequentib.* Leon *decis. Valenc. 209. ex num. 16. par. 2.* Roman *cons. 100. num. 304. & 305.* Ciriac. *tom. 2. controuer. 312. num. 73. & 74.* Anton. Perez *ad Titul. God. de Dignitat. lib. 12. à num. 22. cum sequentib.* De quo Theodor. Reinling. *de R. g. min. Sacul. lib. 1. clas. 4. cap. 17. ex num. 30.*

48 Si vero confertur Dignitas cum proprietate Territorij, aut Oppida cum Iurisdictione, Tituloque Ducatus, aut Marchionatus, alicui pro se, & filijs, Roderic. Suar. *dict. limit. 11.* tenuit diuisibile esse, nec iure Maioratus vinculo subiectam.

49 Tamen contraria Doctrina defenditur à Molina *dict. cap. 11. nu. 25. vers. In secunda specie.* Pro qua

resolutione iudicatum refert contra Roderic. Suar. in Vallisoletano Conventu; cuius resolutionem omnes Regni Doctores amplectuntur, Anton. Gom. *l. 40. Tauri, num. 12.* Martienç. *l. 11. Glos. 7. num. 3. tit. 7. lib. 5.* Recopil. Gregor. Lop. *l. 1. tit. 12. par. 2. Glos. 1. Micr. de Maiorat. par. 1. quæst. 12. n. 10. & 11.* Minand. *cons. 1. n. 24. & 25.* Robl. de Salcedo *de representat. lib. 3. cap. 13. num. 2.* Castill. *dict. cap. 159. num. 6. & 7.* Leon *decis. Valenc. 209. lib. 2. num. 18.* Molin. *de iust. & iure, disp. 581. num. 6.* Parlad. *Sexquicent. differ. 18. §. 1. num. 4. & 5.* ex Ponte, & alijs Giurb. *de feud. §. 2. (50) Glos. 13. num. 46.* Adeo, ut si feuda, quæ alias diuisibiliter possideri valerent, in Baroniam, aut Comitatum concedantur, omnia unum corpus conflent, Tituloque Maioratus ad successores transferri, notant ex Socin. & Petr. Gregor. *alleg. 8. num. 8. & de feud. cap. 45. num. 22.* Giurb. vbi proximè, Cancr. *tom. 1. variar. cap. 12. de feud. nu. 47.* Roman. *cons. 100. num. 304. & 305.*

51 Ratio ex mente Menoch. *cons. 401. num. 19.* ea est, quia sicuti voluntas testatoris sufficiens est ad inducendam indivisibilitatem bonorum, bonaque vinculo subiicienda: æqua lance, & legalis providentia constituit, ut illæ Dignitates perpetuo Titulo Maioratus mancipentur, Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. cap. 12. num. 12. & 17.* & ex Socin. *Sen. cons. 69. n. 7. & sequentib.* Rubeo *cons. 113. col. 4.* Crauet. *cons. 135. num. 1.* Paris. *cons. 23. n. 137. lib. 1.* Idem tenet Menoch. *cons. 304. num. 9. & 10.* Montan. *in repet. de feud. cap. Imperialem, §. Præterea Ducatus, num. 17.*

52 Quod etiam consuetudine receptum apud omnes Mundi Regiones, testatur Rosent. *de feud. cap. 9. conclus. 55. num. 9. 10. & 11.* qui litt. H. in *addit.* adducit plures Doctores pro recepta resolutione, Molin. Rayner. Valcer. Issern. Zaf. Cassan. Tiraquel.

Dec. Celf. Hug. Neuizanc. Brun. Rub. Alex. Paris. & Gail.

53 In qua quidē quaestione concors est Doctorum resolutio ; sed alia inter eos exoritur dissensio , in eo quod resoluit pro limitatione dictæ Regulæ , Molin. *dict. lib. 1. cap. 11. num. 26.* Scilicet, si alicui bona, seu castra, Oppidave habenti Princeps in illis bonis Titulum Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus conferat pro se, & descendantibus, an libera maneant, an vero mutant antiquam qualitatem, seu naturam taliter, vt iure Maioratus ad Maiorem, seu Primogenitum spectent, Anton. Gom. *l. 40. Tauri, nu. 12.* Molin. *de iust. & iure, disp. 581. num. 7.* Sequentes Molinæ resolutionem, *dict. cap. 11. num. 26.* ex Issern & Roderic. Suar. tenent bona libera per (54) manere, neque mutare illorum naturam, ex quo illa qualitas conferatur, seu superaddatur bonis, quorum natura erat libera, nec vinculo, aut restitutioni obstructa, Andr. Georg. *allegat. 5. num. 34.* Montan. *de feud. dict. §. Præterea Ducatus, num. 17.*

55 Rationem assignat Franc. Curt. Senior *conf. 68. num. 9.* consulens, quod illæ Dignitates Marchionatus, Comitatus, Ducatus tantum ex *dict. cap. 1. §. Præterea Ducatus,* sunt indiuisibiles, Ludouic. Bell. *dict. conf. (56) 4. num. 47.* Ex qua indiuisibilitate illa qualitas, vt vinculo perpetuo subiecta censeatur ; bona verò annexa illis Dignitatibus diuisibilia permanent, Cassan. *consuetud. Burg. rubr. 3. §. 6. num. 21.* de quo videndus latè Scip. Rouit. *Pragmat. 1. de Titulor. abusu, ex num. 91. cum sequentib. & (57) num. 25.* Nec ex quo Dignitati vniuntur, mutare naturam. Sequuntur Calderin. *conf. 3.* Socin. *conf. 68. ex num. 31. vol. 1. & conf. 278. n. 1. vol. 2.* & Ruin. *conf. 19. n. 18. vol. 1. qui conf. 29. num. 17. vol. 5.* tenet, quod si Oppidum, Ciuitas, Castrumve Titulo

Ducatus, aut Marchionatus conferatur, hoc indiuisibile erit tantum. (58) Sed si multa Oppida sint, aut Castra, tunc diuisibiles remanent, cum *dict. §. Præterea Ducatus,* Constitutio, attenda omnium supradictorum Doctorum resolutione, vt Calderin. Socin. Ruin. & alij Scribentes in eo, Bald. Issern. Rosent. exorbitans sit, nec admittenda, ni tantum in ipso indiuiduo dispositionis, Menoch. *conf. 163. num. 12.* Roland. à Vall. *conf. 80. ex num. 14. volum. 1.* Cassanat. *consuetud. Burgund. rubric. 3. §. 6. num. 21.* Tiraquel. *de Primogen. quest. 4. ex num. 48.* Boer. *decis. 204. num. 29.* Rouit. *dict. num. 90. & 91.* præcipuè, si bona de per se extiterint, vt ex Bartholom. Cephal. *conf. 468. num. 92.* Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 26. num. 3.* Garcia *de expens. cap. 22. num. 5.* Giurb. *de feud. §. 11. num. 14.* De quolatè ex Iure, & Consuetudine Germanica, Theodor. Reinring. *de Regimin. Secular. lib. 1. clas. 4. cap. 17. ex num. 43.*

59 Attamen, quamvis agnoscam plurium resolutionem dicetium indiuisibilitatem illarum Dignitatum non extendi ad alia bona ; sed in ipsa tantum Dignitate permanere, cum *dict. §. Præterea Constitutio* sit irregularis à iure Communi, ac etiam à natura ipsa feudorum, quare vltra id, quod ipsa verba sonant porrigenda non est. Vt ipse Rosent. *dict. cap. 9. conclus. 55. num. 9.* & refert Calderin. Alberic. & alij adducti à Socin. Ruin. Rouit, & traditi supra.

60 Nihilominus Rosent. secutus fuit contrariam sententiam, *dict. concl. 56. num. 15.* inquiens, contra mentem Imperatoris Constituentis in *dict. §. Præterea,* indiuisibilitatem similibus dignatum esse, vt quid diuersum in eis, ac in bonis, super quibus Constituta est Dignitas, Constituat : Immo sensit ab illarum

natur
rifi
ab C
fed
tur,
tutio
exist
renu
étibu
bus
feud.
nes,
posu
num.
quia
compr
ne D
conce
sunt
lis, cu
stinat
licebit
subins
latis,
poteri
Deci
trigli
ualca
ad Co
Domit
ch. de
(61)
Com
torium
num. 2
qui n
Melius
& pra
lo poss
quint
flic.
Rosen
litt. F.
cap. 7.
homo,
de Reg
lib. 2. c
ta in
grin. c
3. num

naturæ absonum esse, vt redditus, iurisdictiones, seruitia, & si diuersa sint ab Oppido Dignitatis diuidantur, sed vna indiuisibilitate contineantur, cum si *dict.* §. *Præterea*, Constitutio non seruaretur, nulla Dignitas existeret, cum diuisæ omnes, ac extenuatæ essent, diuisis Oppidis, fructibus, ac iurisdictionibus, in quibus consistunt, Hubert. Gifan. *iure feud. disp.* 3. num. 49. In qua quæstiones, haud conténenda verba quæ exposuit Andr. Koch. *de subfeud. cap.* 2. num. 7. 8. & 13. præcipue num. 9. *Tum quia feuda Regalia, & bona, quæ sub ipsis comprehensa intuitu, siue contemplatione Dignitatis, eiusque tuenda gratia concedantur, eaque non tam propria sunt inuestiti, quam Dignitatis Regalis, cui principaliter mancipata, siue destinata sunt; quare, vel hac de causa non licebit inuestito illa bona particularia subinfeudare, quibus in alterum translatis, Dignitas commodè sustentari vix poterit.* De quo eloquenter Tyber. Decian. *resp.* 19. num. 118. *vol.* 3. Intrigliol. *de feud. quæst.* 8. num. 83. Caualcan. *decis.* 20. *par.* 2. *nam.* 26. Sola ad *Constit. Sabaud. rubr. de nominat. Domiu. Glos.* 2. num. 3. Andr. Kcninch. *de Saxon. non prouoc. iur. cap.* 3. (61) & num. 228. *cum sequentib.* Cum Comes non censeatur, qui Territorium nõ habet, Menoch. *conf.* 701. num. 20. Kcninch. *dict.* *cap.* 3. *nu.* 235. qui num. 242. hæc verba profert: *Meliusque cum illis ageretur, si agros, & prædia sine Ducali nota, & Titulo possiderent. Quam sententiam sequuntur Bald. cap.* 1. *num.* 2. & Afflæ. *num.* 4. *tit. Quis dicatur Dux,* Rosent. *de feud. tom.* 1. *cap.* 2. *concl.* 2. *litt.* F. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 18. & 19. Alciat. *l. Liber homo, num.* 9. *de verbor. obligat.* Sixtin. *de Regalib. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 108. & *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 18. Catelin. *Cotta in Memorabil. verbo Comes,* Peregryn. *conf.* 84. *num.* 5. *volum.* 1. & *conf.* 3. *num.* 44. *volum.* 2. Pont. *conf.* 7. *num.*

16. *volum.* 2. Larat. *de feud. tom.* 1. *par.* 5. *dilucid.* 19. Ioan. Iacob. Dracon. *de iure Patric. lib.* 3. *cap.* 2. *in Appendic. de Titulor. simplicit. & luxur. num.* 5.

62 Nam quavis conferatur Dignitates personales tantum, sine Territorio, aut iurisdictione, Bobad. *lib.* 2. *Politic. cap.* 16. *num.* 25. In Dignitate (63) detrimentum verti apparuit, cum sine agris aut Oppidis honorificè, vt decet, sustineri non possint, *l. Et si non sint, §. Pecuniam, de aur. & argent. legat.* De quo Ioan. Iacob. Dracon. *dict.* *Append. num.* 5. (64) & 6. Theodor. Reinsing. *dict.* *cap.* 17. *n.* 11. Ob quod Constantinus Augustus statuit vt his Dignitatibus Agri, aut Oppida consignarentur, quæ illis adiuncta splendide decorarentur, ad hæredesque transfirent, Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 11. *in margin.*

65 Quare Dignitatum causa, ac conseruationis, si bona Titulo, aut Dignitati non connexa, in concessione non coniungantur, naturam inducere non debent indiuisibilitatis, Anton. Perez *ad Titul. C. de Dignitatib. lib.* 12. *num.* 27. Nec successione, si succedendi forma iam ante Constituta est, vt latè exemplificat in Ducatu Bauariæ, Marchionatu Lansgrauij Hæxiæ, Theodor. Reinsing. *dict.* *cap.* 17. *ex num.* 30. (66) Nam si bona vinculo subiecta sunt, Constitutæque vocationes ex quo illis bonis Dignitas conferatur, non mutatur successio, sed separatur à bonis Dignitas, si vnaquæque de per se diuersas vocationes, aut ius independens habet, vt iudicatum vidimus in Ducatu de Lerma, Marchionatu de Orellana, & Dominatu de Galisteo, nec sequi debent naturam, quam nouiter reasumant, nisi aliud ex investitura, aut concessione pateat; & si id iudicatum in Ducatu de Villa-Her-

mosa, refert Leon. *decif. Valenc.* 209. num. 20.

67 Ideo, sicuti natura ipsa, ac Constitutione, *dict. cap. 1. §. Præterea, de prohibition. feud. alienat.* indivisibiles sunt Dignitates, ex legalique dispositione, ipso iure, quod concessæ sunt Vinculo, ac Maioratus subiectæ iudicantur, Parlador. *Sexquicent. differ.* 18. §. 1. num. 5. Burgos de Paz *conf.* 9. Iacob. Cancer. *tom. 1. cap. 12. de feud. num.* 47. & adducti supra. Pariter omnia bona, & si contrariam naturam non includant, regulanda sunt secundum naturam Dignitatum, vt ex Bald. in *dict. §. Præterea Ducatus*, Guido Papa *quæst.* 265. Natta *conf.* 636. num. 88. Tyber. Decian. *respons.* 123. num. 69. volum. 3. Theodor. Reinsing. *de Regimin. Sacular. dict. lib. 1. clas. 4. cap. 17. num.* 95. Si in Titulum tales Dignitates sunt concessæ, vt in simui consuluit, Alciat. *conf.* num. 30. lib. 3. & reiecto Molin. tenet Caneusius in *Extrauag. Volentes*, verbo *Sed opere prætium*, num. 8. Theodor. Reinsing. *dict. cap. 17. num.* 95.

68 Hanc resolutionem contra Molin. defendit Parlador. *dict. differ. 18. §. 1. num.* 4. & 5. Cum vnionis virtus talis sit, vt licet diuersas qualitates contineant res vnitæ, & cui adiunguntur, illæ amittunt natiuam, reasumuntque naturam rei principalis, Bobadill. *lib. 2. Politic. cap. 16. num.* 6. per tot. & contra Molin. Mastrill. *de Magistratib. lib. 4. cap. 12. ex num.* 24. & sequentib. Montan. *de feud. in dict. §. Præterea Ducatus*, num. 17. Anton. Perez ad *tit. C. de Dignitatib. lib. 12. num.* 27.

69 Quod ex verbis investituræ, seu concessionis pensandum est, insinuat Dom. Ioan. de el Castillo, *act. cap. 159. num.* 7. & 8. Molin. *de iustit. & iure, dict. disput.* 581. num. 10. Vt enim Oppida, & alia emolumenta connexa eis sunt tanquam bona vin-

culata Maioratus, vel non. Primo enim euentu integra pertinebunt ad Primogenitum. Latè Scip. Rouit. *dict. Pragmat. de Titulorum abusu*, num. 97. & 100.

70 Explosa fuit hæc distinctio à Parlador. & secutus Montan. *de feud. §. Præterea Ducatus*, num. 17. tenens contra Andr. Georg. & alios absolutè eo, quod aliqua bona Titulo Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus conferuntur, & si diuersa sint, diuersasque habeant qualitates à Dignitate ex ipsa legali, ac iuridica dispositione indiuiduam naturam recipere natam, virtute, *dict. §. Præterea*, adeò vt Titulo Maioratus sint conferenda, siue id investitura exprimat, siue non.

71 Credo tamen præcipuum, quod in similibus concessionibus perpendendum est, ipsam Dignitatem esse; & ideò cum cætera bona, siue iurisdictionem de per se habeant, siue non, concessa causa additamenti sint, naturam sequi debent principalis, *l. Inter Socerum, §. fin. de pact. dotalib. l. Etiam, Cod. de iure dot. Barthol. l. Si conuenerit 2. §. Si nulla, de pignorat. act.* eleganter Angel. Aretin. *conf.* 274. num. 1. & sequentib. Et secundum hanc distinctionem concessionis tenuit Barbosa. *l. Cum Prator; §. fin. ex num.* 198. præcipuè num. 219. de *Iudicib.* (72) Bona enim vnita Titulo, aut Dignitati, si in concessione vniuscuiusque rei ius non separatur, seu conceditur inseparabiliter, sequi debere naturam Dignitatis: quod intelligendum est, dum vnio est facta æque principaliter, vel non; nam à concessione, seu vnione, vnitas dignoscenda est. Vt ex Angelo, Felin. Curt. Ferret. & Crauet. deducit Rouit. *dict. Pragmat. 1. num.* 90. & ex Gregor. Lopez num. 91. sequuntur vt cõmunem hanc conclusionem Tyberio Decian. *conf.* 123. num. 70. lib. 3. Marth. *de succession.*

legat.
(73)
Hono
nitati
ria
tur,
non v
Mier
Glas.
fecus
& vt
Ceph
Schon
sequen
latè T
ex num

74
secund
deuen
moger
cedet
Mos on
rimus,
dict. cap
Aretin
tit. 15.
num. 7.
quæst. 4
Paz co
par. 3.
tiens. d
pil. Val
conf. 15
cap. 24
Ioan. d
cum seq
adduci
cap. 36.
num. 16
cti à la
in dict. l.
11. lib. 1
feud. par
fiict. dict.
num. 6.
ibidem
cif. 361.
num. 46
conf. 50
num. 9

100

legit. *quest. 23. art. 3. nam. 52.* Si enim (73) Oppida, fructus, redditus pro Honore, aut conseruatione Dignitatis conferuntur, cum accessoria omnia illi Dignitatis censeantur, illius sequi naturam, in dubium non venit. Sic ex Cephal. Marth. Mier. & alijs Giurb. *de feud. §. 1. Glos. 11. ex num. 10. vsque ad fin.* quod secus dicendum, si æque principaliter, & vt separata res concedatur. Vt ex Cephal. Mantic. Menoch. Roland. Schomborn. Giurb. *ex num. 14. cum sequentib. Scip. Rouit. conf. 97. nu. 11. latè Theodor. Reinsing. dict. cap. 17. ex num. 16. cum sequentib.*

74 Quibus sic prænotatis, ad secundam huius quæstionis partem deueniendo, num tantum filius Primogenitus in his Dignitatibus succedet? testatur Herodot. Polym. *Mos omnium populorum est, vt natu Maximus, Imperium habeat, asserit Molin. dict. cap. 11. num. 9. ex Angel. conf. 281. Aretin. conf. 262. Gregor. Lop. l. 2. tit. 15. par. 2. Anton. Gom. l. 40. Taur. num. 7. & 51. Tiraquel. de Primogen. quest. 4. num. 31. sequuntur Burg. de Paz conf. 9. num. 3. Pinel. in dict. l. 1. par. 3. num. 17. C. de bon. matern. Martieng. dict. l. 11. Glos. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. Valenc. conf. 69. nam. 21. Menoch. conf. 158. ex Molin. de ritu nupt. lib. 3. cap. 24. num. 167. & alijs multis D. Ioan. del Castillo cap. 159. ex num. 1. cum sequentib. qui, vt solet, Doctores adducit, Pacian. de probationib. lib. 2. cap. 36. nu. 93. Leon decis. Valenc. 209. num. 16. lib. 2. Menchac. & alij adducti à Iacob. Valdes, ad Roder. Suar. in dict. leg. Quoniam in prioribus, limit. 11. lib. 1. fol. 87. Camil. de Larat. de feud. par. 7. dilucidat. 52. per tot. Afflict. dict. cap. 1. §. Præterea Ducatus, num. 6. & 7. de prohib. feud. alienat. & ibidem Hotthoman. Sesse tom. 4. decis. 361. nu. 4 & 5. Menoch. conf. 158. num. 46. & 47. & conf. 401. num. 19. & conf. 504. num. 9. & 10. Paris. conf. 10. num. 9. lib. 1. Andr. Gail. lib. 2. obser-*

uat. 153. ex num. 1. Frec. de subfeud. lib. 2. different. inter feuda Regl. & c. ex num. 1. Rubeo conf. 132. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 12. num. 13. & sequentib. Andr. Georg. alleg. 5. num. 51. Iofred. conf. 1. num. 39. Robles de represent. lib. 3. cap. 13. ex num. 1. & 2. & sequentib. Parlador. Sequicent. diff. 18. §. 1. ex num. 4. Brun. à Sole in locis communib. verbo Feudum, num. 8. latè Cephal. conf. 617. per tot. Milan. decis. 3. num. 25. & 26. Surd. conf. 502. num. 6. & conf. 403. num. 1. Tapia decis. Suprem. Senat. Ital. 2. num. 151. & 152. Marant. conf. 130. num. 1. Capic. Latr. decis. 37. num. 1. Guillielm. Benedict. cap. Raynuntius, verbo Feudum, de testament. num. 175. Ludonic. Bell. conf. 4. nu. 32. Mantic. de Tacit. lib. 23. tit. 27. num. 15. Rip. de indiuid. quest. 2. num. 49. Afflict. decis. 112 & 248. Petr. Gregor. de vit. & Milit. quest. 3. num. 2. Et Addit. Mastrill. litt. B. Lannar. conf. 59. num. 1. Anton. Amat. variar. resolut. 1. nam. 17. C. auer. variar. cap. 12. ex num. 40. par. 1. Fontanel. de pact. nuptial. par. 2. claus. 5. Glos. 10. par. 1. num. 52. Ioan. Andr. Georg. repetit. feudal. cap. 39. ex num. 2. Ioan. Bullenger. variar. lect. iur. feud. lib. 1. cap. 51. num. 9. & 10. Georg. Obrech. de iure feud. lib. 1. cap. 5. num. 41. Hug. Groz. de iure Bell. lib. 2. cap. 5. num. 21. & cap. 7. num. 13. Andr. Keninch. de Saxon. iur. non prouoc. cap. 3. ex num. 16. cum sequentib. Ioan. Schomborn. de feud. lib. 1. disp. 6. thes. 53. & 54. Camerac. in l. Imperialem, §. Præterea Ducatus, fol. 365. Bodin. de Republ. lib. 5. cap. 2. & lib. 6. cap. 5. fol. 1140. Capic. Latr. lib. 2. select. consult. 3. Petr. Gudel. de iure feud. par. 3. cap. 4. Henric. Soecius de iure feud. cap. 11. per tot.

75 Nec posse Principem iuri succedendi in his Dignitatibus derogare in præiudicium filij Primogeniti, concessa Dignitate antiqua Secundogenito, Afflict. rubr. de feud. Marchion. num. 7. & decis. 112. Peregrin.

grin. *conf.* 22. *num.* 1. *vol.* 2. Giurb. *de feud.* §. 2. *Glos.* 3. *num.* 32. & *antea prae-* (76) *lud.* 6. *num.* 23. Eoque locum sibi vindicare, vt notat; quod cum feuda Regalia habens tempore Regis Roberti, ea diuidere inter filios fatageret Theologorum, & Doctorum sententia, & Consilio firmatum extitit ea posse diuidere, dummodo Primogenito integram legitimam traderet, & ultra eam tantum, quantum cuilibet ex alijs filijs.

77 Hæc diuisio contra Regalem prouidentiam constituta fuit; ex qua notauit Menoch. *conf.* 401. *num.* 19. & *conf.* 504. *num.* 1. Camil. de Larat. *de feud. par.* 7 *dilucidat.* 52. *num.* 8. Dignitates Regales ex ipsa earummet natura filio Primogenito competere, Vazq. *de succes. creat. limit.* 31. §. 26 *num.* 93. & *sequentib.* Giurb. *dict.* *Glos.* 3 *num.* 33. & *antea prælud.* 6. *num.* 16. Bodin. *lib.* 6. *de Republ. cap.* 5. *fol.* 1143. Anton. Amat. *variar. resolut.* 11 (78) *num.* 17. Quia ætatis prærogatiua semper, absolutèque in similibus successiõibus perpendenda est, Capic. *Latr. tom.* 1. *consult. conf.* 3. *nu.* 38. *præcipue num.* 46.

79 Præsertim, cum iam apud omnes ferè Nationes iure Francorum in his Dignitatibus succedatur, Intrigliol. *de feud. quest.* 39. *num.* 3. Andr. Keninch. *dict.* *cap.* 3. *num.* 32. quo casu inconcussè hæc opinio defenditur, vt omnes adducti Doctores, præcipuè Tapia *dict. decis.* 2. *ex num.* 151. *cum sequentib.* Andr. Gail. *dict. Obseruat.* 153. Bald. *dict. lib.* 2. *cof.* 123. *num.* 4. Ruding. *dict. cap.* 51. Marefcot. & cæteri supra adducti, Valenz. *conf.* 69. *num.* 151. & 162. Schönborn. *dict. thes.* 54. Parlador. in terminis. A quo nec dissentit Roderic. (80) *Suar. dict. limit.* 11. Immo tueretur, si in Dignitate iure Francorum succeditur, ad Primogenitum pertinere debere ex vi, & natura ipsius, Marant. *dict. conf.* 130. *num.* 1. Giurb. *dict. Glos.* 3. *num.* 43. & *antea prælud.* 6.

num. 22. & 23. Georg. *de feud. cap.* 49. *num.* 5. & 6. Corset. *conf.* 111. *num.* 23. Burfat. *conf.* 148. *num.* 38. Bologn. *conf.* 9. *num.* 31. Larat. *conf.* 3. *n.* 5. & 6. Franch. *decis.* 4 *num.* 3. Pont. *conf.* 3. *num.* 43. *vol.* 1. Bodin. *de Republ. lib.* 6. *cap.* 5. *fol.* 1151. & 1152. Mastrill. *decis.* 105. *num.* 1. Anton. Amat. *variar. resolut.* 1. *num.* 31. Milanens. *decis.* 8. *a num.* 69. Ioan. Mar. Nouar. *sup. Pragmat.* 2. *de feud. col.* 2. *num.* 7. Gabriel de Bell. *tract. de feud. in Prolegom.* §. 1. *nu.* 5. & *par.* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 4. Montan. *de Regal. prætud.* *num.* 50. Camerar. *cap.* 1. *de succes. feud. num.* 9.

81 Sed ex aduerso notat Roderic. *Suar. dict. limit.* 11. *per tot.* & id, quod latè disputat Paris. *conf.* 10. *nu.* 11. & 14. Scilicet Primogenitos tantummodo ad successiõnem admittendos esse, quando per investituram sunt vocati; alias inter omnes filios diuidenda sunt bona, & feuda, Afflict. *in dict.* §. *Præterea, latè num.* 7. Andr. Keninch. *de Saxon. non prouoc. iur. cap.* 3. *ex num.* 67. & *sequentib.*

82 Nam, vt Scribètium est placitum *in dict.* §. *Præterea Ducatus.* Imperator tantum de indiuisibilitate feudi Regalis, non de successiõne commentus fuit, ex quo Guilielm. Benedict. *cap. Raynuntius, verbo In eod. testam.* 1. *num.* 76. inquit: *Non est bona consequentia, quod feudum est indiuisibile: ergo ad vnum pertinet; cum absurdum non sit, quod feudum Regale indiuisum penes plures sit in solidum, Menoch. conf.* 163. *num.* 20. & 21. Præ- (83) cipuè cum ante Federici Constitutionem feuda etiam regalia diuisibilia fuissent, inter filiosque diuidirentur, vt in *cap. omnes, si de feud. fuerit controuers.* *cap.* 1. *d. Gradib.* & *cap.* 1. *de suc. feud.* Imperator vero *in dict.* §. *Præterea,* tantum de indiuisibilitate disposuerit nihil circa successiõnem innuens, vnde iuris communis dispositioni concedere assensus non gra- (84) uabimur. Ex quo omnes filij ad successiõnem admittuntur. Ita

Mon-

Montan. de feud. dict. §. Præterea Ducatus, num. 88. cum sequentib. Rosent. de feud. cap. 9. conclus. 55. ex num. 9. qui plures Doctores adducit in addit. litt. G. insinuat Hubert. Gifan. tract. iure feud. disp. 2. num. 151.

85 Nihilominus tamen inhærendo vestigijs Doctorum supra adductorum, fatendum est, quod si ex ipsa natura feudi, ac eo ipso, quod à Frederico rescriptum extat in dict. §. Præterea, vt Dignitates indiuisibiles sint, illarum successio ad Primogenitum pertinebit, Menoch. dict. conf. 401. num. 19. Brun. à Sole, dict. verbo Feudum, num. 8. Cum feudum regulariter ex iuris prohibitione, vel com- (86) mercio diuidi non possit. Dum enim res non est in commercio, voluntas disponentis, seu ius testatoris nihil præstat; sed ipsa natura rei, aut legalis dispositio inspicitur, & præualet. Ideo cum à iure, ac Imperatoris prohibitione, feuda Regalia interfecari non valeant, sequitur illorum commercium à iure prohibitum esse. Ideo quomodocumque sit, secundum ipsum ius regulanda est illorum successio, admissio tantum Primogenito, Oldrald. conf. 237. per tot. quod rationi consonum defendit Andr. Gail. dict. lib. 2. Obseruat. 153. num. 2. 3. & sequentib. Montan. de feud. dict. §. Præterea Ducatus. Latè agit de hac quaestione, num. 88. 89. & sequentib. Andr. Keninch. de Saxon. non prouoc. iur. cap. 3. num. 32. 73 & 175. Iacob. Gall. conf. 105. num. 20. & 22. Petr. Gudelin. de iure feudor. par. 3. cap. 4. per tot. præcipuè num. 4 & 5.

87 Eo maximè, cum iam consuetudo apud omnes invaluerit, vt iam diximus, quod Primogenitus tantum in Dignitatibus Regalibus succedat, quod notant Bald. Gail. Montan. Menoch. Tapia, Robert. Marant. Capic. Latr. dict. decis. 37. num. 1. Gifan. dict. disp. 2. num. 152. Keninch. dict. cap. 3. per totum, Cumia de feud. in prælud. ad cap. Si aliquem, num. 266. ex

Petr. Gregor. de concession. feud. par. 4. quaest. 14. Rosent. dict. concl. 55. & (88) addit. latè. Secundum quod, tantum vita, & Militia Secundogenito debetur, Islern. cap. 1. num. 2. §. Præterea Ducatus, de prohibet. feud. alienat. Thom. Marin. de iure Francor. tit. 13. num. 1. & 2. Iofred. conf. 1. num. 11. & 12. Frec. lib. 3. de feud. different. inter feud. regal. num. 3. Intrigliol. de feud. Centur. 1. quaest. 7. Afflict. decis. 119. Ludouic. Bell. conf. 1. n. 220. & 258. (89) Et hoc esse viuere iure Francorum. Ex Intrigliol. Marin. Dec. Afflict. Tiraquel. notat Ludouic. Bell. dict. conf. 2. ex n. 27. Andr. Capac. de vit. & Milit. & Petr. Georg. eod. tract. Ioan. Marc. Nouar. de iure Neapol. Pragmat. de feud. 1. col. 2. nu. 7. Capic. Latr. dict. tom. 1. Selector. Consilior. iur. conf. 3. num. 46. qui plures Doctores refert Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quaest. 2. per tot. Vide Doctores supra D. Francisc. Merlin. controuers. Forens. Centur. 2. cap. 10. num. 8. & 9. Perez in rubr. num. 25. C. de Dignitatib. lib. 12.

90 Sed cum Frec. de subfeud. lib. 2. cap. 10. de different. inter feud. Regal. num. 1. contra Guillielm. & cæteros notandum est, quod licet feuda, attenta dispositione dict. cap. 1. de gradib. cap. 1. de succes. feud. diuisibilia fuerint; attamen feuda Regalia, vt Ducatus, Marchionatus, Comitatus nunquam diuisibilia extitere, iure communi perpenso, sed consuetudine Longobarda, vt diximus num. 44. (92) Quod cum immutari cæperit, feudaque in perpetuum concedi, illa qualitas indiuisibilitatis interuersa non fuit; erat etiam ante, & post Cōstitutionem Frederici in dict. §. Præterea. Cum illa natura primæua perpetuò his Dignitatibus imbibatur, vt resoluit Frec. quod Reipublicæ consultum, cum in eis neruis consistant Imperia, ex Andr. Keninch. Theodor. Reinsing. de regimin. Sacular. lib. 1. claus. 4. cap. 16. num. 28. Ob id.

(94) idque inhibitū à Carolo III. nè Electorales Dignitates aliquo modo paterentur sectionem, sed iure Primogenituræ conferrentur Primogenito, notat ex Gail. & alijs Runding. *dict. lib. 1. variar. lect. iur. feud. cap. 5. num. 11. & 12.* Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 5. fol. 1152.* Philipp. Kinischil. *de fideicommiss. familiar. cap. 6. num. 295.*

95 Ex quo, cum natura ipsa indivisibiles sint hæc Dignitates, ac feuda, & ad unicum pertinere debeat successio, ad Primogenitum devolui opus est, ex ipsa naturali Gentium, ac positiua dispositione, Iustin. *lib. 11. Artabazanes maximus natu etatis Privilegio Regnum, sibi vindicabat: quod, & ordo nascendi, & natura ipsa Gentibus dedit,* Georg. Schomborn. *latè lib. 2. Politio, cap. 11.* Iacob. Lampad. *Republ. Roman. Germ. cap. 4. num. 11.* Bald. *cons. 275. num. 3. lib. 2.* Ioan. Plat. *Alberic. & Tiraquel. adducti à Molin. dict. lib. 1. cap. 11. num. 74.* Frec. *dict. cap. de differ. feud. Regal. num. 3.* Iofred. *cons. 1. num. 39.* Mastrill. *dict. lib. 4. cap. 12. num. 14. & sequentib.* Sesse. *dict. decis. 362. nu. 5.* Brun. à Sole. *dict. verbo Feudum, num. 8.* Rubeo. *cons. 133. num. 11.* Crauet. *cons. 125. nu. 1.* Borcolt. *de feud. cap. 7. num. 42.* Angel. *cons. 281.* Aretin. *cons. 162. n. 4.* Alex. *cons. 4. num. 3. lib. 4.* Couarr. *variar. lib. 3. cap. 5. nu. 3.* Menoch. *cons. 439. nu. 1.* Larat. *de feud. par. 7. dilucid. 51. num. 3.* Montan. Tapia, Cumia, & cæteri supra adducti, Ioan. Andr. Georg. *repetit. feud. cap. 39. num. 4. & 5.* ex Aretin. Suar. Couarr. Canet. Menoch. *cons. 1005. nu. 24.* Hugo Groz. *de iun. Bell. lib. 2. cap. 3. num. 21. & cap. 7. num. 3.* Giurb. *de feud. §. 2. Glos. 3. ex num. 32.* Capic. Lattr. *lib. 1. consultat. cons. 3. num. 49.*

96 Hæc ratio fulcitur ex ipsa Constitutione Dignitatum: nam, & si verum sit, quod indivisibilitas illarum alijs ex causis induci potuit, ut ad intelligentiam *dict. §. Præterea Du-*

catus, notavit Menoch. dict. cons. 439. num. 15. & 16. & Doctores adducti num.

97 Tamen in hoc casu asserendum, quod Constituta fuit ob bonum publicum, ut supra diximus *num.* ex Gail. Camil. Larat. Roland. Et ut (98) vni tantum deferantur: quo casu pro Primogenito asserendum, favore Primogenituræ, Camil. Larat. *de feud. dict. dilucid. 52. num. 7.* ex Frec. *supr. Adeò ut Mastrill. ex Andr. & Tiraquel. dict. lib. 4. cap. 12. num. 15.* foueat, hæc feuda haberi, uti legitimam filij Primogeniti, Vrsin. *de feud. par. 2. quest. 4. art. 4. num. 13.* Menoch. *cons. 1082. nu. 6. & 17.* Giurb. *de feud. §. 1. Glos. 11. num. 3. & 4. & §. 2. Glos. 3. ex num. 32. cum sequentib.* Franch. *decis. 287.* Ioan. Mar. Nouar. *aa Pragmat. Neapol. de feud. col. 1. num. 14.* Andr. Capan. *de iure feud. quest. 26. n. 13.* Petr. Gudelin. *de iure feud. par. 3. cap. 4.*

99 Nec hic de Privilegio Primogenituræ, nec de præeminentia natiuitatis, nec de prælatione, antelatione, dilectione, honore, amore debito Primogenitis tam iure primæuo naturæ hominibus, ac brutis communi; quam iure naturæ tantum hominibus concessio, à ratione insito Gentibus. De hoc quidem latè Ioan. Licirier. *de Primogenit.* Simanc. *cod. tract. Tiraquel. de Primogenit. in præfat. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 1. num. 4. & cap. 2. num. 3. & cap. 3. nu. 7.* Matienç. *l. 3. tit. 7. Glos. 1. lib. 5. Recop. Mier. de Maiorat. in init. par. 1. num. 7.* latè pluribus adduc. Valenç. *cons. 69. num. 17. & cons. 199. num. 91.* Aluarad. *de cõiectur. ment. defurç. lib. 2. cap. 3. num. 16.* Flor. *de Men lib. 1. variar. quest. 17. num. 22.* Surd. *de aliment. tit. 4. quest. 18. num. 21.* Roland. à Vall. *cons. 2. num. 70. vol. 1. & cons. 10. nu. 1. lib. 3. Iass. cons. 236. lib. 2. & cons. 107. lib. 4. Seraphin. decis. 268. num. 2.* Stephan. Gratian. *discept. cap. 834. nu. 12.* Fontanel. *decis. 32. num. 24.* Aguirr.

Apolo
33. &
lin. de
Tall
seruat
cap. Si
Primo
rat. de
ch. con
61. Si
Mont
num. 1
tres e
gatiua
go Gr
21. M
tut. Po
2. cap.
Reg qu
omni
ac Mu
trouer
conf. 1
conf. 3
chil. a
num. 2
100
nit vlt
tas Du
tiua in
par. 4.
cessio
lis excel
tat fac
101
clusio
lariter
Vt not
redib. s
Contz.
feud. cap
par 5. n
5. num.
num. 2.
fric. de
accipere
stant Re
& Doct
(102)
minæ,
Jun 9

Apolog. de succes. Rega. Portugal. nu. 32. 33. & sequentib. par. 1. Petr. Gudelin. de iure feud. par. 3. cap. 4. per tot. Tass Pragmat. de antefact. vers. 1. Obseruat. 1. num. 57. Ioseph. Cumia in cap. Si aliquem, de succes. feud. verbo Et Primogenitura, ex num. 5. Camil. Larrat. de feud. par. 9. dilucidat. 4. Menoch. conf. 232. num. 33. & conf. 204. num. 61. Sic in successione Marchionatus Montisferrati, Menchac. conf. 163. num. 1. quia licet pares inter se fratres existant, eos distinguit prerogatiua natiuitatis, ex Aristotel. Hugo Groz. de iure Bell. lib. 2. cap. 5. num. 21. Marc. Frederic. Vvendelin. institut. Politic. Georg. Schomborner. lib. 2. cap. 3. Franc. de Balboa Monarch. Reg. quest. 2. par. 10. per tot. & munit omni iure Diuino, Naturali, Ciuili, ac Municipali, D. Ioseph. Vela controuers. diff. t. 4. num. 55. Iacob. Gall. conf. 105. num. 20. & 22. Capic. Latr. conf. 3. lib. 1. num. 48. Philipp. Kinischil. de fideicom. familiar. cap. 6. a num. 224.

100 Ex quo perquirendum venit vltimò, an si regulariter Dignitas Ducalis, Marchionalis, ac Comitua in feudum, secundum l. 6. tit. 26. par. 4. concedatur; fæminæ ad successionem illius admittantur, vel illis exclusis, masculis tantum competat successio?

101 Sanè in materia feudali conclusio est, successionem patere regulariter, tam maribus, quam fæminis. Vt notant cap. 1. de eo, qui sibi, & heredib. suis, cap. 1. de feud. fæmin. Anton. Contz. de feud. cap. 6. Duaren. comm. de feud. cap. 6. num. 15. Zas. Epitom. feud. par. 5. num. 65. Borcholt. de feud. cap. 5. num. 44. Vvesembach. cod. cap. 5. num. 2. Menoch. conf. 65. Henric. Vlfric. de feud. cap. 3. quest. an fæmin. feud. accipere possint? Camil. Borrel. de præstant. Reg. Catholic. lib. 1. cap. 2. num. 64. & Doctores adducti infra, Ludouic. (102) Bell. conf. 1. num. 19. Nec fæminæ, semper feudorum expertes

sunt, immo illorum esse capaces, probant §. Filia verò, de succes. feud. Iul. Clar. §. Feudum, quest. 73. Tyber. Decian. respons. 58. lib. 4. nu. 50. Menoch. conf. 65. latè Ludouic. Bell. conf. 2. ex num. 138. cum sequentib. & conf. 16. ex num. 17. Giurb. de feud. præiud. 6. num. 19. Molin. de iustit. & iur. disp. 474. Petr. Gregor. de dot. de parag. quest. 1. num. 4. & 5. Cancer. variar. par. 1. cap. 12. num. 50. Camerar. in repetit. feud. cap. 1. an Agn. num. 45.

103 Limitatur hæc conclusio in feudis requirentibus seruitium personale, vt in cap. 1. de feud. Marchion. secundum distinctionem Hotthom. disp. feud. cap. 13. Moz. de feud. cap. 3. num. 34. Bellapertic. cap. 4. Henric. diet. quest. an fæmina succed. possint? Quod deducunt ex cap. 1. §. 2. de succes. feud. Cassanat. conf. 47. num. 22. latè Cumia de feud. in præiud. num. 73. & verbo Subfeudatarium, num. 15. Rosent. de feud. cap. 7. conclus. 31. Paul. Staibon. conf. 39. num. 6. Iacob. Gall. conf. 38. num. 40. & 67. Henric. Kinschot. respons. 3. num. 49. & resp. 76. nu. 2. & 3.

104 Alia enim adducitur per Doctores distinctio, scilicet aut feudum francum est, aut non? Primo casu admittuntur fæminæ ad successionem; non verò secundo, Gabr. com. concl. lib. 5. de verbor. signific. concl. 6. num. 59. Harman Pistor. quest. feud. 34. num. 32. Seraphin. decis. 1105. n. 1. Camerar. repet. cap. 1. de natural. succes. feud. lect. 17. num. 33. & 34. Quia (105) in feudo franco cessat seruitium personale, per quod à feudo id requirente excluduntur fæminæ, Ruding. de feud. lib. 1. cap. 33. num. 3. 4. 5. & 6. Fachin. lib. 7. controuers. cap. 45. Hubert. Gifan. disp. iur. feud. 4. nu. 50. 51. & 52. Georg. Obrech. de feud. lib. 2. cap. 14. Andr. Kinischil. de Saxon. non prouoc. iur. cap. 3. ex num. 118. Iul. Clar. §. Feudum, quest. 73. num. 7. Paris. conf. 12. num. 27. lib. 1. Dec. conf. 32. li. 4. Bertazol. conf. Ciuil. 82. n. 11.

Stephan. Gracian. *discptat. cap. 88. nu. 26.* Vide quæ latè ex quam plurimis Scriptoribus resoluit Rosent. *de feud. cap. 2. cõcl. 31. 39. 40. & 41. & sequentib.* Schomborn. *de feud. lib. 1. disp. 1. thes. 26. & disp. 7. ex thes. 1. & sequentib.* vbi Doctores refert Montan. *de feud. §. Prater ea Ducatus, ex num. 137. cum sequentib.* Vrsin. *de feud. par. 1. quæst. 3. num. 3. & 13. & alijs in locis Cumia de feud.* Andr. Georg. *repetit. feud. cap. 9. num. 14. & cap. 51. per tot.* Kacher. *decis. 26. & cons. 38. num. 42.* Petra *de Potest. Princip. cap. 23. nu. 15.* Menoch. *cons. 1155. num. 47.* Matieç, *l. tit. 10. Glos. 2. num. 22. lib. 5.* Aluar. Valaf. *de iure Emphyt. par. 1. quæst. 41.* Camil. Borrel. *de præstant. Regis Catholic. lib. 1. cap. 2. ex num. 63. vsque ad fin.* Vincent. Camerar. *variar. lib. 1. cap. 19. 20. & 21.* Camil. Larat. *de feud. par. 9. dilucid. 32. & par. 12. dilucid. 104. num. 11. & 13.* Gabr. de Bell. *tract. de feud. par. 1. cap. 1. §. 2. num. 7.* qui omnes innumeros Auctores referunt Petr. Gregor. *lib. 6. Syntagmat. cap. 12. & Petr. Gregor. Sycul. de success. feud. par. 4. quæst. 1. num. 8. & quæst. 2. num. 2. & par. 6. quæst. 14. num. 11.* Mastrill. *decis. 56.* Valenc. *cons. 98. nu. 114.* Conan. *lib. 1. Comment. cap. 8. n. 7.* D. Ioseph Vela *controuer. Hispal. dissert. 4. num. 92.* Intrigliol. *decis. 48. nu. 8. 9. & 10. latè Paulus de Montepic. cons. 100.* Ludonic. Bell. *cons. 1. 2. & 3. ex num. 24. & cons. 4. ex num. 30.* Giurb. *de feud. prælud. 6. num. 19.* Bodin. *de Republ. lib. 4. cap. 2. & lib. 6. cap. 5.* Molin. *de iust. & iur. disp. 474.* Ioan. Mar. Nouar. *com. iur. Neapol. Pragm. de feud. col. 2. num. 8.* Bessold. *cons. 4. nu. 11. & sequentib. par. 1.* Michael ab Aguirre *Apolog. de succes. Regn. Portugal. par. 2. ex num. 13.* Ansald. *cons. 13. num. 198.*

106 Sed ad rem nostram, cum successio Maioratum, dum dispositio contrarium non incutit, regulari debeat secundum Regni successiõnem, vt latè, & eleganter Molin. *de*

Primogen. lib. 1. cap. 2. per tot. præcipue num. 21. & 22. Paul. de Montepic. *cons. 96. num. 20.* ex Burg. de Paz *cons. 29. num. 1.* Raudens. *de Analog. lib. 1. cap. 15. à num. 29.* Castill. *tom. 2. controuerf. cap. 4. num. 159. & tom. 5. cap. 19. num. 146.* D. Ioan Baptist. de Larea. *decis. Granatens. 34. num. 19.* Hugo Groz. *de iure Bell. lib. 2. cap. 7. num. 22.* (107) In eoque successio deferatur masculis æque ac fæminis, ex *l. 2. tit. 15. par. 2. l. 2. tit. 18. par. 3.* Couarr. *lib. 3. variar. cap. 5.* Molin. adductus supra, Auiles in *Proem. cap. Prætor,* verbo *Regna plura,* ex quam plurimis Michael de Aguirre *dict. Apolog. par. 2. nu. 62.* Don Ioseph Vela *controuerf. (108) Hispal. dissertat. 4. nu. 92.* Quod de Regno Missiæ, narrat Diodor. & Trogus de Medorum Imperio: de Regno Scotiæ, Angliæ, Archiducatu Austriæ, Martin Maguer. *aduocat. armat. cap. 7. num. 220.*

109 Fouendum erit regulariter ad successiõnem harum Dignitatum Ducatus, Marchionatus, Comitatusve admittendas esse fæminas, deficientibus masculis eiusdem lineæ, & gradus ex Andr. Issern. Baldo, Hoffiense, Ioan. Andr. Archidiac. Angel. Dec. Purpurat. Grammat. Afflict. Grato, Gozadin. Tiraquel. Iacobin. à Sanct. Georg. Ioan. Liciner. Martin Laudens. Paris. & Socin. notat Molin. *de Primogen. lib. 3. cap. 4. nu. 5.* quem sequuntur Molin. *de iust. & iur. disp. 625. num. 3.* Peregrin. *de fidei-commis. art. 26. num. 12.* Castill. latè *tom. 2. cap. 143. §. vnic. num. 13.* Fufar. *de substitution. quæst. 385. num. 7.* Molineus *de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 16. & 17.* communem hanc esse opinionem dicit Addicion. ad Molin. *dict. lib. 3. cap. 4. num. 5.* Capic. *de Baron. in Proem. num. 32.* ex Frec. Francisc. Curt. & Marth. *de succes. legal. par. 1. quæst. 11. art. 1. num. 13. & 14.* Cassanat. *cons. 6. per tot. Montan. Pech. dict. cons. 96. ex num. 19.* agit latè de exclusionem, admissiõneque fæminarum, Paul.

Paul. Montepic. *cons.* 100. *per tot.* Ludouic. Bell. *cons.* 40. *per tot.* *præcipue* *ex num.* 32. & *cons.* 16. *num.* 17. Iacob. Orloshaus. *resp. an fœmina in successione Regni* *cap.* 16. Marth. *de iurisdic.* *par.* 1. *cap.* 16. Renat. Chopin. *Doman. Franc.* *cap.* 1. *num.* 5. Petr. Gregor. *de Republ.* *lib.* 7. *cap.* 12. Hering. *de fideiussorib.* *cap.* 7. *num.* 5. 17. Martin Maguer. *aduocat. armat.* *cap.* 7. *num.* 220. Marquez *en el Govern. Christian.* *lib.* 1. *cap.* 30. D. Ioseph Vela *controuers. Hispal.* *dissertat.* 4. *num.* 91. & 92. Cyriac. *tom.* 3. *controuers.* 401. *per tot.* Et concessione feudi, aut Maioratus simpliciter factam regulari debere secundum ius commune Regni, ac illius consuetudinem. Ex Capic. *Latr. tom.*

1. *cons.* 3. & 8. *num.* 35. *cum sequentib.* Hug. Groz. *de iure Bell.* *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. late Molin. *de legitim.* *lib.* 3. *tit.* 1. *per totas quæstiones,* Cancer. *variar.* *par.* 1. *cap.* 12. *num.* 49. & *sequentib.* Gabr. de Bell. *tract. de feud.* *par.* 2. *cap.* 1. §. 2. & 3. Montan. *de Regal. prælud.* *num.* 50. Camerar. *repet. feud.* *cap.* 9. *per tot.* *par.* 1. Hodier. *ad Surd. decis.* 95. *num.* 17. Petr. Gudelin. *de iure feud.* *par.* 1. *cap.* 1. *per tot.* *num.* 13. & *par.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. & *par.* 3. *cap.* 3.

Cæterum, cum de exclusione, aut admisione fœminarum ad Maioratum successione peculiaris sit *Constitut. l.* 13. *tit.* 7. *lib.* 5. In qua de hac materia fauente Deo late agemus, calami coarctemur habenas.

A NINGVNO, QVE NO SEA GRANDE.

SVMMARIVM.

- 1 **R**epublicæ in ordine ad decorè publica Romana instituta tenuerūt.
- 2 Dignitates ad splendorem Maiestatis inuenta à prima periodo mundi.
- 3 Dignitates publicæ non debent aequali decorè gaudere, sed Maiori, ac Minori.
- 4 Dignitates primum in Clases a Tyberio Digeste, 5. Post à Constantino in ordines.
- 6 Dignitas Supremum gradum tenens in Republica necessaria est, 7. Et ita executum à Carolo Magno notatur ex Bessold.
- 8 Dignitas prima in ordine publico qualis fuerit, incognitum.
- 9 Tituli Honorum crediti Dignitatibus primo in seculo Principum, Procerum, Optimatum, Magnatum.
- 10 Primates, qui primum tenebant locum in Republica.
- 11 Proceres appellati incolæ Constantinopolitani, primam vindicantes Dignitatem, ex More Romano.
- 12 Proceres, ac Optimates dicebantur primum tenentes gradum in Regno, ex More Europeo.

- 13 Pares sub Carolo Magno, qui Optimates, aut Primates inter alias Gêtes.
- 14 Grandes, seu Magnates inter Hispanos, qui primum vindicant locum in Republica.
- 15 Magni nomen, Dignitatem designat.
- 16 Grandes, & ac illorum Dignitate à quibus Doctoribus agatur.
- 17 Grandes, è Ricorum hominum præ semine.
- 18 Riei homines, qui primum locum in Regno vindicabant.
- 19 Hispanum regimen Summo Politico Arcano laudatum à prima Gothica atate.
- 20 Hispanum regimen diuersè notandum secundum temporum seriè, 21. Ab Euricio, vsque ad Pelagium, 22. A Pelagio, vsque ad Carolum V.
- 23 Gothicum regimen Militare, sine iure, ac legibus seruatis tamen Moribus Maiorum agebatur.
- 24 Maiestas Gothica Summam tenebat rerū electionè, tamen collatā Regibus.
- 25 Gothi successiuum ius non receperunt in Regia Maiestate.
- 26 Reges Gothi voto Gentium ad apicem Maiestatis euecti.

- 27 *Magnatum, seu Maiorum Dignitas inter Gothos inventa à Regno Eurici ad Constituendum ordinem publicum.*
- 28 *Proceres, seu Magnates in prima periodo Regni Gothorum fuerunt nati ex Regio semine, & 30.*
- 29 *Magnatum Suprema iura prima in atate Gothorum.*
- 31 *Reges voto procerum eligebantur inter Gothos.*
- 32 *Magnates inter Gothos dicti, tam qui rebus Bellicis, quam qui Aulicis præponebantur.*
- 33 *Magnates inter Gothos, non decorabantur Titulis Honorum Ducum, ac Comitum.*
- 34 *Gothi suos Primates Titulo Seniorum, ò Señores, aut Aulicorum decorabant, 40. & 54.*
- 35 *Gothi Gubernatores, ac Iudices Præfectos, aut Præsides appellabant.*
- 36 *Regales Dignitates Ducum, ac Comitum receptæ inter Gothos, ab Sceptro Recaredi Regis.*
- 37 *Dignitates Regales receptæ inter Gothos, post firmatum Regnum Hispanum.*
- 38 *Dignitates Regales inter Gothos non receptæ, nec laudatæ ante Recaredum, ex Concilio Toletano VIII. 44. & 45.*
- 39 *Dignitatum Regalium Origo, indigeste notata per Scriptores.*
- 41 *Proceres dicebantur inter Romanos, & Constantinopolitanos primum ordinem tenentes publicam.*
- 42 *Proceres Aulici, Dignitas sine administratione.*
- 43 *Dignitatum antiquarum munera, & officia cognoscere assidue habitum.*
- 46 *Comitum Dignitas prima inter Gothos, sed Aulica, 50. ex l. Partita.*
- 47 *Ducalis Dignitas Militaris inter Gothos, 48. Comprobatur ex l. Partita. 49. 51. & 52.*
- 53 *Ducalis, & Comitalis Dignitas in uno subiecto reseasse sub Gothico regimine ex Conciliorum serie.*
- 55 *Grandes inter Hispanos suffecti loco Ricorum hominum.*
- 56 *Magnatum iura, quoad Regiam electionem extincta à Regno Pelagij.*
- 57 *Ducum, ac Comitum Dignitas laudatæ temporibus Pelagij, & primorum Regum.*
- 58 *Grandes, Titulis Honorum Ducum, ac Comitum decorati.*
- 59 *Duces, ac Comites prima in periodo Regni Hispani laudati referuntur.*
- 60 *Magnatum Dignitas indigeste acta, ac digesta per Scriptores.*
- 61 *Primus ordo Nobilium inter Hispanos diuersis sub Titulis, aut Epithetis ornatus fuit.*
- 62 *Rica Ombria Regalis Dignitas inter Hispanos.*
- 63 *Rico Home, à Rica Ombria vocata.*
- 64 *Ricos Homes, primum gradum tenebant in scala publica.*
- 65 *Rico Home, ex Nobilitate, dicebatur.*
- 66 *Grandes, Altos, Granados, Ilustres, ò Condes, qui dicebantur erant Ricos Homes.*
- 67 *Ricos Homes diuersè laudandos secundum temporum seriem.*
- 68 *Ricos Homes, à Regno Pelagij, aliter laudati, vsque ad Ildephonsum I. aliter ab Ildephonsi Sceptro.*
- 69 *Ricos Homes, ex Nobilitate proprioque censu, dicti, prima periodo Pelagij, & Fruela.*
- 70 *Ricos Homes de Pendon, y Caldera, ex quo dicti.*
- 71 *Pendon, vexillum Militare signum Imperij.*
- 72 *Caldera signum annonæ erogatæ Militibus.*
- 73 *Ildephonsus I. egit de extendendo limite Christianorum.*
- 74 *Ildephonsus I. Rex, Nobilibus suis, commendauit populationem Regni.*
- 75 *Magnates prima in periodo Regni Hispani ex Regia Stirpe præuenientes,*
- 76 *Nobiles ex sanguine Gothico, 77. & qui virtute, & opibus pollebant.*
- 78 *Magnatum iura antiqua, & Honores.*
- 79 *Domni Titulo Honorabantur Magnates in signum Honoris.*

- 80 Rico-Hombre, Titulo de Honor.
- 81 Ricos-Homes, primam ordinē tenebant in Regno.
- 82 Rica Ombria, Patricialis Dignitas inter Hispanos, & 83. ex l. Partitæ 88. ex Salazar de Mendocça.
- 84 Rica-Ombria, prima Dignitas post Regiam, ex Carrillo.
- 85 Grandes a Carrillo, ex acceptione communi memorabantur.
- 86 Grandes, y Ricos-Homes, indistinctè honorati Epithetis de Altos, Nobles, & Ilustres.
- 87 Ricorum hominum iura Suprema, 100. & 105.
- 89 Rici homines erant absque Titulis honorum Comitaliū reiecto Salazar de Mendocça, & eis compete bāt iura proceritatis.
- 90 Magnatam Epithetum, seu de Grādes laudatum ad designandum primum ordinem Nobilitatis, proceres, Magnates, Grandes.
- 91 Ricos-Hombres, insigniam honoris, Titulo de Don honorabantur.
- 92 Ricos-Homes nomina fortiebantur ex populatione, ac incolata.
- 93 Rici homines, Titulo Comitum honorabantur ex munere, officio, ac Imperio eis commendato.
- 94 Domni dicti Nobiles viri, quibus commendatum Imperium Ciuitatum ex Garibai.
- 95 Proceres nati, & dati.
- 96 Proceres nati ex Nobilitate.
- 97 Proceres dati ex munere, & officio.
- 98 Proceres ex munere sub Ildephonso III.
- 99 Proceres nati, ex sanguine, dati ex munere sub Ildephonso VIII. referantur.
- 101 Magnates Nobilitatem conferebant, vulgò Armauan Caualleros.
- 102 Magnatum clases non erant sub Castellanorum Regum Sceptro.
- 103 Ordines publici in Regimine Regni Hispani fuerunt.
- 104 Magnatum ordo unicus inter Hispanos.
- 106 Magnates confirmantes Præuilegia referuntur ex Garibai, sub Rege Sanctio, 107. sub Ildephonso IX.
- 108 Duces, Comites non fuerant inter Hispanos ab Henrico I. vsque ad Ildephonsum XI.
- 109 Magnates honorabantur Lastrali nomine, & appellatione Gentilitia, absque Dignitatum Titulis.
- 110 Titulis Dignitatum honorabantur Nobiles.
- 111 Dignitates Regales personales tantum fuerant.
- 112 Rica-Ombria Regalis Dignitas, æ perpetua.
- 113 Suffragiorum iura sanguini concessa, in electione Regis more Gothico.
- 114 Ricos-Hombres, iura vindicabant, confirmationem, Præuilegia Ducalia.
- 115 Proceritas ex sanguine, & munere, aut officio concurrere potest in indiuiduo unico.
- 116 Proceritas ex munere personalis erat.
- 117 Magnatibus necessarius sanguinis splendor, ad consequendam proceritatem, 134.
- 118 Proceritas vindicata sanguine Regio, Gothico, vel Nobili.
- 119 Census ad Proceritatem necessarius, & qualis.
- 120 Census qualis ad Nobilitatem ordinariam.
20 Ad cognitionē ordinum, & honorum, nec tantum Ægyptij, Persæ, Medi, Græci, & Romani, laudantur publicum signū vocale Titulorum, inducta nomenclatura Principu, Procerum, Magnatum, Ducum, Prætoru, Præfectorum, Præsulum, Archiepi, Episcoporum, Comitum, Marchionu, de quibus (21) passim in Sacra, Prophana iurisque Historia; sed alia varia, diuersaque signa muta designatiua Maieftatis secundum Regnorum, ac Imperiorum Constitutiones, suscepta ab vnoquoque, quod vtilius creditur ad splendorē Maieftatis. Ægyptij enim à Pharaonis Regno in honoris Supremi signum tenuerunt annulum, stolam bisinam, torquem aureum, *Genes. cap. 42. vbi Pererius vers. 36.* (22) Cyrus Magnus, post susceptum aui morte Imperium Persarum, & Medorū, ex Ægyptiacis, ac proprijs moribus, in Honoris, & Dignitatis insigne, Supremitatisque Insulam, auro bibere, vti curru, & cydara, leuatoque ab eo, ac coalito, hoc summo Honoris publici iure *Sessiois*, vt ex Sacra pagina notatur, *Esdr. 3. cap. 3. Ioseph. Antiquit. lib. 11. cap. 4.*

23 Nec Romanis incognitum hoc Arcanum: Conditā enim vrbe ab Hetruseis, receperunt in honorabile Imperij, & Maieftatis signum Sellā, Togam, Liçtores, *Liu. lib. 1. Dion. lib. 2.* Ab Isracliticis, & Atheniensibus, ad regimen publicum Tribuum, Classium, seu Ordidum diuisiones. Primæ Classi, seu Ordini Patricio in venerabilem authoritatis demōstrationē, *Liu. dist. lib. 1. Dion. dist. lib. 2. Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 4. cap. 11. & lib. 5. cap. 18.* præscripsit ornamenta vestium, calceamentorum effingētium reuerentiam, ac cultum, *Iacob. Dracon. de Orig. Patric. lib. 1. cap. 10.* Quæ ceremoniæ, seu ritus à Roma antiqua, ad nouam Romam vnā cum Imperio, & personali Imperatorum assistentia translata sunt, à qua illas receperunt Vvisogothi, vt diximus

ex D. Lauren Ramirez de Prado in Chron. ad Luitprand. num. 8. ad sui Regni, Maiestatis, & Authoritatis regimen, & cultum.

24 Nec tantum hæc signa muta primo Patriciali ordini data à Romanis fuerunt in signum honoris, sed etiam alia tam in Regno, Republica, quam Imperio, scilicet iura Sacrorum, Cōnubiorum, Imaginum, Magistratum, Suffragiorum, Vestium, ac Sessioinum.

Ex illa Ægyptiaca, Romanaque Instituta, ducti Vvisogothi, Hispanis Proceribus, seu à los Maores, Señores, ò Grandes, de quibus supra in *Glof.* ex Dignitatis apice efformarūt iura, de quibus in *Glof.* illud vero præcipuum ius Sessioinis. De quo Nostra quæstio.

25 Sedere enim ad latus Regis, fuisse maximum honorum, diximus supra ex Regum formula, Arcanorque Persarum, & Medorum, quod, ut euincatur notanda sunt, quæ de Darij ætate narrat Historia Esdr. 3. cap. 3. Ioseph. *Antiquit. lib. 11. cap. 4.* Cum enim post magnam illam cenam factam à Dario, Satrapis, & Magnatibus, in cubiculo suo iaceret Rex, interque pueros custodes ageretur de dicendo Sermonem, taliter, ut qui in eo præcelleret, daret illi Rex honores sum nos, inter eos enumeratur *sedere cum Rege*, quorum voto annuit Rex concessio victori honore, ut *proximus Regi sederet.*

26 Hic Persarum mos, ad Macedones translatus notamus, quare Alexander in summum honorem cōmilitonibus post perfectam militiam concessit Sessioinis ius, Quint. *Cure. lib. 10.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 5. cap. 16.*

27 Hinc fit ut summus habitus hic honor, ac præexcellencia, inter Hetruscos, & Romanos, sufficiens fuisset fallere Mutium Scævola, teste Livio *lib. 2.* ad detruncandum Personæ Regis Scribam ducto in-

sedentem mucrone.

28 Ex hoc more Constituyente inter honores Publicos primatū iuri Sessioinis, natum fuit, ut in honorem filiorum Mater Zebædeorum concupiret sedes filijs, ad dexteram, & sinistram ex Sacra Historia, Matth. *cap. 20.* Et quavis inveniamus hunc summum honoris Arcanum ignotū Romanis, primis in Regni, ac Reipublicæ crepundijs, cum quamvis primo ordini Patriciorum Suprema iura concessa fuissent, non tamen Sessioinis, nec in publicis, nec solemnibus actibus, immò in omni re publica Senatores, Equites, Plebsque confuse (29) stabant, & spectabant. Turpe verò id habitum, indecorūque splendori Reipublicæ, illa inordinata cōmixtio, exterminata fuit Sexto Ælio Peto, & C. Cornelio Cetego Censoribus, commisso eis communi honore, Cēturiarum discrimine, & decore, Liu. *lib. 4.* à quibus, ut decens (30) erat, Patriciali ordini concessum fuit ius *Sessioinis*, distinctaque loca, & sedes ad ludos, ad spectacula, Liu. *dict. li. 4. §. 5.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 5. cap. 16.* vbi Tiraquel. *Rosin. Antiquit. lib. 5. cap. 5.*

31 Nec contrariatur hæc mens Liuji narrationi, *lib. 1.* Primum circo (loquitur de Tarquino Prisco) *qui nunc Maximus dicitur, designatus locus est, loca diuisa Patribus, Equitibusque, vbi spectacula sibi quisque facerent.* Cū distinctio illa non versata fuerit ad Constituendum discrimē inter ordines, sed ut Patres, Equites, Plebes, separatim spectacula, ludosque facerent, nec Plebs cum Patribus contenderet, nec exercerentur acernæ inimiciæ, quæ iā ante Tarquinum ortæ fuerant inter eos, Carol. Sygon. *de Antiquit. iur. Roman. lib. 2. cap. 3.*

32 A censura Sexti, & Cornelij, tam sub Republica, quam Imperio Sessioinis honor maximus habitus erat, proximumque Imperatori sedere,

re, c
(35)
mo
retu
Con
bus
ab I
mon
Lyp
ctus
in A
prop
pote
gul.
3
nius
tor,
foro
rare
nita
hono
Cod
num.
3
rato
blicu
Auli
blici
ni, à
inter
in ho
rem
præf
ties, v
Clarif
vbi G
Illust
blicis
vers.
Qu
ropæ
Rebu
Quin
nior.
for. pa
lit. cap
gibrat
map

re, coæuum Patriciali, ac Senatorio (33) Primo ordini, taliter vt cum mortuo Druso, in Curiam ingrederetur Tyberius, Senatoresque, ac Consules per speciem tristitiæ sedibus relictis, sederent in sella vulgari ab Imperatore loci, & honoris admonitos fuisse, notat Tacit. *lib. 4. vbi Lypsius videndus. Quo exemplo ductus Caligula, cum Tribunis Plebis in Aula angusta se excusabat, quod propter angustiam loci eos audire non poterat, nisi stantes, Sueton. in Caligula. cap. 12. vbi Beroald.*

34 Hinc cum Alexius Comnenius Constantinopolitanus Imperator, Michaellem Taronitem, sibi ex sorore coniunctum honoribus decorare cuperet Paniperfibasticam Dignitatem excogitauit, constituta ei in honorem Sessiois præexcellencia, Codin. *de offic. Constantinopol. cap. 2. num. 1.*

35 Quo Arcano attento, Imperatores, Reges, ac Principes, ad publicum regimen tam Ciuile, quam Aulicum in suis Regnis, Rebus publicis, ac Imperijs (præcipue Romani, à quibus inuenimus excogitatum) inter Maiestatica muta signa publica in honorem, authoritatem, & decorem Sessiois ius Senatorio ordini præscriperunt, tam in Senatu, *l. Quoties, vbi Scriptores, C. vbi Senator. & Clarif. l. Sciant, C. de offic. diuersor. iudic. vbi Glos. verbo Sedendi, Authent. vt ab Illustr. quam in ludis, actibusque publicis, Sydon. Apolin. in Carmin. 23. vers. 317.*

----- Consulumque sedes.

Quod translatum ad Gentes Europæas fuit, vt honorum maximum, Rebus. *in l. 1. C. de Præposit. Sacr. Cubic. & in l. in Sacris, C. de proxim. Sacror. scrip. Nicol. Boer. de ordin. vtriusque for. par. 1. num. 10. Tiraquel. de Nobilit. cap. 20. à num. 51. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 6. num. 26. cap. 13.*

num. 168. & lib. 5. cap. 7. nu. 25. Gamma decis. 1. a num. 10. Camil. Borrel. de præstan. Reg. Catholic. cap. 60. a num. 19. Bessold. dissert. de prærogat. session. cap. 2.

36 Hoc maximum ius, tanquam Maiestati proximum, quod Procerali, ac Maiorali, seu Ordini primo Magnatum concessum fuisset à Regibus Hispanis Magnatibus, seu à los Grandes, eructant antiqua monumenta Visigothorum, vt notamus sub Eurico, Sessiois honorem conferente sublimioribus viris ex sanguine, officiove Aulico, Concil. Tolentan. XIII. in princip. *Atque sublimiorum virorum Nobilitatem, qui ex Aula regalis officio, in hac Sancta Synodo nobiscum sesuri præelecti sunt.*

37 Quod nec suspensum fuit Regum Castellanorum ætate, immò virescens, creditumque sublimioribus, illisque, quorum sanguis, virtus suorum, & propria, vitæque impensa fuit in commodum, & vtilitatem Reipublicæ, ac Regni, sic sub regimine Ildephonsi inueniuntur Roderici Didaci, & Magnatum sedes ad conspectum Regis, quam scamnum esse refert Historia *de el Rey Don Alonso el Sabio, par. 3. cap. 3. fol. 350. B. Passeron en el mas honrado lugar la Silla Real, en que el Rey se assentasse. Et post: Tal rededor de el Palacio fizieron sus esfrados muy buenos, è muy honrados en que estuuesen, è los Condes, è los Ricos-Homes, q̄ eran venidos à las Cortes. Et fol. 352. B. Despues que la entrega fue fecha, è el plazo passado, seyendo el Rey en su Corte, è todos los otros, leuantòse el Cid de su escaño en que seye. Et fol. 353. agens de los Infantes de Carrion: E Diego Gonzalez, el mayor de ellos, se leuanto en pie, en paes leuantòse Hernan Gonzalez su hermano, è despues que ouo dicho esto, callòse, y assentòse. Et post: Quando esto oyò el Conde D. Garcia, leuantòse en pie.* (38) Ipsumque Regem Ildephonsum conferentem Roderico Viuario, vulgo El Cid, vt sedes illius contigua

esset sedi Regiæ, Roderic. Sanc. *Hispan. Hispan. par. 3. cap. 27.*

39 Hinc cum ingentia fuerint Hispanorum virorum merita in Patriæ redemptionem, liberationem, ac defensionem, exque Sessiois Excellentia Dignitas dignoscatur, D. Nazianc. *orat. 44. Lorin. Act. Apostolor. (40) cap. 2. vers. 2.* iuste, excogitatum fuit Nobilibus Illustribus, Patriciislibusque viris, ius Sessiois, Apocalypf. *cap. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, Mendoc. in Viridar. dict. lib. 4. Problem. 1.* Huiusmodi situs solis Magnatibus, Purpuratis, ac viris Principalibus conceditur.

41 Sic inter Gallos præscriptum invenimus Magnatibus, seu Proceribus, à translatione Imperij ad Carolum, tam Paribus in duodecemvirali illorum Senatu, quam in Regum inaugurationibus, Comitijs, actibusque publicis, Sessiois ius, Ioan. Lymn. *notic. Regn. Franc. lib. 2. cap. 23.* vt euincitur ex contentionibus Ludouici Borbonij Regulo Vindosinensi: Magistro Equitum Gallia, Archiepiscopo Laudunensi, & Rupis Soriana Principi Monsperensi, & Niuernensi, agentibus de Sessiois prærogatiua, alijsque relatis à Renato Chopino *Doman. Franc. lib. 3. tit. 7. num. 14. Roman. Republ. de el Mundo, lib. 1. cap. 13.*

42 Sed in hac Sessiois præcellentia Proceribus vindicata, prænotare debemus: quod sicuti inter Romanos à Cæsaris Imperio, in orchestra designata Senatoribus, Patricialique Ordini, sub Sellia sequebantur suggestum Imperatoris, Sueton. *in Cæsar. cap. 76.* Sic inter Nos Hispanos post Vela Regia Idiomate Patrio, *desde la Cortina Real*, sequitur sub Sellium, vulgò *el Banco de los Grandes*, Tapete coopertum dicto *Bancal*, vt notamus ex Regum Catholicorum placito, *Glos. 20. num. 11. & 52.* in quo eis Sedes Constituta est.

43 In eo verò (*en el Banco señalada*

do à los Grandes) nulla est inter Magnates, à *Grandes* loci prioritas, maioritas, amplitudo, aut prælatio, sed commixtim, ac indistinctè sedent, siue Proceritas ex Progenie regia nata sit, siue ornata antiquiori origine, leuataque ex maiori ampliorive censu, aut quia capita tenent *ios Grandes*, Tribuum, ac Familiarum, reiecto more seruato in ordine Sessiois apud Gallos, inter quos præcedentia trutinatur inter Proceres, vltra iura notata à Renato Chopin *Doman. Franc. lib. 3. tit. 7. à nu. 13.* Proximitatis gradus ad successionem Regni, Ioan. Lymn. *dict. lib. 2. notic. Regn. Franc. cap. 23. litt. BB.* Cum inter Nos Hispanos hoc ius non personis, nec Dignitatibus in specie competat, sed in genere affixum sit realiter ordini Magnatum, substantiæque Proceralis, ob id indiuisibile, Nicol. Brun. *de ordin. Grad. num. 59.*

44 Proceritas enim, Magnitudo, à *la Grandezza*, inter Nosrates, ad hoc vt iure nulla inter Proceres, seu *Grandes* in Sessione discretio inueniatur, ex illo scaturijt, quod habenda est, nomen iuris Maiestatici indiuiduum, inventum ad decorem Regiæ Maiestatis, adque designandum primum ordinem publicum Hierarchicum Regni, & priuatū Aulæ Regiæ, *l. 6. tit. 9. par. 2.* Quia siue Proceritatem, à *la Grandezza*, vt Dignitatem habeamus, siue ordinem primum Regni, ac Reipublicæ, sicuti Patricialis inter Romanos, Iacob. Draco. *de Origin. Patric. lib. 2. cap. 4. num. 18.* Vel si, vt aliqui volunt, eam dicamus membrum proximum capiti Regio, aut fulcrum Nobilissimum Regni, vt de Suprema electorali Dignitate Germanica, notauit Theod. Reinfin. *de Dignit. Sæcul. lib. 1. claus. 4. cap. 3. à num. 1.* Indiuiduam habendam fate-mur, ac indistinctam, absque diuisione, aut incisione ad prioritatem, aut præcedentiam, sicuti iure attento communi notantur, tam in hæreditate, quam

quan

dorū

(45)

ditat

signif

duaq

Stirp

ac iur

(46)

tura

corpu

diuer

nentu

(47)

nitud

quam

dinis

da, &

tur ho

Prior

fid-ret

vindic

48

seu illu

ter M

nation

retur p

dentia;

natum

ipfa Pr

Ne ver

fulcro

que tan

cantetu

cenfura

formem

quibus

(49) bus

Senator

orchestr

pra nota

prælatio

sonis, sed

Rosin. Ar

Martial. I

tati, ac or

tus hono

50 I

etiam inv

ius indiui

quam in Dignitatibus ex iure Feudorū. Nomen enim hæreditatis iuris (45) est, *l. hæreditas, de petition. hæreditat l. Pecunia, § hæreditas, de verbor. signif.* Ex quo hæreditas vna, indiuiduaque, & si diuersis in Capitibus, Stirpibus, aut Vncijs commoda, ac iura hæreditatis diuidantur. Dignitates etiam si Regalium naturam intueamur, inuenimus, quod corpus illarum non scinditur, & si diuersæ personæ sese de tota nominentur Dignitate, Rosent. *de feud. cap. (47) 9. conclus. 56. nu. 9.* Sic, & Magnitudo, *ò la Grandeza*, censenda, tanquam in se vnā substantiam ordinis retinens, indiuiduaque habenda, & si in diuersas personas inueniatur honor Proceritatis, ad hoc vt Prioritas, vel præcedentia nulla desideretur inter eos, inter quos honor vindicatur Magnitudinis.

48 Hoc Arcanum Maiestatis, seu illud indiuiduum ius, induxit inter Magnates Sessiois indiscriminationē, ac vt inter eos nullavindicaretur prioritas, prælatio, aut præcedentia; sed quod in vnaquaque Magnatum persona, Maiestatica fictione ipsa Proceritatis substantia sedeat. Ne verò hæc formula absque iuris fulcro laudata inueniatur, receptaque tantum Hispanorum inventu decantetur. Notandum est à Romana censura ortum tenuisse, iurique conformem esse communi, ac feudali, à quibus leuata per Nostrates. In sedibus enim præfixis Primo Ordini Senatorio, Patribus, seu Patricijs in orchestra ad spectandos ludos (vt supra notamus) nulla fuit Sessiois prælatio, aut prioritas constituta personis, sed confusè sedebant Patres, Rosin. *Antiquit. lib. 5. cap. 4.* Rader. in *Martial. lib. 5. Epigram. 8.* quia Dignitati, ac ordini indiuiduus erat creditus honor ille, non personis.

50 Iure enim communi attento etiam inuenimus, quod, & si aliquod ius indiuiduum sit in se, potest tamen

illius administratio, aut iurisdictionis exercitium diuidi, & ex eo nec diuidi, nec scindi dicitur, vt latè deducitur ex sensu Bartholi in *l. inter Tutores, de administr. tutor. & cons. 289* latè Tiraquel. *de Primogen. quest. 4. num. 50.* Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 11. a num. 10.*

51 Quod idem notamus, inspecto feudali iure: Inuenimus enim inter aliquas Gentes, inter quas feudales vigent mores, Germanas præcipuè, quod, & si Regalis Dignitas, Ducalis, Comitatus, aut Marchionalis, quò ad substantiam indiuidua est, diuiditur tamen quò ad honores externos, vt de Lansgraviatu Hæliæ, notat Theod. Reinling. *de regimin. Secular. lib. 1. claus. 4. cap. 17. nu. 22.* Ducatu Alsaciæ *num. 23.* alijsque corporibus Imperij, Rosent. *de feud. dict. conclus. 56 à num. 9.* In quibus omnis possessoris Progenies Dignitatem vindicat, quò ad nomen, & honores, & si in se indiuidua permaneat substantia ipsius Dignitatis.

52 Ne vero in morem Nostrum obstrepant aliqui, ex eo quod inter Gentes Sessiois præcedentia summa habita est ad discretionē, ac Dignitatum cognitionem; quare laudare debemus ordinem in Sessione ad altiore præminētiam, maioremque Dignitatis, aut Nobilitatis qualitatem, sicuti laudatum inuenimus inter Gallos, vt diximus *num. 53*. Et (54) inuenitur receptum inter Electores Primam Classē constituentes in ordine Publico Germanico. In Camera enim Imperiali vnaquæque Dignitas tenet locum, nec confusè sedet, sed in suis præscriptis Sedibus: (55) Primum enim locum tenet in Sæculari Elector Palatinus: Secundum Saxonix Dux: Tertium Marchio Brandenburgensis. Inter Ecclesiasticos Primatum vindicat Archiepiscopus Maguntinus; post Treuerensis: Vltimum Coloniensis, vt ex Aurea Bulla, & serie prænotatur

operum Reinſing. Hoeping. Pomeſan. Beſſold. Arum. Harniſ. & alijs Germanicorum Doctorem.

56 Cum, & ſi hæc locorum diſtinctio, ac Prælatio, ſeu præcedentia inveniatur inter Gallos, ex ſuis priuatis moribus, ac Regum placitis, vt euincitur ex Renati Chopini loco. (57) Inter Germanos verò non nata fuit, nec leuata ex Procerali origine, nec ex quo primum ordinem publicum Romani Regni Conſtituunt Dignitates Regales in ſe; ſed quatenus exercent munera, ac officia priuata Imperij, Aulæque Imperialis, & quia ſecundum præexcellentiã officiorum loca vindicant: Eſt enim Palatinus Comes Archidapifer Imperatoris, Saxonix Dux Archimarifcalus, Brãdeburgenſis Archicamerarius: Inter Eccleſiaſticos Electores primus numeratur Moguntinus, tanquam Archicancellarius Imperij per Germaniam. Treuerenſis per Galliam, & Regnum Arelatenſe, Coloniensis per Italiam, vt latè notant Reinſing. de regim. ſacul. lib. 1. clauſ. 4. cap. 7. Theodor. Hoeping. plura cõgerens, de iur. inſign. cap. 6. à num. 25. & à num. 604.

58 Quod a moribus noſtris Hiſpanis alienum non eſt, nec à formulis, ac Inſtitutis Aulicis: In Aula enim aut Camera Regia noſtra Hiſpana inuenitur, quod, & ſi Magnatibus inter ſe, in ſede ac loco eis præfixo, præcedentia non detur; adhuc in Sacello Sacro, cæterisque actibus publicis Maiordomus Regis, dictus *Mayordomo mayor*, l. 17. tit. 9. par. 2. vbi Greg. Lop. ratione muneris ac officij, ſedè locumque tenet primum poſt Regem, ſedetque in ſcabello ſerico, ſupr. Gloſ. 20. num. 51. cum id decens, & neceſſarium Dignitati, Aulæque Regiæ credatur, nec infringens primos honores debitos, ac natos Proceritati, vt de Aula Conſtantinopolitana notat Codinus. Quod diuerſè habendum (59) à re noſtra, cum Proceritas, & illius honor non priuatus Aulæ Re-

giæ ſit, ſed publicus tendens in Supremæ Maiestatis publicæ decorem, & ornatum, ſub quibus regulis Maiestaticis trutinanda eſt.

60 Ex his prolatis iuribus, natum fuiſſe credimus inſtitutum, ſeu mos, vt inter *Grandes* in Seſſionis præexcellentiã, nec prioritas verſetur, nec prælatio, ſed ad conſpectum Regis indiscriminatim ſedeant, ſintque in eo iure pares, ac quod parilitas extendatur ad id, quod in cæteris actibus publicis, in quibus ordo publicus regularis Conſiliorum, aut Parliamentorum non ſeruatur (in Conſilij enim ſeruadus eſt ordo receptus, etiam ſi in eo allecetur decoratus Infulis Maioris Dignitatis, vt videre licet ex relata ſupra in Gloſ. nu. 115. & prænotat Montemaior de Cuenc. *Investigacion de el Origen de los Ricos-Homes*, cap. 2. à num. 160.) Sed priuatorum congreſſuum naturam recipiunt, quæ idiomate Patrio, *Iuntas* vocantur. Inter Magnates parilitas ſeruatur, nullaque eſt inter eos locorum diſcretio, ſed in loco, ac ſuffragio menſurandum ſit tempus ingreſſus ad illum actum, taliter, vt, & ſi vnus prior vna fuerit die, ſequenti poſterior cõuenerit, prima primum, ſecunda ſecundum locum obtinebit ab alio Primatè, cum ſubſtãtia Magnitudinis, ſemper præeminere credatur, non perſonarum diuerſitas.

SVM MARIVM.

- 1 **V**elandi capita ad conſpectum Regis, Honor Magnatibus competēs.
- 2 Cubririſe los Grandes en preſencia de los Reyes, que Origen tuuo.
- 3 Capite nuuo egerunt Gentes prima itate.
- 4 Pileus libertatis inſigne, 5. & priuata, 6. & Publica.
- 7 Pilei in poſitio formula manumiffionis, in dæ ad pileum ire tranſire ad libertatem.
- 8 *Rema Pileata mortuo Caſare diſta* quia

quia
9 Pile
Rom
10 Pi
man
11 Ca
&
12 Ve
leo,
13 Pi
inte
14 Pe
tum
15 Ve
Gen
16 Ve
17 Pe
Ma
18 Ga
nati
18 Ve
19 Pi
ruca
Cap
tes
20 Ve
ri, 2
Rom
22 Ma
pita,
ordin
23 Pr
na in
24 Cu
es ho
dos.
25 Pile
ter G
gio I
26 Ve
priua
& ſi
28 Scy
29 Got
30 Pile
à Got
renta
31 Scy
Rege
32 Scyth

- quia libera facta.
- 9 Pileus, & si signum libertatis inter Romanos, non ingenuitatis.
- 10 Pileus non admissus per Gentes Romanas precipue.
- 11 Caput reuelare signum reuerentia, & obsequij.
- 12 Velare capita inter Romanos, non Pileo, sed toga ipsa fiebat.
- 13 Pileus ad velandum capita receptus inter Romanos, ex Lulio.
- 14 Petasus tegumentum capitis laudatum inter Romanos.
- 15 Velandi capita vsus receptus inter Gentes diuersas.
- 16 Velandi caput Mos iure Sacer.
- 17 Petasus honoris insigne Pontificie Maiestatis.
- 18 Galerus insigne Dignitatis Cardinalitia.
- 18 Velare capita honoris signum.
- 19 Pileus, Petasus, Galerus Caperuça, Sombrero, Gorra, Chapeo, Capelo, Birreta, voces sunt designantes velamina capitis.
- 20 Velare capita receptum in re militari, 21. iure Sacris ludis, in itinere, à Romanis.
- 22 Magnates vindicant ius velandi capita, quatenus illa Nobilitas Primum ordinem tenet in re militari.
- 23 Proceres in Aula Constantinopolitana in sedebant capite velato.
- 24 Cubrirse en presencia de el Rey, es honor introducido por los Godos.
- 25 Pilei vsus, ac Gestamen, concessum inter Gothos Nobilibus ex sanguine Regio Illustribusque viris tantum.
- 26 Velare capita in Nobilitatis signum priuatiuum Gothorum ex Luciano, 27. & si retharum vldetur Raynaudo.
- 28 Scythia à Gothis subacta.
- 29 Gothi ab incolatu Scythi dicti.
- 30 Pileum receptum in honoris signum à Gothis antequam Scythiam dominarentur, 42. & 43.
- 31 Scythicum bellum sub quo Gothorum Rege susceptum.
- 32 Scythia sub quo Rege Gothorum subacta.
- 33 Gothorum leges à quo Nomotheta lata.
- 34 Pilei honor concessus Nobilibus ex lege Gothica, 38. & 41.
- 35 Gothi Nobiles Pileati dicti in honorem.
- 36 Berovista Nomotheta Gothorum.
- 37 Euricus I. leges dedit Gothis.
- 39 Gothi, sine iure certo, ac legibus More Bellico res agebant.
- 40 Gothorum diuisio in Ostrogotos, & Visogotos sub Philimero Rege.
- 44 Gothorum leges a Zeuta non Inuerse, sed restitue.
- 45 Romani ex legibus Regijs, & moribus ius Constituerunt Romanum.
- 46 Gothi egerunt iure certo a Berovista Rege, vsque ad Imperium Valentis.
- 47 Valens Imperator Victus Gothorum virtute.
- 48 Gothi Maiorum Mores, quo ad electionem Regum, & ius Pilei tenuerunt omni etate.
- 49 Pilei honor laudatus inter Gothos, etiam post extinctum Regnum Gothorum.
- 50 Cubrirse delante de el Rey, vnde laudatum inter Hispanos, reiectum per alias Gentes Europæas, 53. & 65.
- 51 Gothi oblitterato nomine, & iure Imperij Romani, Regnum, & ius Gothicum plasmarunt.
- 52 Gothicum ius reiectum à Germania, & Gallis.
- 54 Capillitium honoris signum inter Gallos.
- 55 Galli Dominationem Gothicam sustinuerunt.
- 56 Marcomirus ab Scythia remeans Sedes suscepit suis Sycambri ad Rheni ripas.
- 56 Coglion Francorum Rex Transacto Rheno, Regnum Francorum in Treueri, & Alsacia incepit, 57. Firmatum, & auctum ab alijs Regibus, vsque ad Carolum Magnum, a quo ad culmen Imperij euectum.
- 58 Pilei honor à Gallis reiectus in odium Gothorum.
- 59 Coma à Gallis in signum honoris recepta, 61.

- 60 Gallia Comata dicta, & 63.
 62 Coma detonsio signum abdicati Regni, & Nobilitatis inter Gallos.
 64 Germani Comam in honorem receperunt ab Imperio Caroli Magni.
 66 Cladium distinctio inter Magnates invenitur in iure coopertionis.
 67 Grandes de Primera, Segunda, y Tercera Classe, 68. & ex qua formula dignoscatur discretio, 70.
 69 Cladium distinctio orta ab Imperio Caroli V. reiecto Carrillo.
 71 Cladium distinctio inter Magnates, firmata Arcano Tyberij, & Constantini.
 72 Comitum Primi, Secundi, & Tertij Ordinis, à Constantino Constituti.
 73 Grandes, non se pueden cubrir sin licencia de el Rey.

DE IVRE COOPERTIONIS MAGNATIBVS
 competenti, vulgò *Cubrirse delante de los Reyes.*

§. II.

VIndicat Magnitudo ius velandi caput ad conspectum Regis, Salaz. de Mendoc. *Orig. de las Dignidad. lib. 3. cap. 15. Carrill. Orig. de las Dignidad. de Grande, Discurs. 2. & 3. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 13. num. 169. Montemaior de Cuenc. Investigacion de el Origen de los Ricos-Homes, cap. 2. num. 61. ex more Patrio Hispanorum, non vt notavit Bobadilla, ex Germanico vsu, lib. 2. Politic. cap. 16. num. 35. A los Grandes, y Prelados à quien el Rey, de vsança de España, y de Alemania manda cubrir. Cum hoc ius velandi capita inter Germanicos nõ admissum, immò reiectum sit.*

2 Vnde hic decor honorificus, ac præexcellens honor natus Dignitati Magnatum, seu à los Maiores, ò Grandes, inter Gentes Hispanas, ac leuatus fuerit, dignoscere desideramus, cum, & si de illo actum sit ab Scriptoribus, non vero sic vt decens, ac necessarium, quovsque Ildephonsus Carrillo iactauit tractatum *De el Origen de la Dignidad de Grande de Castilla*; qui *Discurso 3.* quærens naturam, & Originem huius moris, seu Maiestaticæ formulæ cooperiendi capita ad conspectum Principis, eam extollit ex vsu Gentium varia-

rum recipientium, aut reijcientium (3) vsu velandi, aut reuelandi capita. In quo verè immorari non credimus, cum firma fronte fateantur Critici capite nudo cõmuniter egisse Gentes à prima mundi Periodo, vsque ad Romanos, à quibus an fuerit admissus communis Pileorum, seu Galerorum vsus, notant Lypsius in *Amphit. cap. 19. & 20. Salmuth. in not. ad Pancirol. tit. 44. de fibul. Fr. Geron. Roman. Republ. de el Mundo, lib. 9. cap. 12. Theophil. Rainad. tract. de Pileo, sect. 2. & 8.*

4 Nec oblitteratur hæc mens scribentium, de vsu pilei (à Carrillo post alios in huius præexcellentiæ ornamentum illustrato) inter Romanos (5) laudato in signu libertatis. Nec priuatè tantum, l. 1. §. *Sed qui Romani, C. de Latin. libert. tollend.* vbi latè Gothofred. Ex quo receptum ad Pileum vocare ad libertatem transire, ac quod inter manumissionis formulas inauguraretur impositio Pilei, post Rosinum *Antiquit. lib. 1. cap. 20. Corraf. leg. 2. §. Casso, num. 2. de Orig. iur. & in l. 4. §. Serui, de stat. homin. Osuald. lib. 2. cap. 15. litt. F. Cerda in Tertul. lib. de Patient. cap. 4. num. 64. Salmuth. dict. tit. 44. Rader. in Marc. lib. 11. Epigr. 6. Bodin. de Republ. lib. 1. cap.*

cap. 1.
 cap. 1.
 nan
 The
 (7)
 blicè
 extin
 cusis
 quib
 fact
 per m
 fet, q
 (8) f
 1. de E
 cap. 4.
 Syntax
 lib. 4.
 vt libe

9
 nobis
 inde re
 ximum
 Magni
 quia P
 recepta
 natura
 signaba
 uatum
 nitudin
 euincit
 4. Cuius
 de, aut P
 lib. ult.
 capite r
 Libertas
 insignita

10
 honoris
 cum Pil
 Petaso, G
 brero) in
 Lypsi. de
 put aper
 Romanis
 etiam Gr
 nis, Galli
 Turneb
 aud

cap. 5. Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 14. cap. 15. num. 18. & lib. 32. cap. 17.* Konan. *Commetar. lib. 2. cap. 6. num. 6.* Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. (7) 2. num. 20. & sequentib.* Sed publicè, cū inueniamus in Re Romana, extincto Iulio, Brutum monetam cussisse Pileo imposito pugionibus, quibus occisus Cæsar, eoque interfecto Plebem, & Populum, Pileum per mediam urbem in hasta prætulisset, quasi ex illa morte restituta fuisset ciuibus libertas, Apian *lib. 1. de Bell. Ciuil. Cerd. in Tertul. lib. 8. cap. 4. nu. 68.* Lil. Girald. *Histor. Deor. Syntagm. 1. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 4. cap. 3.* A quo Marcialis Romā, vt liberam Pileatam dixit.

----- *Pileata Roma.*

9 Cum, & si hæc summa teneat, nobis tamen non placent ad id, vt exinde receptum, ac natū dicamus maximum hunc coopertionis honorem Magnitudini præscriptum. Primo, quia Pilei vsus admissus in signum receptæ libertatis, non ingenuum natura, ac maximum honorem designabat, sed libertinum, non illo leuatum decore, quo illuminatur Magnitudinis Supremitas, vt ex mente euincitur Tertuliani *de Patient. cap. 4. Cuius iudicium in suos, non in compe- de, aut Pileo vertitur.* Et iudicio Liuij *lib. vlt.* loquentis de Prusia: *Pileatum capite raso obviam ire Legatis solitum, Libertumque Populi Romani ferre, & ideo insignia ordinis eius gerere.*

10 Secundo, Pilei gestamen in honoris signum haberi non potuit, cum Pileus (recipiamus Pileum pro *Petaso, Galero Hispano Idiomate Sombreno*) inadmissus fuerit inter Gentes, Lypf. *de Amphiteatr. dict. cap. 19. Caput apertum, & sine tegmine habere non Romanis solum, sed quod magis mirere, etiam Græcis veteribus, & fortè Germanis, Gallisque nobis commune,* Adrian. Turneb. *lib. 8. aduers. cap. 4.* Hinc no-

tant Critici, quod ex omnibus Decretis sibi Honoribus, non alium liberius vsurpasse Iulium Cæsarem, quam ius Laureæ Coronæ, ad celandam caluiciem, quod necesse non haberet, si Pileus admissus fuisset inter Romanas Gentes Patricias præcipuè.

11 Nec à sua mente submouentur Lypf. & Turneb. quibus adest Rainaud ex quo ad reuerentiam velare, aut reuelare capita inter Romanos receptum, ac laudatum fuerat, Lypf. *dict. cap. 19. & 20. Roman. dict. cap. 12. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 18.* (12) Cum reuelatio, aut velatio, nõ ex gestamine Pilei, Petasi, aliove indumento fieret, sed quia reuelabantur capita, submota toga vesteuè communi, qua velabantur, vt prænotant latè ipse Lypf. *dict. cap. 20. Theoph. Rainaud. tract. de Pileo, sect. 8.*

13 Sed, & si hæc sententia, sic firmetur à Lypfio, & Turnebo, non defunt nobis alij ex quibus credamus inter Gentes, Romanas præcipuè, *Pileum, Petasum, Galerum, tegminaque capitum recepta fuisse, audiamus Liuium (de Pileo) lib. 1. A Ianiculum forte ventum erat (loquitur de Tarquinio Prisco) ibi ei carpento sedenti cum uxore Aquila suspensis demissa leuiter alis Pileum aufert, superque Carpentum, cum magno clangore volitans, rursus velut ministerio diuinitus missa, capiti apte reponit, inde sublimis abiit, accepisse id augurium lata dicitur Tanaquil, perita, vt vulgò, Hetrusei, celestium prodigiorum mulier, excelsa, & alta spectare complexa virum lubet,* Dion. *lib. 3.*

14 Audiatur etiam de Petaso, Suetonius in August. *cap. 82. Domo quoque non nisi Petasatus sub Dino spaciabatur, vbi latè Philip. Beroald. (reiecta aliquorum mète variantium circa Petasi qualitatem) ex Cicerone, & Plauto firmans inter Romanos; Petasum fuisse communem speciem capitalis velaminis.*

De Galero Poætam Cæsari exercitum decantantem:

----- Pars spicula gestat

Bina manu, fulvosque Lupi de pelle Galeros.

15 Quibus attentis, prælibatisque omnibus in hac re ab Historiographis. & Criticis Scriptoribus, & si à Lypfio, & Turnebo dissentiamus, firmandum credimus, quod velamina capitum recepta, ac laudata fuerint, diuersè etiam secundum tēporum, Gentium, & terrarum naturam, omni ætate (omittimus, quæ de Thiara, Corona Regia, Diademate, Regalibusque insignijs notant Scribentes) varijs sub figuris, formulisque tum ad vsum communem, tum ad tutamen tantum capitum, tum ad temperandum frigoris, aut caloris intemperiem, tum ad defensionem in re Bellica, vt de Laconijs, & Pannonijs, notat Vegecius *de re milit. lib. 1. cap. 20.* vbi latè Steuvech. tum ad ornatum in re Sacra, vt de Iudæis (16) narrat Sacra Historia, *Leuitic. cap. 1. & 21.* à quibus translatum ad Christianos, *cap. Cleros, §. Sacerdotes, 21. dist.* (A quo inter Supremas Pontificiæ Maiestatis honoris Infulas receptum notamus, vt de Petaso Vvolp. Laz. Theod. Hoepin. *de iure insign. cap. 2. num. 403.* Galerus (18) in designationem Dignitatis, ac authoritatis Cardinalitiæ, Petasus etiam, ac Birreta purpurei coloris, laudatus fuit ex Pótificû Placito, Azor *instit. Moral. par. 2. lib. 4. cap. 3. §. Decimus*, ex Tyber. Decian. Marc. Anton. & alijs Theod. Hoeping. *dict. cap. 2. à num. 335*) tum ad decorem, (19) honorisque signum, vt ex Historia Cōstantinopolitana patet apud Gretser. *Comment. in Codin. lib. 9. cap. 17. num. 3.*

Hæc enim signa Publica, vt dictum maneat, designata notantur varijs sub vocibus, scilicèt Latinè, Pi-

leus, Petasus, Galerus, Caussa, Hispanicè Caperuca, Gorra, Sombrero, Chapeo, Roman. *Republ. de el Mundo, lib. 9. cap. 12.* Gallice Chapeau, Italicè Capelle, Birreta.

20 Cum ergo inueniamus à Prima Periodo Mundi, velamina capitum admissa in re Militari, præcipuè à Persis, Græcis, Laconicis, Thessalicis, Lacedæmonijs, Pannonicis, vt post Veget. Theophil. Rainaud. *tractat. de Pileo, sect. 8.* à Romanis non communiter, sed in (21) Re Sacra, Ludis, Peregrinatione, & Militia præcipuè; taliter vt velare capita, seu Pileis vti, seu vellatis agere, tantum in Militia Castrisque admitteretur, Lypf. *dict. cap. 19. & 20.* Turneb. *dict. cap. 1.* Rainaud. *dict. sect. 8.* Salmuth. *dict. tit. 44.*

22 Exinde dicere possemus Pileos, seu Galeros permisos Magnatibus, coopertionisque ius Proceritati vindicatum, quatenus Procerum Ordo summam Rei Militaris tenet, genitus ex Marte, & Bellona, ortusque, ac susceptus in vellis Militaribus *De el Pendon*, coalitus ac nutritus *Con la Caldera*, signo Hispano demonstratiuo Supremitatis, Nobilitatis, ac Magnitudinis, vt supra noramus in *Glos. num. 70. & 71.*

23 Quod, & ad Aulicâ rem extensum notamus, ex more Aulico Constantinopolitanæ Aulæ Imperatorum concessio Proceribus ad distinctionem iure Pilei, in Sacello, Lyturgia, Mensa, Comitatuque Imperiali, Codin. *de offic. Constantinopol. cap. 3. num. 9.* vbi Gretser. *lib. 3. cap. 17. num. 3.* Salmuth. *in Pancirol. tit. 44.* quatenus in persona Principis adest Maiestas, Supremaque Potestas, tam Bellica, quam Ciuilis, & Politica.

24 Adhuc cum Nos apprime amatores simus, venerabundique Patriorum rituum, Morumque à Maioribus

bus
quo
fer
M.
sum
pre
dini
mur
Got
noru
Scep
2
serie
tur,
thic.
Hispa
Don
quoc
Vvar
Scyt
thica
minis
iura S
rent N
tam e
tibus
Prog
ritati
capita
capitib
cupam
tes Pi
cap. 18
eos Ger
Reges
Ioan.
33. Pi
Nobili
Roder
Et Gen
cari, H
Sabio,
Griego,
cia las
que à lo
Pileato
Caualle
nal de C
zian lo
Interdi

bus receptorum, credimus ex antiquo iure Gothico, Castellanaque observatione, Magnatibus, seu à los *M.iores*, *Señores*, ò *Grandes*, concessum fuisse ius velandi capita in Suprema Nobilitatis, Primique Ordinis signum; quod firmare conabimur, reuolutis monumentis antiquæ Gothicæ Gentis, recultaque Hispanorum Regum Historia à Pelagij Sceptro.

25 Inter cætera enim, quæ ex serie Gothicarum rerum depromuntur, illud est, teste Iordano *de reb. Gothic. cap. 15.* Roderic. Toletan. *de reb. Hispan. lib. 1. cap. 8.* Histor. *de el Rey Don Alonso el Sabio, par. 2. cap. 1. & 2.* quod post subactos Vlmorugeros, Vvandalos, subque iugo redactam Scythiam vi, armis, ac potentia Gothicæ Gentis, inter alia ad sui regiminis polituram, illud recepisse, vt iura Sacerdocij, ac Regni competèrent Nobilibus, Illustribusque viris, tam ex Regio sanguine prouenientibus, quam ex antiqua Nobilique Progenie, quibus in signum Proceritatis concessum fuit Pileis velare capita, Iordan. *vt reor. quia opertis capitibus, quos Pileos alio nomine nuncupamus, à quo Nobiliores, seu Magnates Pileati dicti, Iordan. de reb. Gothic. cap. 18. Vocatos Pileatos hos, qui inter eos Generosi extabant, ex quibus eis, & Reges, & Sacerdotes ordinabantur, Ioan. Magn. Histor. Gothic. lib. 1. cap. 33. Pileatos apud eos vocatos fuisse, qui Nobiliores, & Illustriores habebantur, Roderic. Toletan. dict. lib. 1. cap. 10. Et Generosos dicit inter eos Pileatos vocari, Historia de el Rey Don Alonso el Sabio, par. 2. cap. 2. Este Sabio Dio fue Griego, y compuso en el lenguaje de Grecia las Historias de los Godos: y dize, que à los mas Nobles de ellos llamauan Pileatos, que quiere tanto dezir, como Caualleros, que traen sombreros en señal de Caualleria. E à estos Pileatos fazian los Godos sus Reyes, è sus Obispos. Interdicto alijs Gentibus Pilco,*

Constitutoque ad distinctionem, ac discretionem Primi Ordinis Nobilissimorum, alijs permissum, vt capillis vterentur, nudoque agerent capite, & capillati inde dicebantur, Iordan. *dict. cap. 18. Vt ergo ad nostrum propositum redeamus, in prima parte Scythia, iuxta Meotidem pauidem commanentes præfati, vnde loquimur, Filimer regem habuisse noscuntur. In secundo, id est Dicia, Thraciaque, & Mæsia solo Zalmoxen, quem miræ Philosophiæ eruditionis fuisse testantur plerique Scriptorum Annalium. Nam, & Zeutam prius habuerunt cruditum, post etiam Diceneum, tertium Zalmoxen, de quo superius diximus. Nec defuerunt, qui eos sapientiam erudirent. Vnde, & pene omnibus Barbaris Gothi sapientiores semper extiterunt, Græcisque penè consimiles, vt refert Dio, qui Historias eorum, Annalesque Græco stylo composuit. Qui dixit primum Zambos Tereos, deinde vocatos Pileatos hos, qui inter eos Generosi extabant: ex quibus eis, & reges, & Sacerdotes ordinabantur.*

26 Quod hoc ius Pilei priuatiuum fuerit Primi Ordinis Gothici, concessum tenentibus Primum Ordinem, & locum in Republica, euincitur ex Lucian. *Dialog Scyth. seu Hospes.* In eo enim agens de Toxaro, & Anacharsi Philosophis, huius Nobilitatem, & illius communem naturam describit his verbis: *Non fuit primus Anacharsis, qui ex Scythia Athenas vsque peregrè profectus est Græcanicæ disciplinæ perdiscendi desiderio, sed ante illum Toxaris vir, & multæ Sapientia, & elegantia, ac rerum optimarum studiosus admodum, sed qui homo non erat de sanguine Regio, neque ex his qui Thiaras gestare solent.*

27 Et quamvis huius auctoritatis virtute, Theophil. Rainaud. *dict. tract. de Pileo, sect. 8.* illum morem, seu ritum velandi capita in (28) Scythis commendat, non in

Gothis, ex vi verborum Luciani, nostra mens acquiescit assensui huius Authoris; cum Scythia ante Toxaris ætatem, & peregrinationem Anacharxis (quem Solonis tempore floruisse euincitur ex ipso Luciano ante Olimpiadem 74. sub anno Mundi M. DC. LXX. tenentibus Sceptrum Macedonicum Aminta, Gessō Lidorum, Ægyptiorum Amasi, Cyro Persarum, Romanorum Tarquino) sub Imperio fuisset Gothicæ Gentis, deuicta virtute Borobistæ Regis (cuius inventu notatur creditus vsus Pilei Nobilibus, Magnatibus, Sanguinique Regio in signum honoris, vt infra num. 33.) & ob id Gothi Scythæ dicerentur inter Gentes illa Periodo, non attento illorum Origine, & nomine Patrio, sed habitatione, & incolatu (vt, & Troianis, & Æneæ obvenisse notamus apud Virgil. *Æneid. lib. 1.* in Latini nomen, mutato Natiuo Troadum, *Genus vnde Latinum*, de quo tractat *Examen Veritat. tract. 1. §. 7. à num 52.*) & (29) euincitur ex Iordan. *dict. num. 15.* Ioan. Magn. *de reb. Gothic. lib. 1. cap. 17.* *Gothos ex deuicta Scythica terra, nomen non Originem contraxisse, ex Ioseph. & alijs Roderic. Toletan. dict. lib. 1. cap. 9. Et quia ibi diutius resederunt, & regimen tenuere, Scythæ, vt indigenæ sunt vocati*, *Historia de el Rey Don Alonso el Sabio, dict. par. 2. cap. 1. Conqueriendo à Scytia, metieron la so su Señorío. E por que moraron bi luengo tiempo, è tuuieron el Señorío de la tierra, llamaron los Scytias los otros Homes, assi como llamauan à los naturales de la tierra de Scytia.*

30 Quod vero vsus Pilei in honoris signum inventum Gothicæ Gentis fuerit, non Scytharum, antequam quam Scythica plaga sub Imperio esset Gothico, depromitur ex serie Gothicarum rerum. Inuenimus enim (& si dissentiant Hi-

storiographi an sub manu Borouistæ Regis, Zentæ, aut Felimer I. Bellum Scythicum actum sit, de quo Iordan. Diodor. Sycul. *antiquitat. lib. 1. cap. 11.* Ioan. Magn. *dict. lib. 1. cap. 21. & 22.* Saauedr. *Histor. Gothic. cap. 1.*) apud Iordanum, Ioan. Magn. Diodor. Bonfin. *rer. Hungar. lib. 1. Decad. 1. Irenic. in sua German. lib. 6. cap. 2.* Ioan. Magn. *de reb. Gothic. lib. 1.* *Historia de el Rey Don Alonso el Sabio, dict. cap. 2.* Pineda *Monar. Ecclesiast. lib. 13. cap. 25.* (31) quod post subactos à Gothis Vlmorouingios, Vvandalos, subiugatasque Balthici maris Insulas, ad Scythiam transmigrarunt, Marteviam aperientibus, occupantibusque omnem Scythicam plagam, extremamque partem Pontico unitam mari, angustias Bosphori, Caucasumque montem, & anem Araxem, vsquequo post varias peregrinationes tentoria tenuerunt, sedesque, ac loca iuxta paludem Meothidem.

32 Hac enim in plaga Scythica, seu Ouim dicta, nouo Regno Scythico-Gothico Thronum firmarunt (Natiuum enim Regnum Gothiæ, seu Handinauiæ proprio Imperio regebatur) cuius vero manu translata sit Maiestas, & regimen Gothicum, Zentæ an Beroæ Berouistæ, aut Philimeri, Prima in Sede, aut Secunda illorum, & si dissentiant Historiographi, vt diximus (33) mus, nihil ad Nos. Concors autem sensus est, quod cum Gothi sine lege iureque certo agerent, Berouista, vt voluit Vvolphang. *Laz. de Migrat. Gentil. lib. 10.* Saauedra *Histor. Gothic. cap. 1.* Zenta, vt insinuat Iordanus, Dicinei Philosophi Consilio, & doctrina, post Philimer. vt Iordano, & Pined. *dict. lib. 13. cap. 26.* eis leges præscripsit, in (34) ter quas vna fuit præscribens Nobilium, & Plebeiorum distincticnem, Constituensque Primo Ordini,

ni, Re
bilib
signu
(35)
leatiq
tur M
rò cap
ce ap
liquas
st. A
sum l
Zenta
etiam
quo su
eos Sa
omnib
titeru
refer
que Gr
mum Z
leatos
bant, e
ordina
thio. lib
36
dicent
stram
Gothi
asserti
uedr.
Gothi
multo
sis flor
ætate,
cap. 17
lib. 10.
Gotho
actam
fiam;
gothor
talem p
Baltho
de reb.
cap. 22.
37
to, Hi
Pined.
§. 2. 3.
riodo p
legum f

ni, Regio sanguini, Generosis, & Nobilibus, iura Sacerdotij, & Regni, insignumque Proceritatis, aut Magnitudinis, vt Pileo vterentur, *Pileatique* in Titulum honoris vocarentur Magnates, ac Patricij, Plebs verò capillata esset, *Capillatorumque* voce appellarentur Gentes, Iordan. *Reliquas vero Gentes Capillatas dicere iussit.* Audiamus de hac re Gothica ipsum Iordan. *de reb. Gothic. Num, & Zentam prius habuerunt eruditum, post etiam Diceneum, tertium Zalmogenem, de quo superius diximus, nec defuerunt, qui eos Sapiaentia erudirent. Vnde, & pene omnibus Barbaris Gothi Sapiaentiores extiterunt, Gracisque pene consimiles, vt refert Dio, qui Historias eorum, Annalesque Graco sty'o composuit, qui dicit primum Zarabostereos, deinue vocatos Pileatos hos qui inter eos generosi extabant, ex quibus, & Reges, & Sacerdotes ordinabantur,* Ioan. Magn. *Histor. Gothic. lib. 1. cap. 13. & 31.*

36 Ne verò ostrepent aliqui dicentes, non sustinere mentem nostram, nec Luciani verba ad mores Gothicos referri posse. Cum attenta assertione Vvolphang. *lib. 10. & Saavedr. cap. 1.* Berovista Nomotheta Gothicae Gentis Imperium tenuerit multo post tempore, quam Anacharsis floruit, scilicet Syllæ, & Augusti ætate, vt notant Ioan. Magn. *lib. 1. cap. 17.* ex quo ab Vvolphang. *dict. lib. 10.* non numeratur inter Reges Gothorum, sed Dacorum, post subactam Thraciam, Daciam, & Misiam; postque diuisionem Ostrogothorum, sub Amalo ad Orientalem plagam, Vvisogothorum sub Baltho ad Occidentalem, Iordan. *de reb. Gothor. Ioan. Magn. lib. 1. cap. 22.*

37 Notandum est cum Herodoto, Hirenico in *German. lib. 6. cap. 2.* Pined. *Monarch. Eccles. lib. 13. cap. 26. §. 2. 3. & 4.* quod Gothica Gens Periodo prima, et si sine iure, metuque legum fuit, Euricus illorum Rex, ob

cuius prudentiam, & virtutem primus adnumeratur, Ioan. Magn. *lib. 1. cap. 8.* Pined. *dict. lib. 13. cap. 26. §. 2.* Rex Gothorum, tenesque Sceptrum circa annos à Mundi Creatione M. CCC. XXIX. post Cataclismū, antequam sub Gothico Imperio collū submitteret Scythia, suis præscripsit leges (eas carmine longo refert Ioan. Magn. *dict. lib. 1. cap. 8.*) iustas, legitimas, ac salutare, quas ea permisit ætas. Inter quas, & illa fuit, vt maximi Sacerdotes, illustresque, & ex quibus Reges cooptaretur in signum Nobilitatis, & Illustrissimatus Pileo vterentur, dicerenturque Pileati in honorem, Ioan. Magn. *d. lib. 1. cap. 13.*

39 Sub Eurico Gens Gothica nōdum in Scythicam regionē appulerat, sed vltra patriā solam Danicā, & Cymbricā regionem incoluit, sed, & si vario post Marte agitata (mortuo Eurico) ab Vlmorugijs, Vāvdallis, aliisque Gentibus, sub manu suorum Regnum, subque Bericone, Garto, Augi, Amalo, Baltho, & Gadarico egit de protendendo Imperio, occupandis terris, subiugandisque Gentibus, credens Bellorum Præsides sanguini humano placādos esse. Quare oblitis legibus Eurici, Marti, ac Bello dedito regimine, virtute Goderici Regis Scyticas Gentes sub Imperio posuit.

40 Mortuo Gadamino Magno, ob strenuitatem, & gloriam, ad Regni apicem ascendit Filius suus Philimer, cuius ductu Ouim Regio, omnis Scythica terra, vsque ad mare Thracicum, paludēque Meothidem, subiugo Gothorum siluit, Sedesque Gothica in omni Scythiæ regione firmata fuit, Iordan. *de reb. Gent. Roderic. Toletan. dict. cap. 8. & 9.* Histor. *de el Rey Don Alonso, dict. cap. 2.* Huius Regis industria, cum totius Gentis Gothicae Orbis illius plaga capax non esset, regi, gubernari, nec sustentari posset præ multitudine,

post transitum medij exercitus submersus fuit pons iussu Regis structus Meothicæ paludi ; ex quo diuisæ Gêtes, primaque orta diuisio Ostrogothorum Orietalium ductu Amaltorum Principum, Orientalem terram subiugantium, ex quibus Masagetarum Gens : ac Vvisogothorum Occidetalium sub Amaltorum Principatu, in quorum Progenie permansit Sceptrum Gothicum.

Plenus gloria, & Tropheis requieuit Philimer, anno Mundi MM. DC.L. cuius morte successit in Regno Gothico Scytico, Tanais (vt alij) Zentas (vt alij) videndi Iordan. Ioan. Magn. *lib. 1. cap. 24.* Roder. Tolétan. *lib. 1.* Bonfin. *rer. Hungaric. Decad. 1. lib. 1.* Pined. *lib. 13. cap. 26.* Sabelic. & alij.

41 Zentas verò, siue ex Maiestate vt Rex, siue ex autoritate, quia vir eximia Virtutis, & Sapientia, Eurici Regis leges, Martis strepitu obliteratas, quasi ex posthliminio inter Gothos restituit, illos edocens, instruensque in Politicis Ciuilibus virtutibus, ac disciplinis, inter quas, & illa fuit insufflata antiqua lex, ius Regni, & Pilei, cedens Regio sanguini, & Illustribus, relata à nobis ex Iordan. & Magno.

42 Ex his euincitur, honoris signum *Pilei* Primo Ordini Publico constitutum, inter Gothos, inventum fuisse Eurici, ante illorum apulsum versus regionem Ouim, à Zenta verò restitutum multo ante Anacharsis ætatem, profectioemque illius in Athenas, quam fuisse notat ipse Lucianus Solonis Periodo, seu tenente Sceptrum Gothicum Euripilo, teste Vvolphang Laz. quem regnasse Gothis, notat Ioan. Magn. *lib. 1. cap. 27.* sub Troiano Bello, in quo occubuit armis Pyrrhi Achilis filij.

43 Quare quidquid asserat Rainaud. ius ad Regnum, Pileique, sanguini Regio, & Illustrioribus constitutum, non Scythi ante ingressum

Gothorum vindicandum fatemur, sed Gothi à quibus translatum ad regionem Scyticam, tanquam natuum, & proprium ab Eurici Imperio, vt notat Ioan. Magn.

44 Nec ob est, quod Vvolphag. & Saavedra, Boroistæ ex Dicenei consilio Nomothetam Gothorum dicant ; nam id intelligendum censemus, non ita, vt leges Gothicas mancipemus Boroistæ, nec quod ab eo inventæ fuerint credamus ; illæ, præcipue iura Regni, ac Pilei conferentes Magnatibus, ac illustribus viris, sanguinique regio, sed quod eis obvenit, quod inter Romanos notamus, quibus, & si à Romulo, & Numa latæ fuerint leges, post verò extinctos Reges cum agerent sine eis, iureque certò, ex Regijs Sanctionibus, moribus Maiorum, & gentium. *l. 2. §. ex ætis, & sequentib. de origin. iur.* ius constituerunt, quod Civile Romanum dictum fuit. Sic, & Gothi, qui & si leges, & præcepta tenerent ad vitam agendam ab Eurici Sceptro, non tamen ius scriptum, vsque ad Boroistæ Regis Regimen, sub quo scriptum Gothica lingua, & ad volumen redactum, Gothicum ius, sicut, & Romanum, dictum fuit.

46 Nec possumus in hac re deferere historicam narrationem ad firmandum opus quod suscepimus, & si devij videamur à nostra iuris via, quare notamus in ea, quod sub legibus Boroisticis res Gothica acta fuit à Comositi Regimine, Boroistæ successore, Syllæ, Augustique ætate florentis, vsque ad Regimen, & mortem Magni Armanauci, Imperiumque Valentis, à quo comitali amicitia inita inter Gothos, & Romanos, Missia, & Thracia eis tradita, & donata fuit Domaniali iure.

47 Ab Imperio Valentis victo, & interempto armis, & virtute Gothorum, diversa fortuna agitati, fuerunt Gothi vsque ad Honorium ; sed quamvis Marti, & bello mancipati,

iu-

iure armorum, moreque potius bellico, quam lege certa, rem agerent publicam; tamen inter eos Maiorum mores seruabantur ex Eurici, Zentæ præceptis, & Beroistæ legibus, in eo (48) præcipue, quod electione Regnum conferretur; quod illud vindicaret sanguis Balthorum, nec possent euehi ad apicem Regni, ni hi qui essent sanguine, & Origine Gothica, quibus etiam ius competeret Regem eligendi, Jordan. *de reb. Gothor.* Ioan. Magn. *lib. 1. cap. 18. & lib. 5. cap. 21.* Vvolphang. *Laz. de Migrat. Gentil. lib. 10* Pineda *lib. 13. cap. 25. §. 3.* Qui Maiorum, vt diximus, mos post susceptam ab Vvisogothis Hispaniarum, & Galliarum Dominationem ad ius scriptum redactus fuit, Concil. Toletan. IIII. *Can. ultim.* & Concil. IX. *Can. 10. l. 2. & 8. Prolog. de el Fuego-Luzgo.*

49 Ex hoc iure Gothico credente Magnatibus, *Maiores, ò Señores*, Suffragiorum iura, honoremque Pilei, insignum Nobilitatis Supremæ, post Roderici mortem, & Pelagij Sceptum, & si Regnum non iam electione, sed iure successiuo delatum fuisset, tamé credimus coalitum fuisse morem, vt Proceres, seu *Grandes* inter alia Suprema honoris signa, vindicarent ius Pilei, velandique capita in signum honoris, tum vt ex illa honorabilissima præexcellencia Primus ordo Magnatum à cæteris discretus haberetur, tum vt hoc more seruato, litaretur antiquis ritibus à Gothis plasmatis, ab Vvisogothis coalitis, & nutritis.

50 Nec mirentur Gentes, quod inter Hispanos hoc ius velandi capita, seu *Cubrirse delante de los Reyes*, Summam teneat; inter cæteras vero Europæos inadmissum sit, seruato Instituto illo, vt omnes quacumque sint Dignitate Ecclesiastica, aut Sæculari prædicti, adfent, intercedantque coram Regibus, capitibus reuelatis, vt de Germanis, & Gallicanis in cõ-

(51) pecto est. Cum, vt notamus supra, Hispani in Natiuo iure Gothico leuati sint, receptique Nobiles, ac Magnates in Pileo, à quo *Pileatorû*, nomen in honorem, alijs omnibus reiectis Gentium moribus, proprio seruato, vt ex Orosio notamus *lib. 7. cap. ultim.* Obliterato Romanorum nomine, Romanorum omne solum Gothicum Imperiû, & foret, & vocaretur, essetque vt vulgariter loquitur, *Gotbia*, quod Romana diceretur, fieretque tunc *Attaulphus*, quod quondam *Cæsar Augustus*.

52 Germani uerò, & Galli hoc ius Gothicum non solum, non tenuerunt, sed recusarunt, & ob id ius Pilei. Vt verò designemus vnde orta (53) hæc discretio, ac distinctio velandi, aut reuelandi capita, ac quod Summum honoris sit inter Hispanos *Pileatio*, inter Germanos autem, & Gallos *Capillitium*; notandum est ex (54) serie Historiarum, quod cum post Troianum excidium, diuersas in plagas migrassent Troades, illorum aliqui ad Scythiæ ora decutrentes, Helesponto remenso, in Pötum Euxinum appullissent, sine loco agentes, Persarum, & Romanorum signa sequebantur. Sed à Gothis victi in Bello Persico, in quo pro Dario steterunt, mortuoque Antenore, Dominationem Gothicam sustinuerunt, vsque ad annum Mundi M. M. M. D. XVIII. in quo Gothicum Imperium recusantes, Marcomiri Regis ductu à Scythica plaga in Germaniam transmigrarunt. Ibiq; à Saxonibus, Hospitali, & Natiua charitate recepti (erant Saxones de Origine Troianorum) ad Rheni ripas sedes elegerunt, Sycambrorum nomine, vsque ad Francum Regem Antharij filium, à quo Sycambrorû appellatione oblita, Franci nominari ceperunt.

56 A Franco, vsque ad Coglionem Rheni ripas incolentes Franci arma egerunt tum pro, tum contra Romanos. Coglion ad annum Chri-

Christi Domini CCC. XX. relicto Rheni limite, Gallias desiderauit, vt in eas protenderet Francorum Dominationem: quare deductis Gētibus suis Treueri, & Alsacia occupata, Gallorum fines depopulatus fuit; superatisque Loure, & Sequana fluminibus Regni Francici, post (57) Gallicani, iecit fundamenta, extructi post virtute Pharamundi, Merouingij, & Clodouei, vsque ad eleuationem Imperialis Maieftatis sub Carolo Magno.

58 Franci Gothorum gloriam æmulantes, auersantesque Gothicum Nomen, Mores, & Instituta, vtque Dominationis antiquæ memoriam obliterarent, stemmataque seruitutis Gothicæ euerterēt, Pileum, Nobilitatis insigne, quod à Gothis receperant, Coglioni Regis præcepto à capitibus eiecerunt, inque indicem libertatis, & honoris, suis Regibus, Nobilibusque, & in honoris no- (59) tā Crines, seu Comas præscribere, ex Triten. Pined *Monarc. Eccles. par. 2. lib. 14. cap. 26. §. 1.* excitantes Parthicum morem (laudatū à tēpore, quo sub Parthis, Persis, Darioque (60) meruerant) inter quos crines, Regium, & Nobile signum habebatur, Sueton. *in Vespasian. cap. 23.* vbi Beroald. & Leuin. Torren. Iuven. *Satyr. 6. Claud. Panegy.*

----- *Tunc Flaua repexo
Gallia crine ferox.*

Sydon. Apollin. *Carm.*

*Ad frontem Coma structa iacet, nuda-
taque ceruix
Gatarum per damna nitet.*

61 Ex hinc à Francicis, & Gallis, tūm in Regiæ Maieftatis signum, Nobilitatis, Dignitatis, ac Patriciatu honorem, & decorē recepta coma fuit, laudatī crines, copiosaque ornata, ac promissa Cæsaries, taliter

vt Comæ detonsio in Regni abdicationem, ac Supremæ Patricia- (62) lis Dignitatis, & Nobilitatis amissionem recepta fuerit, vt de Theodorico Rege Francorum, & Ebroino Maiore domus notat Sygebert. *in Chron. ann. 667. Porro Theodoricus, & Ebroinus tonsurantur*, Gregor. Turonens. & ex eo Francisc. Hotthoman. *de antiquit. iur. Regn. Gall. lib. 1. cap. 11. Maluit autem illa* (loquitur de filiis Reginæ Chlotildis) *interfectos videre, quam tonsos.* Latè, ne transcribere videamur, de hoc Instituto Sacro inter Francos, Petr. Greg. *lib. 6. Syntagmat. cap. 15. à num. 20.*

63 Ne vero repetere, aut traducere videamur, videre licet, quæ de Crinitis, ac Comatis Regibus, & Nobilibus, à Coglione, & Pharamundo, vsque ad Carolum Magnum, notant ex Gregor. Turonens. Sygebert. Aymon Forcatul *de Gallor. Imper. lib. 5. Hotthoman. de antiquit. iur. Regn. Franc. dict. lib. 1. cap. 11. Petr. Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 16. num. 12. Vinc. Camerar. Horar. successuar. Centur. 1. cap. 36. & Centur. 2. cap. 40. Henric. Salmuth. in Pancirol. lib. 44. de fibula, Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 10. à num. 168.*

64 Hic mos, iusve Comæ, à Caroli Magni Imperio, ad Germanos trāsijt, taliter vt & si in Aula Cōstantinopolitana Proceres, ac Magnates Pileis vterentur in signum Proceritatis, ac honoris, vt supra notamus, inter Germanos reiecti fuerint Pilei, seruato more, in Aula Gallorum Regum recepto Comarum, & Crinium, sicuti, & inter Patricios viros, seu Pares, Illustresque Gallos, Camerar. *dict. cap. 36. Hoeping. dict. cap. 18. num. 182.* Seruatoque, vt discoopertis capitibus coram Regibus incedant.

65 Ex his laudatis moribus Gothicis, ex illoque antiquo iure Pilei, inducto inter Gothos ab Eurici Regno, à præceptoque Coglioni, de

Co-

Com
atio
præc
Gal
disco
66
velan
venit
dinis
nec æ
Sessi
hac p
ex qu
Prim
trio I
(67)
vero
metu
tas, se
noris,
Origen
(68)
esto ay
cubrir
de auer
otros a
dido, C
Grand
Mages
respon
Classe.
prehen
que se
de el E
69
re ipsa
aquello
tiempo
ante C
tur Ma
uimus,
so tra
Titulos
y Tercer
De dona
conseru
lante de
guos. Q
Cæsare
ex illo,
80

Coma, ac Crinibus inducto, distinctio fuit orta vigens inter Europæos præcipuè Hispanos, Germanos, & Gallos Procures coopertionis, aut discoopertionis capitum.

66 Sed in hoc iure Pilei, vsuque velandi capita Magnates, notandum venit, quod non omnibus Magnitudinis Ornatis Infulis, parilitas datur, nec æqualitas, sicuti in præexcellètia Sessiois, vt dixim. §. 1. à n. 32. sed in hac prærogatiua Clasiū est distinctio, ex qua natum, vt Magnates dicantur. Primi, Secūdi, & Tertij Ordinis Patrio Idiome, *Grandes de Primera, Segunda, y Tercera Classe.* Quibus vero formulis hæc distinctio efformetur, vndeque dignoscatur, qualitas, seu substantia Dignitatis, ac honoris, exponit Salazar de Mendoça, *Origen de las Dignidades, lib. 3. cap. 15.* (68) *Cubrense delante de el, aunque en esto ay distincion; porque à vnos manda cubrir antes que le hablen; à otros despues de auerle hablado antes de responderles: à otros despues de auerles hablado, y respondido, Carrillo Origen de la Dignidad de Grande, Discurso 3. A vnos manda su Magestad cubrir antes que le hablen, y les responda, à quienes llaman de Primera Classe. Y en estos particularmente se comprehenden los descendientes de aquellos que se cubrieron los primeros en tiempo de el Emperador Carlos V.*

69 Hinc Carrillus, deuius est à re ipsa Moreque Aulico in eo, *De aquellos que se cubrieron los primeros en tiempo de el Emperador Carlos V. cum ante Caroli Imperium Pileo vterentur Magnates indistinctè, vt notauimus, & sui immemor testata in ipso tractat. num. 46. Se cubren todos los Titulos de Portugal, y los hijos Segundos, y Terceros de los Duques de aquel Reyno. De donde, como en filiacion de Castilla, se conseruò la prebeminencia de cubrirse delante de los Reyes sus Ricos-Homes antiguos. Quare si hæc distinctio nata, sub Cæsare Carolo fuit, vt voluit ipse ex illo, vt credimus principio relato*

à Maderiage en el *Tratado de el Senad. y su Princ. Solianse cubrir delante de el Rey todos los Señores de Titulo, y se usò assi, basta que vino à España el Emperador Carlos V. Delante de el qual, por respetar mas à su Magestad, se descubrieron los mas, y despues acà se quedaron estos descubiertos: los demás que entonces se cubrieron, permanecen assi: y à estos que se cubren llaman comunmente Grandes. Quo iure? quo ratione distinctio Clasiū inter Magnates, ante Caroli V. Sceptrum orta dicendum?*

70 Prosequitur Carrillus in firmanda distinctio Clasiū: *A otros se les concedió la Grandeza, mandando se cubriessen despues de auer hablado, oyendo à su Magestad cubiertos, que corresponde à la Classe Segunda. En los que ni hablan, ni oyen cubiertos, y à quien su Magestad manda cubrir despues de auerse arrimado à la pared, se considera la Tercera Classe.*

71 Quo enim innitatur principio hæc distinctio quoue rationis fulcro firmetur à nobis edi non potest. Ni sufficiat pro cunctis voluntas ipsa Regum, sicuti sufficiens habita ad firmandum Arcanum, illud à Tyberio seruatum Constituendi Tres Comitum Clases, Sueton. in Tyber. cap. 46. Allectis Primo, ac Secundo illis, quibus in honorem Maximum datum *Amicorum* nomen. Tertio vera *Gratorum* tantum. Leuatumque à Constantino efformante Comitum (72) Dignitates Digestas, sub Primo, Secundo, ac Tertio Ordini, Maiora honoris codicilla conferente Primis, quam Secundis, his, quam Tertijs, vt latè exponit Pancirol. *notic. Imper. Guther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 45. De quo Gios. 30. num. 13.* (72) Sed an omnibus Magnatibus cuiuscumque Clasis, gradu adnumerentur, ad coopertionis actum necessaria sit semper Regis voluntas, verbis, aut signo expressa, audiamus Magni Philippi Placitum, sub his exaratum verbis: *En España es regla*

general, que todos los vassallos asistan descubiertos delante de su Rey; y esta regla no tiene mas excepcion, ni limitacion, que la que el Rey quiere darle por su voluntad; porque en esta parte, todos los vassallos son iguales.

El Principe jurado no se cubre delante de su Magestad, si no se lo ordena: assi los Señores Infantes se cubren quando su Magestad se lo permite. Los Embaxadores, y Grandes, quando se lo manda, pues no basta para cubrirse siempre, que se ayan cubierto alguna vez; porque en cada año, y en cada ocasion es necessario, que su Magestad se lo mande de nuevo, y esto se entiende aun con el mismo Principe jurado, y se executa con los Señores Infantes, Grandes, y Embaxadores, sin referuarse nadie. Todos llegan descubiertos à la presencia Real: y si no gusta su Magestad de que se cubran, con no mandarles cubrir, se quedan descubiertos, aunque lo aya mandado, y permitido en todas las ocasiones anteriores. Diuertido vno de los Grandes, se cubrió vna vez delante de el Rey, y mandòle aduertir de aquel descuido, y que si otra vez caia en èl, no se cubriria mas, Carrillo Origen de las Dignidad. Discurso 3. num. 18.

S V M M A R I V M.

- 1 Cognatus Regis Epithetum summū inter honores publicos.
- 2 Primo Epithetum, quo honorantur Magnates, an ortum ex cognate vera, an ex Placito Regum, 3. Quod natum sit ex sanguinis prerogatiua, Carrillo, 7. contra, 8. comprobatur lege, & exemplis, 9.
- 4 Reges Castellani cognatos honorabant voce designatiua gradus affinitatis, seu cognationis.
- 5 Regum cognati honorantur Titulis Supremis inter Hungaros.
- 6 Lusitani Reges cognatos designaret gradu cognationes.
- 10 Salutatio cognationis expressiua sub voce Primo, & Pariente, orta à Politica cognatione fuit, 15. 26. & 34.

11 Cognatus Regis Titulus honoris Magnus inter Persas.

12 Cognatio Salutatrix recepta ab Alexandro Magno, 13. Romanisque Gentibus.

14 Cognatio Politica, non inventa à Regibus Catholicis, sed ex More Gentium inducta.

16 Cognationis Epithetum de Primo, y Pariente, inventum ad designandam correlationem inter Regiam, & Regales Dignitates.

17 Cognatio inducitur, natura Gente, & affectu.

18 Cognationis honor Politicus inductus à Sygismūdi Imperatoris ex Koninch.

19 Cognatio Politica inventa ad cognitionem Ordinum, & Graduum Publicorum.

20 Pontifex, Titulo Fratrum appellat Episcopos.

21 Episcopi Clericos Fratres appellabant.

22 Pontifex Reges, aliosque Principes filios appellat.

23 Reges subditos ornatos Dignitatibus voce decorant, Fratrum Parentum, cognatorum.

27 Imperatores Antecessores suos Patrum Epitheto decorabant, ex vi Politica cognationis.

28 Imperatores Primarios viros in auctoritatem Fratres compellabant.

29 Cognatio Politica recepta in honorem inter Brabantos, & Gallos ab aate Caroli Marteli.

30 Iudices Supremi in honorem Titulo Parentum laudati ab Imperatoribus.

31 Pares, seu Patres Gallia dicit Carolus Magnus Primarios viros à cognatione Politica.

32 Pares inter Gallos dicti Primatis, à Parilitate, ex Bodino.

33 Cognatio Politica, quo More seruata inter Francos, ex Lymn.

35 Epithetum de Primo, non ludeuit integram proceritatem.

DE IVRE COGNATIONIS REGIÆ, EX
quo ortum, vt Dignitas Magnatum, seu *los Grandes*, hono-
rentur à Rege cognomine, *de Primos*: Cæteræ verò
Dignitates, *de Parientes*.

§. III.

1 **I**nter Honoris Infulas, à pri-
mis Mundi Regnis, genitas,
nata fuit Regalis Cognatio
in Supremorum Honorum, ac Digni-
tatum signum; sic inter Afsirios Da-
rium Magnum, invenimus, 3. Esdr.
*cap. 3. credentem in tropheum virtu-
tis puero suo, cap. 4. Et cognatus meus
vocaberis.*

2 In incognito verò est, iacet-
que sepultum in antiquitatis monu-
mentis, an ex hoc antiquo iure Cog-
nationis Regiæ, nata, ac leuata fuerit
inter Nostrates formula illa, ex qua
laudatù, vt Reges Dignitatibus Re-
galibus Proceritatis Excellentia de-
coratis, Epitheto honorent, *de Pri-
mos*, Sandou. *Histor. Caroli V. lib. 15. §.
12. Condestable Primo, cæteris vero, de
Parientes*, Carrillo *Origen de la Digni-
dad de Grande, Discurs. 8. La principal
prerogatiua, que en los Grandes correspõ-
de à las de Cubrirse, y Sentarse en presen-
cia de los Reyes, es el Tratamiento de Pri-
mo, que les dan por escrito, como à los Ti-
tulos el de Pariente.*

3 Et quamvis Carrillo in revo-
lutis lapidibus monumentorum, na-
tum credat hunc morem inter Hispa-
nos ex sanguinis pullulatione, vera-
que cognatione, à Catholicis vero
Regibus Ferdinando, & Elisabetha
hæc formula extensa dicat in honoris
signù ad Primum Gradù Ordinis Pu-
blici. Cum antea Reges designassent
Cognatos, & scripto, & verbo, gra-
du proximitatis. Sic Carrillo *dict.*
*Discurso 8. De aqui nació, que el trata-
miento de Primo, deuido à los que tenian*

*parte en la sangre Real, se diesse en ade-
lante a muchos, que no eran Parientes de
los Reyes, por honra, y demonstracion de
sus Ilustres Casas: y esto quedò assentado
desde el Rey Catolico, diferenciando assi
à los primeros, y mayores Señores de el
Reyno, llamando Parientes à los demás
Titulos.*

4 Inque designatione huius mentis
adsint exempla hunc morem laudan-
tia, tam in iuris Nostri corpore, quã
in Historiarum monumētis, cum ha-
bemus in *l. 7. tit. 20. lib. 9. Recopil. Ca-
tholicos Reges Ildephonsum Hen-
ricum Admiraldum, Titulo honorã-
tes Patruï: El Almirante Don Aloaso
Henriquez Nuestro Tio; qua ipsa voce,
anteque ab Henrico III. Rege deco-
ratum, notatur à Gil Gonçal. Dauil.
Histor. de el Rey D. Henrique III. caq. 88.
Don Alonso Henriquez, Almirante mayor
de Castilla, Tio de el Rey: Don Fadrique,
Conde de Trasmiera, Primo de el Rey. In-
ueniamusque Ildephonsum Regem
in quodam Priuilegio expedito, die
x. Ianuarij, anno M. CCC. LXX. in
fauorem filij sui Petri, sic de cognato
locutum *Infante D. Pedro, Nuestro Tio.*
Henricumque in alio dato, 18. Fe-
bruarij, anno 1409. in commodù Do-
mini Ioannis filij Comitis Domini
Telli: *A vos Don Iuan, Nuestro Sobrino,
Ioannemque I. anno 1417. cum ipso
sic agentem: A vos D. Iuan, Nuestro Pri-
mo, hijo de el Conde Don Tello.* In regimi-
ne Regum Catholicorum, Didacum
de Mendoça, & Dominum Petrum
Gundisaluum de Mendoça Patruos
Regum appellatos, Haro in *Nobiliar.*
lib.*

lib. 4. cap. 13. D. Diego Hurtado de Mendoza, Marqués de Santillana, Conde de el Real, Nuestro Tio. Et post: Don Pedro González de Mendoza, Cardenal de España, Arçobispo de Sevilla, Obispo de Sigüenza, Nuestro Tio.

5 Pro quo more stant iura Hungarici Regni Fratibus, ac Cognatis Regum, honorantia Infulis Excellentioris præexcellentiæ, supra cæteras Dignitates, Bonfin. rer. Hungar. lib. 8. Decad. 2. Pineda Monarch. Ecclesiast. lib. (6) 15. cap. 7. §. 2. Lusitanosque vsus, ex quibus Reges gradum Cognationis exprimunt in Epistolis, Libellis, aut Placitis datis, aut missis Proceribus Cognatis.

7 Adhuc tamen non acquiescit mens Nostra huic sententiæ absolute, vt asseritur à Carrillo. Cum, & si verum sit, quod Reges Nostri Cognatos, Titulo designatiuo gradus Cognationis decorassent, appellassentque, non tamen sic ordinate, non sic formula seruata, vt illud Epithetum Cognationis habeatur sic Maiestaticè, vt ex illo honore euinceretur Proceritas, qualiter invenitur Nostra in Periodo laudatū Epithetum, de Primo, receptaque illius appellatio ad designandum gradum Magnitudinis, efformandamque distinctionem inter Grandes, y Titulos, qui tantum salutantur Epitheto de Pariete.

8 Comprobantur hæc, ex ipsis iuribus, ac Historiarum memoria, ex quibus fulcitur mens Carrilli, & cæterorum Nam, & si in dict. l. 7. tit. 20. lib. 9. Recopil. ornatus sit Titulo Patruī, seu de Tio, el Almirante Don Alonso Henriquez; in ipsa lege nullo Epitheto, aut voce designatiua Cognationis ornatur, decoraturque ab ipsis Regibus Catholicis, ipse, nec Admiralus Federicus Henricus I dephonsi filius, sed honore suæ tantum Dignitatis: Ya ora Don Fadrique Henriquez de Cabrera, Almirante de Castilla, Conde de Modica.

Idem mos, eademque inobseruantia, invenitur in confirmatione Regiorum Priuilegiorum, in sui fulcimen adductorum à Carrillo: In illo enim relato ex Pedraza Hisfor. de Granada, par. 3. cap. 48. Et si honorantur Cognationis Epitheto: Don Pedro González de Mendoza, Cardenal de España, Arçobispo de Toledo, Primo de el Rey, (qui Patruus, seu Tio appellatus, alijs in Priuilegijs invenitur, vt notamus supra num. 4.) Don Pedro Henriquez, Adelantado mayor de la Andaluzia, Tio de el Rey: Don Fadrique Henriquez, Almirante de Castilla, Conde de Modica, Primo de el Rey: Don Henrique de Guzman, Duque de Medina-Sidonia, de Niebla, Primo de el Rey: Don Gaston de la Cerda, Duque de Medina-Celi, Conde de Santa Maria de el Puerto, Primo de el Rey, y de la Reyna: Don Inigo Lopez de Mendoza, Duque de el Infantado, Marques de Santillana, Conde de el Real, Primo de el Rey, y de la Reyna: Don Pedro de Toledo, Duque de Alua, Conde de Piedrabita, Primo de el Rey.

9 Attamen hi ipsi Magnates, in alio Sacro diplomate ipsorum Regū voluntate expedito, in ipsa die, ac loco, adstant cõfirmantes, absque Cognationis Epitheto, ex vero Dignitatum Regalium Excellentia, Pedraz. dict. par. 3. cap. 49. Don Fadrique Henriquez, Almirante mayor de Castilla, Conde de Modica, confirma: Don Henrique de Guzman, Duque de Medina-Sidonia, Conde de Niebla, confirma: Don Gaston de la Cerda, Duque de Medina-Celi, Conde de el Puerto de Santa Maria, confirma: Don Inigo Lopez de Mendoza, Duque de el Infantado, Marques de Santillana, Conde de el Real, confirma: Don Fadrique de Toledo, Duque de Alua, Conde de Piedrabita, confirma.

10 Quare, quidquid asserat Carrill. ex Mendoza, Ægidio, Ramirez, & cæteris ab eo relatis dict. Discursu 8. fatendum credimus, ac tenendum: Inter Hispanos, ab Sceptro Sãcij III. laudatum fuisse morem antiquum,

quum, tam Persarum, quam Romanorum, recipientem, tum ad designationem Dignitatis, ac honoris, tum ad demonstrationem charitatis, & amoris, nomenclaturam salutaris cognationis, Epithetumque cognationis.

11 Invenimus enim inter Persas in summum honorem, laudatum fuisse (vt notamus *num. 1.*) Epithetum, seu Titulum illum, *Cognatus Regis*, nec genitum, leuatum, nec coalitum ex iure sanguinis, sed ex placito, ac beneficio Regum, vt magnum inter honores publicos. Audiamus viros Nobiles, illum concupiscentes, *Esd. 3. cap. 3. Dabit illi Darius dona magna, & secundo loco sedere a Dario propter sapientiam: & cognatus Darij vocabitur.* Dariumque illum conferentem in virtutis trophæum, *cap. 4. Tunc Rex ait: Et proximus mihi sedebis, & Cognatus meus vocaberis.*

12 Ex hoc more recepto à Gentibus, à Magnoque Alexandro Laudatum, notamus quod cum in Ammonis templum venisset Sacerdos illum salutasse cõperitur, hac Salutatione: *Salue fili*, quæ resalutauit Alexander dicens: *Eam accipe, ò Pater, Augustin.* Nyph *de re Aulic. lib. 1. cap. 23.* recepta fuit inter Romanos illa Salutatix, ac reuerentialis ceremonia appellatiuæ cognationis, de qua Horat.

----- *Frater, Pater adde,*

Et vt quaque est atas, ita quemque facetus adopta.

L. vt ius iurãdi, §. dabitur, vbi Gotthofred. de oper. libert. l. vlt. §. fin. de liber. caus. ex Senec. & Quint. Schar. Lexic. verbo Nomenclator. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 2. cap. 19. vbi Tiraquel. Carol. Sygon. de antiq. iur. Ciuil. Roman. lib. 2. cap. 30. Pignor. de seru. fol. 138. Rosin. antiquit. lib. 7. cap. 8.

14 Ex quibus ducimur ad fatendum, quod hæ voces, Epitheta, seu

Ditados de Primo, y Pariente, nec ortæ fuerunt à cognatione naturali, vindicata tantum ab his, in quibus venis virescit Regius sanguis, sed nec extensa nostrorum Regum voluntate, à Regis Catholici Ferdinãdi Sceptro; nec producta ex adoptione liberali Principum, vt de Tyberio Caium, & Tyberium (Gemellum dictum) ex adoptione filios, & fratres appellate, Sueton. in Caligul. cap. 15. vbi Causabon. Beroald. & Leuin. Torren. De qua adoptionis Politicæ formula, latè Chiffec. stem. Childebrand. cap. 7. Sed germinata ex cognatione Politica, Abulens. in Exod. cap. 20. quest. 18. (15) Leuataque fuisse à Regibus Nostris in honorem Supremitatis, ad omnes hunc gradum consequentes, attento communi iure Supremoque (16) Gentium placito, desiderante, notam facere correlatiouem illã necessariam ad splendorem Reipublicæ, & Regnorum, inter Regiam Maiestatem, Dignitatesque Regales quatenus partes sunt ipsius Regis, à Regioque Diademate oriuntur, producuntur, ac viuificantur, Oldrãld. cons. 8. num. 9. Theodor. Reinring. de regimin. Sæcul. lib. 1. claus. 4. cap. 17. num. 54. diximus Glos. 30. ex num. 36.

17 Tribus enim modis cognatio inducitur, natura, gente, & affectu, Diu. Hieronym. aduers. Heluid. cap. 8. Diu. Isidor. Etymolog. lib. 9. cap. 6. Ex quo receptum, vt hi, qui honorari à Supremis desiderabãt, & si non à natura, ex affectione Fratres, Sorores, Patruj, Auunculi, alijsque similibus nominibus nomenclantur, Eucher. Homil. 4. Apostol. vt infra videbimus.

18 Ex hoc fonte natã firmamus cognationem hanc, à Regibus leuatã in honorem Dignitatum Regalium, nec ab eo deuiamus, ex quo Andr. Kcninch. de Saxon. non pronocat. iur. verbo *Electorum*, cap. 1. ex num. 321. & post eum adducês Bertrand. de Comit. Nolden. de Nobil. cap. 8. n. 73. Heruig. questio. Illustr. lib. 2. q. 4. Ioan. Lymn.

de iure public. lib. 3. cap. 3. ex n. 3. Ioan. Iacob. Speid not. H stor. iurid. Politic. litt. T verbo Tituli, num. 12. notant dicentes, adoptionis beneficio Dignitates Regales prædicamētis cognationis, Nepotum Patruorum, Consanguineorumve, ab Imperatoribus honoratas, inventum fuisse Sigismundi Imperatoris, seu Frederici III. ex quibus à cæteris Imperatoribus receptum, ac laudatum.

19 Nā siue Sacræ Historiæ narrationem, Romanæ Ecclesiæ morem, Sanctorum Patrum assensum recolimus, siue iuris Ciuilis, & Politicorū documenta, inueniemus prædicata hæc non ab adoptiua cognatione orta, sed à qualitate, Plat. in M. nex. Omnes, qui in vna Ciuitate viuunt Fratres esse, Lorin. in Act. Apost. cap. 1. vers. 15. Maieftatici Hierarchici regiminis, ad cognitionem graduum, & ordinū, Hug. Victor. ad not. in Diu. Dionys. de Cælest. Hierarch. lib. 1. Franc. Halier. Hierarch. Eccles. lib. 1. cap. 3. Sicut à natura inducta nomina Patris, Filij, (20) Fratris, ad familiarū distinctionem: Ideò Pontifex in cap. Quam graui, de crim. fals. Patriarchas, Episcopos, Inferiores in administratione, & si æquales in ordine, Fratres appellat. Abb. Annan. Aretin. cap. Tua Nos, cap. Venerabilis, de iur. iur. Anastas. Germ. de Sacror. Immunit lib. 3. cap. 6. Fragos. de reg. m. Re: publ. par. 2. lib. 6. disp. 15. §. 1. num. 3. Homob. de stat. par. 2. cap. 5. (21) Sicuti, & Episcopi Clericos in Prima Ecclesiæ Periodo, cap. Esto 96. dist. cap. Quid autem 8. quest. 1. D. Tho. in 4. disp. 20. quest. 1. art. 4. Conrad. tēpl. iud. lib. 2. cap. 1. §. 3. vers. 4. & cap. 2. (22) §. 1. num. 19. Reges verò, aliofque Principes, ex vi ipiritualis Paternitatis, Filios, dicit. cap. Quam graui, cap. Dilectus, de Præbend. cap. Ductus, de iur. iur. cap. Dilectus de rescript. Abb. Proæn. Decretal. Anton. de Butr. dicit. cap. Quam graui, Gasp. Säch. Act. Apostol. cap. 1. num. 29.

23 Ex ipsa origine, etiam in Sæ-

culari Republica ad gloriā Maieftatis receptū est, vt Principes Subditos decoratos Regijs Dignitatibus Titulo honorent Parentum, Fratrum, Tertul. in Apoilog. lib. 2. cap. 39. Fratres autem vestri iure natura matris vnus, Cognatorū Lamprid. in Scuer. vi Fratrem, vt Filium, vt Parentem, non enim (26) Cognationis naturalis virtute, sed Politicæ. Sic vigente, vt Imperatores ipsi anteriores suos, & si inter eos cognatio nulla naturalis, sed Politica tantū, Parentes dicerent, vt ex l. 1. C. Ne liceat potentior, Parens noster, l. Adictos: Diui Marci Parentis nostri, C. si aduers Fisc l. 1. C. Diuor. fact. l. 1. & l. ult. C. qui non possunt ad libert. l. ult. C. de adend. l. Iure mariti, C ad leg. Iul. de adult. l. 2. C ad leg Cornel. de fals. l. Si Tutor, C. de seru. pign. dat. l. vnic. C. de Reis postul. lib. 10. l. vnic. C. de pericul. eor. qui pro Magistrat. l. 1. C de omni agr. desert. lib. 11. l. Defunctorum, C. de re Milit. lib. 12. Gothofr. dicit. l. Adictos 3. C si aduers Fisc. Imperatores solēt Prædecessores suos, ne quidā agnatione, aut Stirpe coniunctos Parentes appellare.

28 A quo, & Primarios Subditos in authoritatem Fratres compellarūt, Cassiod. lib. 6. Epist. 21. Adassur quod à Principe Frater vocaris, vt utilitate pratiofi nominis à vilitate criminum tollaris, vt Theodosium fecisse habemus cum Marcellino Comite Illirici Præf. cto in l. 1. Nouell. Theodos tit. de Patrim. rei Dowin. Cum Floriano in l. 3. tit. de Palatin. vtque habeātur cognati Maieftatis, Optat Mileuit. Euseb. Emisen. Homil. 4. Fratres, Sorores, non natura, sed officio, Cerd. in Tertul. Apologet. lib. 2. cap. 29. num. 933. Bulleng. de Imper. Roman. lib. 2. cap. 18.

29 Sicuti à Carolo Martelo factū inuenimus cū Hildebrando, qui, & si Lōgobardus, in honorē decoratus fuit Titulo Germani Fredegat. in Chron. cap. 109. Sicuti post Carolū à Pipino Auunculi, idē Fred. cap. 110. de quo vidēda, quæ latē cumulat Iacob. Chlifec. stem. Childebran. cap. 8. & 9.

Et

Et inter FrancoGallos laudatum ex
omni Gentium vsu, refert Suer. *Annal. de Fland. lib. 4.* anno 1070. Boluid-
se à casar en aquellos dias la Condesa Ri-
childa con Guillelmo Fitzosbert, à
quien auia hecho el Rey de Inglaterra
Conde de Hereford, dandole por sus ser-
uicios tanta autoridad, que hazia, y da-
ua las leyes: aora le negociò este casa-
miento, y la Condesa, por autorizar aun-
mas al marido, quiso, que se intitulasse
Conde de Flandes, pues que era Primo
de el Rey Guillelmo, que assi le llaman
algunos, ò porque lo fuesse, ò porque le hõ-
raria Guillelmo con este Titulo, como sa-
ben, y suelen hazer los Reyes.

30 Hinc ortum etiam, vt Iu-
dices Supremi, Præfecti, Comites,
Duces Titulo Parentum, in signifi-
catu cognationis Politicæ, de qua
ex Salust. Petr. Victor. *variar. le-
ctio. lib. 4. cap. 16.* Tiraquel. *de re-
tract. lignag. verbo Le Parent. Glos 8.*
num. 1. Alex ab Alex. *dier. genial lib.*
1. cap. 15. ab Imperatoribus honora-
rentur, vt ex Alex. Seuero patet, Vl-
pianum Præfectum Parentis Titulo
decorante, in *l. ex Diui 4. C. Locati, l.*
5. *C de Consulib. lib. 12. Authent. Con-
stitut. qua Dignitat. & Episcopat. filium
liber. à Patr. Potest.* Theodorum Flo-
rentium Præfectum Prætorium in
Nouel. de Iudic. Nouel. ne Curial. præd.
Nouel. de Paternis bon. Nouel. de Tutor.
*Nouel. de Repud. Talatium Præfectum
Prætorium Illirici: Cyrum, & Apol-
lonium Præfectum Prætorium: Au-
relianum Consulem: Ariauandum
Magistrum Militum: Æcium Co-
mitem, & alios quos videre licet in
Nouellarum Theodosij volumine,
& congerit Brisson. *de verb. iur. Schar-
der. Lexic. verbo Patricij, Demster ad
Rosin. Paralytom. lib. 7. cap. 5. Adrian.
Turneb. lib. 15. aduersar. cap. 16. Petr.
Gregor. lib. 47. Syntagn. cap. 16. num.*
3. Ex quo Eutropius Eunuchus,
quia Patricius ab Archadio creatus
illius Pater, comprobatur à Nice-
phoro Calixto, *Histor. Ecclesiast. lib.**

13. cap. 1. Quapropter Eunuchus dein-
de Imperatoris Pater fuit, qui etiam vi-
lioris sortis filium procreare non po-
tuit. De ipso Claudian. *lib. 2. in Eu-
tropel.*

Præsidium legum, Genitorque vocatur
Principis, & famulum Dignatur Re-
gia Patrem.

Et ad Eutropium.

Diruptas quid plangis opes, quas
Natus habebis.

Non aliter poteris Principis esse Pa-
ter.

Et de Laudib. Stilicon. *Panegy. 2.*

Quem vidit Augusti socerum,
Regnique Parentem.

Luitprand. *de reb. Europ. gest. cap 8.*
Carol. Sygon. *lib. 14. de Occident. Im-
per. relatus supra Glos. 25. num. 31.*
Bullenger. *de Imper. Roman. lib. 2. cap.*
18. Gutther. *de offic. Dom. August. lib.*
2. cap. 1. Ioan. Iacob. Dracon. *de iure
Patric. lib. 1. cap. 4. num. 10.*

31 Ab ipso, credimus, transla-
tum à nouæ Romæ Principibus ad
Germanos, vt Primariæ Dignita-
tis Parentum Titulo honoraren-
tur, vt de Carolo Magno Romano
Germanico Imperatore agnosci-
mus, qui Romanorum exempla sus-
citans (omisso scribentium dicte-
rio, dicentium à Hugone Capeto,
à Roberto, vel à Ludouico VII. vt
post Gaguinum, & alios notat ad
Paponium, *Arrest. lib. 4. tit. 5. Cassan.
Cathalog glor. Mund. par. 5. Centur.*
43. & 57. Theodor. Hoeping. *de iu-
re insign. cap. 6. num. 435.* Ioan. Lym-
neo *notic. Regn. Franc. dict. cap. 15. lit-
ter. C.*) Pares Franciæ (seu Magna-
tes, ac Proceres) appellauit, id est,
Parentes, seu Patres Patricios, Bud.
*in not. ad l. vltim. de Senatorib. quo
adsensit Lymn. dict. cap. 15. litter. B.*

♣ G. Renat. Chopin. *dict. tit 7. num. 7.* reiecto assensu Bodin *lib. 2. de Republic. cap. 1.* dicentis: *Curia Parium, sic appellantur, quod inter se quidem pares sunt, non autem Principi.* De quo (32) munere videndus Ioan. Iacob. Dracon *lib. 2. de iure Patric. cap. 6. ex num. 34.* Theodor. Hoeping *dict. cap. 6. num. 435.*

33 Hinc hoc attento Gallicano iure, ac More laudata est, tam à Prima Comatorum, seu Crinitorum Principum periodo, vt notamus supra *num. 28.* quam sub Nostris sæculis cognatio Politica inter Reges, & Proceres. De qua sic exarat Lymneus *de iure public. cap. 3. & Addition. num. 35.* *Principes sanguinis, qui genere vere eum attingunt, ab eo appellantur Patruum quando aetate eum superant, aut consanguinei si aetate fere pares, aut nepotes, si aetate inferiores sunt. Et notic. Regn. Gallican. lib. 2. cap. 12. litt. X. Rex eos Patruos, Consanguineos, vel Nepotes suos compellat. Et dict. cap. 23. in testimon. litt. Y. Sed hic nihil præcipui habent Principes sanguinis, quod non etiam reliquis Principibus attribuatur. Et post: Sic etiam ceteri Principes diuersis illis prædicatis a Rege afficiuntur. Quod firmant relata à Renat. Chopin. *Sacr. Politic. lib. 2. tit. 1. num. 10.* vbi adducit Diploma Henrici VI. in quo cognationis Politicæ ornamentis decorantur Principes Gallicani indistinctè: *Et Mattheum Comitum Tullensem consanguineum nostrum: Et Syno Dux Lotbaringia consanguineus noster.**

34 Omnibus supra relatis apprimè attentis fatendum credimus, prædicamenta de Primo, ò Pariete, à Regalibus formulis recepta, ac seruata, non sanguinis gradu attento leuata fuisse, sed ad designationem cognationis Politicæ inter Regiam Maiestatem, Dignitatesque Regales, vtque illustrentur utilitate illius prætiosi nominis, Casiod. *lib. 6. Epist. 21.*

35 Ac quod Epithetum de Primo, voluntati Regum mancipatum esse. Nec ex eo induci Proceritatem ad hoc vt Procer integer habeatur, illæ cui inscribitur honore de Primo, cum sint inter Nos Dignitates Regales, quibus afficitur prædicatum de Primo, & si Infulis integris Supremæ Proceritatis, expertæ sint, qualiter: *El Condado de Castro-Xeriz. El Marquesado de Ayamonte. El Marquesado de Villanueva de Barcarota.*

S V M M A R I V M.

- 1 Vir, & vxor ex vnitatem Maritali inseparabiles sunt.
- 2 Vxor ornatur honoribus viri, 3. Siue Publicis, siue priuatis.
- 4 Magnatum iura producta ex iure Maiestatis.
- 5 Honores Publici inuenti ad ornatum, & decorem Maiestatis.
- 6 Signa Publica Constituta ad designationem Clarissimatus, & Nobilitatis.
- 7 Ordo Primus Constitutus in Re Publica, quo Constituti Supremi honoris ad distinctionem ceterorum Ordinum.
- 8 Fæminis Clarissimis, exque Primi Ordinis, Suprema iura Constituta fuerunt.
- 9 Fæminis Patricijs concessum ius Sacrorum, 10. Vestitum, 13. Licetorum, 14. Imaginum.
- 11 Ornamenta muliebria, qualia ex Vlpiano.
- 12 Galerius ornamentum capitis fæminarum.
- 15 Fæminis Nobilibus concessus Comitatus Imperatricium in Aula Constantinopolitana.
- 16 Vxoribus Nobilium concessi honoris, in omnibus, quibus decorantur viri.
- 17 Gorra ornamentum fæminarum Illustrissimarum inter Hispanos.
- 18 Fæminis Proceralibus, vulgò Grandes Assurgit Regina, & 36.
- 19 Fæmina Proceres, a conspectum Regina sedent in Puluinari.

20 A
21 A
uu
22 A
bu
23 A
ob
non
24 S
tri
25 A
bra
27 A
Sup
nit
28 A
bon
29 A
gifi
que
30 Ob
bus
31 A
ren
Sen
guli
aut
&
33 A
re B
sed n
37 Fa
cxb
38 A
des
Quo
DE
ce
1 R
Glos. 10

- 20 *Assurgere Magnus honor.*
 21 *Assurgere venienti, honor privatius Maiestatis.*
 22 *Assurgere Nobilibus, ac spectabilibus viris laudatum inter Gentes.*
 23 *Assurgere inferiores Superioribus obsequium; Superiores inferioribus honor.*
 24 *Salomō in obsequium assurrexit Matri, & 32. Sed priuatē, non Publicē.*
 25 *Assurgere honor laudatus inter Hebraeos, 26. Romanosque.*
 27 *Assurgere Principes Magistratibus Supremis laudatum in honorem Dignitatum.*
 28 *Assurgere Magistratibus Supremis in honorem, necessarium.*
 29 *Assurrectio honorifica, facienda Magistratibus Supremis, quomodo exequenda.*
 30 *Obuiam ire in honorem Magistratibus, quando, & quomodo?*
 31 *Assurgere tantum permissum in reuerentiam, dum auctoritate stat corpus Senatus in Pratorio; dum vero ut singuli obuiam cum Maiori Magistratui, aut equali, quod comprobatur ex usu, & More laudato.*
 33 *Assuerus assurgit, ex Solio suscipere Estherem, 35. Non ex voluntate; sed necessitate.*
 37 *Foemenino sexui Maximi honores exhibendi.*
 38 *Almohada, se pone à las Grandes en presencia de las Reynas, 59. Quod iustē receptum, in honorem illarum, & decorem Maiestatis.*
 39 *Pulvinaria, seu los Estrados, recepta ex More antiquo.*
 40 *Pulvini dicti, qui plumis resecti.*
 41 *Estrados receptos ex Maurorum usu, inciuliter prænotaui Carrillus, cuius verba referuntur.*
 42 *Triclinium pro Aula Regia, 49. Seu locus ad sedendum.*
 43 *Pauimenta Regiarum Domorum ornabantur in honorem Tapetibus, & Pulvinaribus.*
 44 *Ornamenta Domorum varijs explicata vocibus.*
 45 *Pulvinaria sunt laudata, 46. Priuatiua ornamenta Deorum, & 45.*
 47 *Ornamenta Pauimentorum inventa, & recepta à Persarum Regum etate.*
 48 *Vestibus Auleis ornabantur pauimenta Palaciorum.*
 50 *Didonis Stratum, Tapetibus, & Pulvinaribus structum, & 51.*
 52 *Pulvinaria à Principibus honorifica ornamenta habita.*
 53 *Sponda, seu Estrados, ornamenta honorifica, ad sedendum.*
 54 *Foeminis prohibitum sedere in subsejijs.*
 55 *Ornamenta Domorum, sub voce Estrados, laudata à Politicis, & Iureconsultis.*
 56 *Estrado, ab structura dictus.*
 57 *Stratus decantatus à Poetis pro re structa ad reclinandum.*
 58 *Stratum ex mente Iuris. Consultorum res ornata ad sedendū ex rebus cictis.*

DE HONORE DEBITO FOEMINIS PRO-
 ceribus, vulgò *Grandes*, tam ex proprio iure, quàm
 nuptis viris Proceribus, ex vi Matrimo-
 nialis vnitatis.

§. III.

Ratione vnitatis, ac cōnexio-
 nis maritalis, vt notamus
Glos. 10. num. 3. inseparabiles sunt, nec

tantū, quo ad honores Vir, & Vxor,
Glos. 12. à num. 3. Sed os, & caro mari-
 (3) ti habenda mulier, ad hoc vt
 Gg 3 quam;

quamcumque Procer ducat, Proce-
rali honore ornata laudetur, sicque
radijs Proceritatis refulgeat, hono-
ribusque veneretur, honoretur, ut cū
Ioan. Ouen dicamus:

A Sole suum deriuat Cynthia lumen.

3 Ex hac vnitae Maritali, ex
qua vxor Virago dicta, inductum
per Gentes fuit, ut maritus, & vxor
æquali honore, iisdem obsequijs, eo-
demque iure versarentur, inque om-
ni re tam publica, quam priuata, si-
cut ille Caius, illa & Caia, seu Domi-
nus, ac Domina dicerentur, ut viro
suo Ferdinando dixisse notamus, Eli-
sabetham Reginam Catholicam Ma-
ritali charitate ductam, Nebrisen. *Hi-
stor. Reg. Cathol. Decad. 1.*

4 De iuribus competentibus
vxoribus ex capite viri agimus, &
agemus, *dict. Glos. 10. & 12. & Glos. 51.
52. & 53.* Sed cum hæc iura Magna-
tum, circa infulas honoris, non ex re-
gulis communis iure procedant, sed
ex priuato, ac Supremo Maiestatis,
de eis agendū hic est, remittendo cō-
munia iura ad *dict. Glos. 11. & seqq.*

5 Ad decorem Reipublicæ, or-
natum Maiestatis, latè à *Glos. 2.* no-
tamus inventos Honores Publicos
fuisse, & Titulos, Epitheta honorifi-
ca, Signave vocalia, & muta, desig-
(6) nãtia, ac demonstratiua Clarissimatus,
Nobilitatis, ac Excellentia, de quo post
Glos. 1. & 5. latè in hac
(7) *Glos.* Diximusque Primo Ordi-
ni Publico, ab Ægyptiorum Regum
ætate, Persarum Sceptro, Romano-
rum Disciplina, Cōstitutos honores,
ac iura, ex quibus à Plebe, seu etiam
ab Ordine Equestri, ac Plebeio dis-
cretè versaretur, concessa illi Primo
Ordini iura Sacrorum Officiorum
vestituum, connubiorum, de quibus
latè in *Glos. & §. 4.*

8 Hæc iura Clarissimis Viris
Nobilibus, Patricialique Ordini
mancipata, communia fuisse foemi-

neo sexui invenimus, si antiquos mo-
res, ac Instituta recolimus: Inter Ro-
manos enim, cum primatum teneret
res Sacra, & ad Sacrificia Primo Or-
dini ædes fuerint discretæ, nec tan-
tum virili, sed foemineo: huic enim
(9) Cōstitutus locus fuit in Sacello
Pudicitia Patritia, in foro Boario,
ad Ædem rotundam Herculis, ad
quæ inadmissibiles Plebeia mulieres,
Liu. lib. 10 ut ex illo, honorū distin-
ctio versaretur Patriciarum, ac Ple-
beiarum foeminarū, de quo *Dracon.
de iure Patric. lib. 1. cap. 7. num. 3.*

10 Prærogatiua etiam circa ve-
stitum credita fuit (sicuti de Claris-
simorum, ac Patriciorum vestitu, di-
ximus §. 1.) Patricialibus foeminis,
Plebeis denegata mulieribus, ut Sto-
la demissa, Palla, aliaque ornamenta,
ex *Vlpian. in l. Vestis, §. muliebria, de
auro, & argento legats.* Hinc notamus
Ouid. lib. 3. de Pont.

----- Nec stola longa pedes.

Horat. lib. 1. Sermon. Sat. 2.

Ad talos demissa, & circumdata Palla.

De quo latè *Alex. ab Alex. dier. ge-
nial. lib. 5. cap. 18.* vbi *Tiraquel. & in
ll. connub. l. 3. verbo Palla.*

11 Et quamvis *Vlpianus* indi-
stinctè ornameta muliebria hæc om-
nia dicat in *dict. §. Muliebria*; præci-
puè vero Matronis Illustribus, Ve-
stibus Virginibus, ac Patricialibus,
in Honore, Nobilitatis, ac spectatæ
pudicitia signum erant *Vitta, Mitra,
Siuemitra,* ac *Calantica, dict. l. argu-
mento, dict. §. Ornamentum, de auro, &
argento legat.* ad capitis velamen, *Ti-
bul. lib. 1. Eleg. 6. Ouid. lib. 3. Fastor.
loquens de Rhea Vestali Virgine:*

*Ignibus illiacis, aderam cum lapsa ca-
pillis*

*Decidit ante Sacros linea vitta fo-
cos.*

Quæ

Quæ ornamenta, & si variè, diuersèque accepta, vt latè videre possumus apud Tiraquel. *ll. conub. litt. V.* (12) verbo *Vitta*, in forma tamen Galeri vsitata fuisse, notat Iuuenal. *Satir. 6.*

Et nigrum flauo crinem abscondente Galero.

De quo ex Pignor. vide supr. *Glos. 16. num. 26.* vsus receptus à Laconicis Nobilibus mulieribus, Arcadisque *Cyna, Pileo*, seu *Petafo*, vtentibus ad ornatum, & speciositatem capitis, Lazar. Vaif. *de rer. Vestiar. cap. 20.*

13 Erat etiam in signum honoris, vtque Dignitas, Nobilitasque conspectior, ac honoratior foret, Primo Ordini foemineo concessum, vt lictoribus vteretur, Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 1. cap. 27.* iusque Statuarum, & Imaginum, vt ex (14) Tacito, Budæo, & Pontano, Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 7 à num. 24. & cap. 20 à num. 106.* Tiraquel. *de Nobilit. cap. ult.*

15 Ex quibus Supremis iuribus à Constantinopolitanis Imperatoribus laudatum, notat Codin. *de offic. Constantinopolit. cap. 22* vt Senatorum Magnatum, ac Principum vxores præstantiores, ac Nobiliores, Imperatrices prosequantur, honorent, ac recipiant, inque Gynnacæo comitentur, vt comitatu illo Illustri conspectior fiat Maiestas, illarúque Dignitas radijs Maiestaticis illuminata splendidior refulgeat.

16 Quod à Regibus Nostris cognitum, edoctisque ex Aristotelis præceptis Principis edocentis, in decorem Maiestatis, vt subditos honoribus ornent, ac decorent, in obsequium, ac auctoritatem Nobilium Clarissimarum foeminarum statuerunt, vt eisdem decorentur reuerentijs, quibus, & viri, tam in Ducum, Marchionum, ac Comitum Epitheto, verbali necessaria reuerentia de

Señoria, permilla *de Excelencia*, de quo latè *Glos. 52. & sequentib.* quam quod in scripto, Titulo Regalis cognationis *de Primas*, decorentur.

17 Illud etiam commune fuit vxoribus Magnatum inter Noftrates, vt sicut, viri in honorem vterentur, vt notamus §. 2. *Pileo, Galero*, aut *Petafo*, ita, & Clarissimæ Illustrissimæque foeminae ad ornatum capitis *Vitta, Mitra*, aut *Calantica*, apud Nos dicto *Gorra*, de qua supra num. 12. vt illo Maiestatico signo à cæteris communibus mulieribus discretæ haberentur.

18 Priuatiuè vero Magnatum foeminarum, siue ex iure proprio cõpetat Proceritas, siue ex Maritali vnione, ac societate, illud receptum est ex more Aulico, Carrill. *Origen de la Dignidad de Grandes, Discurso 7.* vt dum in Gynnacæo, Regiave Aula ingrediuntur ad conspectum Regina- rum, assurgat Regina, sedeantque in (19) puluinari: *La honra que reciben las mugeres de los Grandes, y que es igual à las mayores, que gozan sus maridos en la presencja Real, es, que la Reyna se leuanta de su Estrado à recibir las, y las dà almohada para que se sienten.*

20 Maximi enim hi honores habendi, cum vnusquisque in se summum teneat inter publica Nobilitatis ornamenta; ideo de vnoquoque discretè agendum.

Assurgere venienti, in Republica, sic maximus honor receptus, ac laudatus fuit, vt priuatiuum Maiestatis haberetur inter ambitiosas Imperatorum luxuries honorum, taliter, vt incommunicabilis crederetur, filijs Augustorum, etiãsi Imperatorijs nominibus auctis, vt de Augusto notat Sueton. grauiter querente in Senatu, eo quod venientibus nepotibus assurrexissent, quasi ex eo in superbiam præcipitarentur, Lyps. *elect. cap. 10.*

22 Sed quamvis hic honor, aliquo tempore, ex ambitiosa libidine

ne Imperatorum suspensus fuerit, in-
comunicabilisque alijs præter Prin-
cipis personam, adhuc tamen inter
Gentes ratione ductas, virtutem-
que, ac Nobilitatem colentes, admis-
sa fuit assurrectio his, qui honoribus
digni putabantur ex Nobilitate, vir-
tute, gloria, aut munere, Alexand. ab
Alex. *dier. genial. lib. 2. cap. 19.* Hoc
(23) vero attento discrimine, vt as-
surgendo inferiores superioribus,
credatur libata reuerentia Maieftati,
ac Superioritati in signum obsequij,
& recognitionis, Lypf. *diēt. cap. 10.*
latè Lorin. *AA. Apostolor. cap. 1. vers.*
15. & cap. 15. vers. 34. Si vero assur-
gat Superior inferioribus viris, No-
bilitate, Gratia, aut Dignitate con-
spicuis, habeatur pro honoris luce,
qua Maieftas publicas illuminat Di-
gnitates, vt splendidior lucefcant Ma-
ieftatis fulgor, cuius radij habentur.

24 Inter maximos honores Ma-
tri Bersabeæ exhibitos à Salomone,
& ex quo ille clarior, & Illustrior ef-
fectus, ille fuit, de quo 3. *Reg. ca. 2. Et*
surrexit Rex in occursum eius. De quo
vidend Abulens. *quest. 22.*

25 Ex more isto inter Hebræos
laudato assurgendi in honorem, de
quo latè Lorin. *Act. Apostol. diēt. vers.*
15. & 34. extincta vero iam, seu tem-
perata Imperatorum Romanorum li-
(26) bidine, notamus Trajanum Sen-
atores, Patritiosque viros, in hono-
ris exhibitionem assurgendo osculo
recepisse, Plin. *in Panegyrr.* A quo
edoctus Antoninus, cum eum salu-
tassent Gratianus, Adamantus, &
Opilius Macrinus optimæ virtutis,
vtriusque ordinis, Nobilitate, vir-
tute, ac officiorum viris, ad eos pro-
cessit, id est, assurgit, vt ex *l. 1. C sen-*
tent. pass. notat in ea *Accurs.* verbo
Processisset.

27 Ex capite huius fontis scatu-
rijt mos Aulicus, receptus, ac lauda-
tus à Regibus, & Imperatoribus, in
authoritatem Dignitatum Suprema-
rum, vt honorentur à proprio Prin-

cipe, eis aliquatenus assurgendo, vt
latè notant post Felin. *in rubr. de Ma-*
iorit. & obedient. Angel. l. 1. C. de sen-
tent. pass. Nicol. Brun. *de ordin. grad.*
num. 49. Barbat. *de prest. cas. 8. quest. 1.*
vers. Bellissimum, Stephan. Gracian.
discept. Forens. cap. 284. nu. 11. Giurb.
conf. 38. num. 22.

28 Et ex illo fonte etiam pro-
fluit Politicum, Ciuileque Arcanum
summe laudatum, vt Magistratibus
Supremis, vulgò *A los Presidentes,* ad
ingressum in Consilij assurgatur in
reuerentiam, ac obsequium, de quo
videndi vltra Gracian. *diēt. cap. 284.*
& adductos *num. antecedenti,* Calixt.
Ramir. *de lege reg. §. 7. num. 5.* Solor-
zan. *tract. de las plaz. honorar. num. 278.*
referens Giurb. Zyppeum, Mastrill.
Bobad. & alios.

29 Sed in hac Suprema, ac au-
thoritatiua ceremonia, non absolute
incedendum est, sed distinctione
adhibita; aut enim Consilij corpus in
Throno, aut Prætorio authoritative
fedet, aut coadunatus stat ante Ses-
(30) sionem. Primo casu tantum as-
surrectio necessaria: Secundo vero,
nec assurgendum tantum, sed obviam
eundum est Præsibus, stantibus ve-
ro in vtroque actu omnibus de Con-
silio capitibus discoopertis, vsque dū
suum teneat locum Præs, omneque
Consilij corpus.

31 Firmatur hæc Ciuilis, reue-
rentialisque ceremonia, in Maiorum
more, ipsoque in iure Maieftatico.
Inuenimus enim, quod cum Supre-
mus Senatus in Pascharum ferijs,
in Sexviralem Aulam progreditur
ad carceratorum visitationem, Sex-
viri, vulgò *Alcaldes,* cum vt corpus
authoritative stent in Prætorio, Im-
perium suum referentes, Supremam-
que criminalē authoritatem, & non
obviam eunt Senatui; sed stant, vs-
que dum Præs, ac Senatus sua te-
neant loca: In cæteris vero diebus, in
quibus Consilium intercedit ad visi-
tationem ordinariam carceratorum,
cum

cum
tue
Con
enim
Mag
præ
thor
ac o
vivi
rem
veni
aut N
ceat,
senten
iori
capit
32
Reg
statis
exijff
in occ
(33)
reside
vestib
Solio
fuis, E
tur M
ritate
in ob
tum, s
34
Mos
statis
dum S
in Th
thorit
le: Cu
tri, ob
non er
stated
priuat
fit du
qua ill
bebat,
diēt. cap
cè, ac i
haud d
Thron
in ded
Perfar

cum Sexviri non spectent authoritatiuè, sed vt singuli, ideo obviam eunt Consiliarijs venientibus. Sedente enim in Prætorio, aut in Tribunali Magistratu, Regiam Maiestatem repræsentat, publicamque sustinet authoritatem, quam tueri sui muneris ac officij est, nec illam submittere obviam eundo potest, & si in honorem assurgere, ac in venerationem venienti Supremo alij Magistratu, aut Nobili, Clarissimoque viro, deceat, vt notamus supra ex dict. l. i. C. *sentent. pass.* necessariumque sit Maiori Magistratu, vt Præsidi tanquã capiti illius Mistici corporis.

32 Et si obijciant, Salomonem Regem in Throno sedentem Maiestatis surrexisse, obviamque matri exiisse, 3. Reg. cap. 2. *Et surrexit Rex in occursum eius, adorauitque eam.* Af. (33) fuerumque Assiriorum Regem residentem super Solium Regni, suis vestibus Regijs ornatum exiisse de Solio, recepisseque Estherem vlnis suis, Esther cap. 11. Ex quo videbatur Magistratibus Supremã Authoritatem Maiestaticam retinentibus, in obsequium, nec assurgendum tantum, sed obviam eundum.

34 Adhuc tamen ceremonia, seu Mos Maiorum noster, ex iure Maiestatis laudanda est, nec obviam eundum Supremis Magistratibus, dum in Throno, Solio, aut Prætorio authoritatiue sedet corpus Magisteriale: Cum, & si Salomõ surrexisset matri, obviam exiisset Assuerus vxori, non erat Salomon in Throno Maiestaticè, cum Matrem suscepit, sed priuatim, obviamque ad eam processit ductus ex maternali charitate, ex qua illam obsequialiter reuereri debebat, vt notat Cornel. à Lapid. in dict. cap. 2. vers. 19. Cum si Maiestaticè, ac in Publico reciperet Matrem, haud deberet ire obviam illi, nec à Throno discedere, cum verteretur in dedecus Maiestatis, vt exemplis Persarum, & Romanorum, notat

Cornel. à Lapid. dict. cap. 3. vers. 19.

35 Nec Assuerus surrexit in occursum vxoris, quia Maiestaticè agebat, vt patet ex litera, nec exijt à Solio, nec vxorem Estherem recepit in vlnis suis, vsquequo illa corruit, & in pallorem colore mutato, laxa super ancillam reclinauit caput, Esth. dict. cap. 11.

36 Si hæc enim vt summe necessaria ad decorem Maiestatis credita sunt, quanto potiori iure laudatum in decorem, tam Reginarum, in honoremque Clarissimarum, Nobiliumque foeminarum: *Que la Reyna se leuante de su Estrado à recibir las Grandes*, tam ex qualitate Dignitatis Proceralis, quam attenta foemini sexus præexcellencia, sic semper vbique laudata, vt Alexander Magnus, teste Quinto Curcio, lib. 5. cap. 8. ad conspectum Syfigambis considerare noluisset, & si ipsa annueret.

38 Sequitur honor *De darle à las Grandes Almobada para que se sienten:* dignè digna habita fuit hæc ceremonia, seu vsus, in honorem Nobilium, (39) Proceraliumque foeminarum, cum à Romanorum Regno, & antea, pulvinaria in genere Patrio Idiomatice: *Los Estrados compuestos de almobadas*, (40) Pulvinarque (sic dictus, quia plumis farcitur, Var. lib. 4. *La almobada*, Ciacon. de Triclin. Guillielm. Stuk. *antiquit. conuiu. lib. 1. cap. 33.*) illius vsus signum honoris fuerit, libatum Primoribus viris, ac foeminis, Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 9. num. 390.

41 Et miror quo principio, iure, aut ratione D. Ildephons Carrill. Hispana ornamenta, seu *A los Estrados*, nec tantum Domorum Nobiliu, sed Maiestatis decorosa vestimenta (vestimentum accipimus omne ornatum pauimentorum, vt latè notat Ciacon. de Triclin. Cerd. ad Virgil. lib. 1. vers. 642. num. 12.) suscepta dicat ex Barbaro Maurorum vsu, leua-

taque ad Regias Aulas, Thronos, Tricliniosve, audiamus Carrill. *dict. Discurs. 7. Como la mayor parte de España estuuo sujeta à los Sarracenos, aunque despues los auyèt assè, y expeli. se à la Africa, de donde avia procedido aquella Militar inundacion, tomò de los Barbaros algunas costumbres, y de su lengua algunas voces, de q̄ usan los Españoles: vicios comunicados de la vezindad de los Arabes, usan los Mahometanos de Estrado, y se siētã hõbres, y mugeres en los pauimentos de los edificios. Este uso permanece oy entre las mugeres Españolas; y por esso la almohada, y Estrados Moriscos son adorno comun de las Casas Nobles, y Plebeias.*

42 Cum ornamenta pauimentorum Regiarum Aularũ, seu Tricliniorũ (accipimus Tricliniũ pro Aula secundũ Ciaconũ, & alios) in quibus sedebatur, aut reclinabatur, ordinarentur ad splendorẽ, & Maiestatem, Tapetibus, Pulvinaribus, seu (43) Pulviolis, Bullenger. *de Imper. cap. 34. lib. 2.* ex plumis, vt folijs rosarum repletis, aut Peripetasmatis, Theodor. Hoeping. *de iur. insign. cap. 10. à num. 155.* Mos à Persarum Regũ ætate laudatus, à quibus translatus ad Græcos, & Romanos, à quibus Aulea ornamenta recepta, quæ (44) & si varijs explicata vocibus præcipuè dicta fuit Pulvinaris.

45 Hinc Pulvinaria sic summe habita, vt priuatiua Deorum crederentur, Sacrataque Deis habebantur, cum sub eis effigies Deorum imponerentur, vt que pro numine haberetur, in Pulvinari assidere.

46 Sed omisissis, quæ de Pulvinaribus Deorum, notant Plin. *Panegy. Trajan. Seru. lib. 3. Georg. Ciacon. de Triclin. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 5. cap. 26. Guillielm. Stuk. de antiquit. conuileal. lib. 1. cap. 35. Adrian. Turneb. aduer. lib. 7. cap. 17. Gutther. de iure Pontif. lib. 3. cap. 9. Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 9 nu. 390. Philip. Beroald. ad Sueton. in Iul. Cesar. cap. 36. & in August. cap. 45. vbi*

Leuin. Torren. & Sabelic.

47 Haud ignorare poterat Carrillus, quod vt notamus supra, à Persarum Regum regimine, ad ornamentum, & cultum Maiestatis receptæ fuissent Regiæ vestes parietum, ac pauimentorum Domorum, ac Palatiorum, Cubiculorum, ac Aularum Regiarum, vt latè Athen. *lib. 5. & lib. 12. Bullenger. de Imper. cap. 34. lib. 2.* Inter quas præcipua Tapeta Pulvini, Pulvili, ac Peripetasmata.

48 His arte laboratis vestibus, vt cum Virgilio loquamur, à Persico more, seu luxu inventis, notamus vñs fuisse gentes ad ornatum, & decorem Maiestatis Ciuilis, leuatis, præcipuè, ac receptis ad structuram, & decorem Regalis Triclinij (accipimus (49) Triclinium pro meta, seu loco ad sedendum generice, ex mente Ciacon. & aliorum) vt de Palacio (50) Didonis modulatur, Virgil. *Aeneid. 1. vers. 644.*

Arte laborata vestes, Ostroq; superba.

Vbi videndus Cerda, *num. 12.*

51 Deque Regifico ornatu Spõdæ (El Estrado, apud Nos ex mente Cerdæ) structæ ex Aureis vestibus, Tapete, & Pulvinaribus, ad speciositatem, Maiestatisque authoritatem demonstrandam, idem Virgil. *cod. lib. 1. vers. 701.*

Auleis iam se Regina superbis.

Aursa composuit Sponda.

Vbi Cerda, *num. 8.*

Hinc Pulvinar à Principibus inter Maiestatis ornamenta laudatum, (52) notat Sueton. *in Domic. cap. 13. Vocatam eam in Pulvinar suum.*

53 Hinc Sponda Pulvinaribus structa, recepta ad operienda pauimenta Domorum Illustrium, atque reclinatorium, ac Sessionẽ, Marcial.

Effultis ostro, sericisque Puluinis.

Ti-



Tiraquel. *l. Connub. 3.* verbo *Pulvinar.* Fœminarum præcipue cum fœ-
(54) minino sexu sedere in subli-
lijs, nec Græco More, nec Romano
a missum fuerat (extra priuatos la-
res, familiamque propriam) in con-
uiujs, congressibus, re que publica.
Ciacon. *Stuk. & Bulleng. ex Athe-
neo, & alijs.*

55 Illa enim structura, seu or-
natus pauimentorum compositus ex
iactis Tapetibus, Pulvinaribus, aut
pulvilis, seu Perispetasmatis, quæ in-
ter ornamenta Illustria Nobiliarum
Regiarum fœminarum, & Nobilium
meratur, haud obliuioni inter Ro-
numanas Gentes commendatus fuit,
nec ignotus Politicis, Iuris-Consul-
tisque sub voce *Estrados* (ab struendo
(56) inventa, cum omne compositum,
ac structum ex diuersis speciebus
stratum dicatur) ad hoc vt Mauro-
rum inventum vindicetur à Car-
rillo.

57 Si enim Romanos Poetas
recolimus, enarrantes Romanas res,
inuenimus inter ornamenta inuen-
ta, ac recepta ad ornatum pauimen-
torum, *Los Estrados de las Señoras*, sub
hac voce *Stratum*, Virgil. *Aneid. 4.*
vers. 82.

----- *Stratisque relict. s.*

Papin. *Sylu. 1. de vener.*

----- *Fassa iacet stratis.*

Et 2.

----- *Impositis stratis.*

Quod struebatur Auleis vestibus il-
lis, quibus apud Nos *De Alfombras, y*
Almobadas, Virgil. *Aneid. 7.*

*Instratos Ostro alipedes, pictisque Ta-
petis.*

Marc.

*Stragula purpureis lucent villosa Ta-
petis.*

Tibul. *lib. 1. Eleg. 2.*

*Nam neque tunc pluma, nec stragu-
la picta soporem.*

58 Nec Iuris-Consultos (vt di-
ximus) stratum qualitas, structura,
compositio, & ornatus latet: immo
recolitis illorum responsis. Stratum
inuenimus dixisse ornamentum neces-
sarium fœminis Illustribus, *l. Instra-
tum, de verbor. signif. 1. Si victum, de sen-
tent. & re iudic.* Et quamvis in strato
genericè sumpto omnes vestes Aulic-
as, tam pauimentorum, quam pa-
rietum comprehensas credant in *dict.*
legib. Accurs. Andr. Alciat. & Petr.
Rebuf. in *dict. 1. Instratum*; attamen
verè, ac in specie Antonomasticè
stratum habebatur, omne illud quod
eijciebatur in pauimentorum orna-
mentum: *Como el Estrado compuesto de
tendidas Alfombras, y de Almobadas.* De
stratus compositione, comprehen-
sioneque, latè post Alciat. & Rebuf.
Rader. in *Marc. lib. 2. Epigram. 14.*
Scharder. *Lexic. verbo Stragula.*

59 Ex quibus decantandum,
non ex Maurorum vsu, sed ex Ma-
iestatico Arcano, communique Gen-
tium Placito, iuste, in honorem Il-
lustrissimarum Procerum fœmi-
narum, Laudatum Morem Sessio-
nis, ac Pulvinariorum, cum in eo, nec
tantum versetur authoritas Digni-
tatum Regalium Magnatumque fœ-
minarum, sed decor, ornamentum
Palatiorum, & Aularum Regalium,
necessarius, ad splendorem, & deco-
rem Maiestatis, & ipsius Regis, vt
notamus en *el Tratado de la Nuaricion
Real, cap.*

COMENDADOR MAYOR DE SANTIAGO,
Calatraua, y Alcantara, y à los Claueros de las dichas
tres Ordenes.

S V M M A R I V M.

- 1 **O**rdinum Militarium Origo, & Dignitates.
- 2 Ordinis Militaris Diui Iacobi ortus Regno Ferdinandi Legionis, & Ildephonsi Castelle.
- 3 Ordinis Calatraue ortus sub Sanctio Rege.
- 4 Ordinis Alcantara ortus sub Regno Ferdinandi Legionis, & Castelle.
- 5 Magister caput Ordinum Militarium.
- 6 Dignitas: De Treces, in Ordine Diui Iacobi, Summa.
- 7 Dignitas prima in Ordinibus Calatraue, & Alcantara Preceptor maior, vulgo Comendador mayor, 8. & 21. Secunda Clauicularius, vulgo: Clauero, & 27.
- 9 Preceptoria maiores dua in Ordine Diui Iacobi.
- 10 Preceptor maior, Comendador mayor, in Ordine Diui Iacobi, praefert Magisterialem gladium in signum Dignitatis.
- 11 Magnus Domesticus in Aula Constantinopolitana, praeporat enses Imperatoriam, 17.
- 12 Saxonia Dux in Imperio Germanico, Archimariscalius Imperij, in cuius signum praefert enses Imperatorium.
- 13 Comes Spartarius, Dignitas in Aula Regum Gothorum, ex portatione mensis Regalis.
- 14 Alferez mayor, in signum Imperij praeporat gladium regium.
- 15 Comites Oropesa, enses regium inter Hispanos, in actibus publicis praeporant, ex More, & iure antiquo, 16. Et bis absentibus, El Cauallero mayor, 19.
- 18 Magnus Domesticus, prima Dignitas in Aula Imperatoria.
- 20 Protostator idem, quod Archimariscalus.
- 22 Preceptor maior in Ordine Calatraue Dux, seu Capitan General de las Lanças de la Orden.
- 23 Ducis, vulgo: De Capitan General, Dignitas Summa.
- 24 Praeceptoria, vulgo Encomienda, idem, quod mandatam iurisdictionem exercere. Preceptor maior: Comendador mayor, in designationem honorit, Maior appellatus, ibidem.
- 25 Maior, qui ceteros in honore praecellit.
- 26 Maiores Antonomastica, dictae Prima Dignitates, Ciuiles, Militares, & Aulica Regum Hispanorum, Francorum, & Imperatorum.
- 27 Clauicularius Ordinis Calatraue, custos clauium Castris Ordinis.
- 28 Clauicularius Ordinis Alcantara, custos clauium Archiui Ordinis, & 49.
- 29 Clauicularius Calatraue, Praefectus Castellis, seu Arcis Ordinis.
- 30 Castellorum structio inventa ad defensionem, & tuitionem Imperij.
- 31 Clauium traditio, signum translationis Domini.
- 32 Claves, signum Auctoritatis, & Imperij, & 35. Ac ex Comenda iurisdictionis, & Potestatis.
- 33 Claves tradere, signum subiectionis.
- 34 Clauicularius, vulgo, Clauero, idem quod, Alcaide, inter Hispanos: Burgabrium, inter Germanos.
- 36 Saxonia Dux, Burgarius Magdeburgij.
- 37 Brandenburgensis Marchio, Burgarius Norimbergensis.
- 38 Clauicularij, Dignitas Militaris.
- 39 Clavis tradebatur Praetoribus, in signum Imperij, & 40.
- 41 Rubrica, C. de Praet. & hon. Praetor. lib. 12. refertur, exponiturque.

42 Cl
torib43 Au
tatio

44 Cl

45 Au
litar46 Au
crim

& M

DE

tar

G

L

I

I

Iure, ac

graphis

scriptum

his ager

fit ad me

stinctio

rum, Di

post Ma

mum gra

ior, Con

commun

latraue,

Clauero.

uerential

lum: De

aliquid d

2 D

do (de c

tium diff

Ferdinan

IX. Cast

dinandez

phydrom

nuit, Pont

tio Non

nis Domi

- 42 Clauarium Donatiui nomen, Prætoribus collatum.
- 43 Augusti Clauis Dignitas, ex præportatione Clauis Imperialis.
- 44 Clauus, Militare ornamentum.
- 45 Augusticlauium, ornamentum Militare.
- 46 Augusticlauij, & Augusticlaui discrimen, ex mutatione litterarum V. & N.
- 47 Clauium Castri cura commissa Tribunis Militum, Romanorum Imperio, ex Iur. Consult. Menandro.
- 48 Tribunorum Militum Dignitas Militaris Summa.
- 49 Archiepiscopus Moguntinus Clauicularius, seu Archi-Chancellorius Archiui Imperialis.
- 50 Præceptor maior, & Clauigero Ordinis Montesia, præscripta Señoria.

DE DIGNITATIBVS ORDINVM MILITARIUM, vulgò: Comendadores mayores, y Claueros: Et illorum officijs, Muneribus, & Honoribus.

GLOSSA TRIGESIMAQVARTA.

DE Militarium Nostorum Ordinum Origine, Nobilitate, Dignitate, Iure, ac Priuilegijs, sic à Historiographis Doctoribus narratum, ac scriptum, vt imprudentiæ esset de his agere. Sed, cum in vnoquoque sit ad melius regimen, Constituta distinctio Supremorum, & inferiorum, Dignitatumque Ordo, quarum post Magistrum, vulgò *Maestre*, Primum gradum tenet, Præceptor maior, *Comendador mayor*; Idiome communi, Secundum in Ordine Calatrauæ, & Alcantaræ Clauicularius, *Clauero*. Ex quo à lege permissum reuerentiale, ac honorificum vocabulum: *De Señoria*. Et si breui Calamo, aliquid de illis prænotare necesse.

2 Diui Iacobi Equestris Ordo (de cuius ortu varius Scribentium dissensus) sub Sceptro Regum Ferdinandi Legionis, Ildephonsi IX. Castellæ, Magistro Petro Ferdinandez à Fonte-Encalata, Amphydromialem spiritualementem tenuit, Pontificatu Alexandri III. tertio Nonas Iulij, Anno Incarnationis Domini M.C.LXXV. coadu-

natis ad simul agendum de Spirituali Instituto Animæ, & Militari defensione Christianorum, corpufque regulare conflantibus, sub Regula Diui Augustini, Equitibus Sæcularibus, Canonicis Regularibus S. Loy (Consilio Cerebruni Tolletani Præsidis, Petri Compostellani) sub manu Magistri, Tituloque Ordinis Diui Iacobi de Spata.

3 Sub manu Sancij III. dicti *El Deseado*, Auspicijs Raimundi Abbatis Cisterciensis Ordinis, & Didaci Velazquez spectatæ virtutis Militis, Lustralem meruit diem Ordo Militaris Calatrauæ, Titulo accepto à Castello illius nominis, Donato Institutioribus à Sancio Rege, laudatus Sacro Diplomate Alexandri III. anno M.C.LXIII. Garcia Primo Ordinis Magistro.

4 Regno Ferdinandi Legionis, & Castellæ, Gomezus Ferdinandus Summæ Nobilitatis Eques, initium dedit Ordini Militari Sancti Iuliani de Pererio extracto Cœnobio ad ripas Coæ fluminis, in Opido illius nominis, decem Milliaribus distante à Ciuitate, dictas

Ciudad-Rodrigo, anno vt aliqui credūt M.C.LVI. vt alij M.C.LXXVI. Confirmato ab Alexandro III. anno M.C.LXXVII. Lucio III. anno M.C.LXXXIII. Hic Ordo floruit sub Magistro ad instar Ordinis Diui Iacobi, & Calatrauæ, Titulo Diui Iuliani, vsque ad Regnum Ildephonsi VIII. In quo erepto à Mauris Alcantaræ Oppido, anno M.CC.XIII. concessoque Ordini Calatrauæ, illius Magister Ferdinandus de Quintana, illud donauit, Regis voluntate, Nunio Ferdinando Diui Iuliani Magistro, qui Sedem Ordinis in Alcantaram transtulit, vt arx esset, propugnaculumque, ad incursum Maurorum. Ex qua translatione, antiquato Titulo Diui Iuliani, Ordo Alcantaræ dictus fuit.

5 Hæc fuit Origo Nobilissimorum trium Ordinum Militarium, in quibus (vt diximus) caput, seu Stips *Magister est.*

6 Sed, & si in Ordine Diui Iacobi, à primo ortu sit Dignitas: *De Trezes*, vt ex Bulla Alexandri III. & Regula notatur; quibus præscriptum ius eligendi Magistrum in obitu, & causis à iure Constitutis, Consilijque ad dispositionem rerum communium, cum de eis lex Nostra, nihil loquatur, nec Nos.

7 In his Ordinibus, Primum Gradum à Magistro tenet *Præceptor maior, Comendador Maior*, Regla de Santiago, *Statut. de el Orden de Calatraua, fol. 147. Statut. de el de Alcantara, tit. 18. cap. 1. & 2.* In Ordine Calatrauæ, & Alcantaræ, Secundum Clauicularius, *Clauero*, *Statut. de Calatraua, dict. fol. 147. de el de Alcantara, tit. 25. cap. 20.* Horum munera in Ordine Maxima, ex quibus *Dignitates* dictæ.

9 Præceptoris maioris Diui Iacobi munus, & exercitium. (Nota, quod in hoc Ordine duæ sunt Dignitates Præceptoriales Maiores, sub

Titulo Castellæ, & Legionis: quæ (10) duplicatio orta à Regno Ferdinandi II. Legionis Regis, & Ildephonsi IX. Castellæ. De qua *Glossa 35. num. 7.*) vt in Constitutionibus, est deferre *Ensem*, seu *Gladium Magisterialem*, signum sui Imperij, Potestatis, & Authoritatis, *Bobadill. lib. 1. Politic cap. 13. num. 75.* ex *Herodian. & Petr. Gregor.* Ex eo honor Supremus Præceptoris creditus, Dignitas Summa; nec priuatiuo iure Ordinis tantum; sed communi Gentium. Sic inuenimus (omissis alijs, quæ de Ense Prætorio, Ense cingendo, tradendoque in signum sui Imperij, notant *Scriptor. (11) res*) in Aula Imperatoria Constantinopolitana, concessum Primum Dignitatis gradum *Magno Domestico*, cuius erat *Ensem Imperatorum* reportare, *Codin. de offic. Constantinopolitan. cap. 5. num. 5. & cap. 14. num. 16.*

12 Mutato, à Græcis ad Europæos Imperio, Imperatores Romani Germanici antiquum seruantes Morem, Præfecturam Imperialis *Ensis*, seu *Gladij*, in honorem concessere Duci Saxonico, ex eo Constituto Imperij Archimariscalii, *Restaur. Castald. de Imper. quest. 7. num. 7. & quest. 71. num. 7.* ex *Nolden. Bessold. thes. Practicar. litter. C. num. 33.* *Ioan. Lynn. de iur. public. lib. 3. cap. 10.* *Petr. Gregor. lib. 47. Syntagmat. cap. 14. num. 6.* ex *Arum. Fabric. Rosin. & alijs Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 6. ex num. 609. cum sequentib.*

13 Illam Sacram Politicam ceremoniam Imperatorum Constantinopolitanorum, acceperunt Gothici Reges ab illa ætate, qua floruerunt sociali iure, inter Imperatoria vexilla. Ex quo Dignitatem constituerunt Comitibus Spathariis, à præportatione Spathæ strictæ in Aula Regia. Vt ex subscriptionibus Concilij Toletan. VIII. *Cunefridus Comes Spathariorum,*

Con-

Cono
nor, v
Milit
diam
Panti
Dom
rum, I
VIII.
fol. 49

14
tum, v
Alfer
iestati
9. par
de el. C
tempo
necess
splend
(15)
Ensis,
inter
Carr
Discur
nor.

16
ab Inf
mirari
prædu
origin
dict. D

Conde
minenc
zo may
lo de la

(17)
tus sit

perato
no De

(18)

offic. C

Magna

vbi G

Symo

Dignit

(sicuti
(19) s
ta Reg
yor, vt
li ingr
gis; in

Concil. Toletan. XIII. Ni ille honor, vt aliqui credunt, fuerit Ducis Militum Constitutorum ad custodiam corporis Regum. De quo Pantin. *de Dignitat. & offic. Regn. ac Dom. Gothor.* verbo Comes Sparthariorum, Loais. *in not. ad Concl. Toletan. VIII.* Saauedra *Chron. Goth. cap. 30. fol. 495.*

14 Inde etiam apud Nos seruum, vt Primipilarius Regis, vulgò *Alferex mayor*, in designationem Maiestatis enssem regium portet, *l. 6. tit. 9. par. 2. E por esto trae la espada delante de el.* Quod munus, vsque ad Nostra tempora perdurare, notum, tanquam necessarium ad designationem, & splendore Maiestatis, *dict. leg. 6.* Ideò (15) exeunte publicè Rege Nostra, Ensis, seu Spata Regia præportatur inter Nos, à Comitibus de Oropesa, Carrill. *Orig. de la Dignid. de Grand. Discurs. 6.* quibus hic concessus honor.

16 Sed, & si videamus aliquid ab Instituto abesse, non possum, non mirari: quare sic absolutè, nullaque præducendi Ensem Regium, notata origine, honorevè præterat? Carrill. *dict. Discurs. 6.* Pero en el de à cauallo, el Conde de Oropesa, à quien toca esta prebeminencia, ò por su ausencia el Cauallerizo mayor lleua el Estoque desnudo, simbolo de la Iusticia, la Cruz leuantada sobre (17) el ombro. Cum sic summe habitus sit, sic Maximus, vt in Aula Imperatoria Cõstantinopolitana Magno Domestico crederetur (Prima (18) Dignitas in ea, vt ex Codin. *de offic. Constantinopol. cap. 2. qui num. 6. Magnus Domesticus post Casarè Primus*, vbi Gretser. *lib. 2. cap. 2.* Theophil. Symochat. *in Prothovestiar. explicat. Dignitat. fol. mibi 3.*) & illo absente (sicuti inter Nos Comite de Oropesa (19) sa deficiente, præportatur Spata Regia, manu *De el Cauallerizo mayor*, vt aduenisse testamur in triùphali ingressu Magni Philippi IIII. Regis; in quo ob infantiam Comitum D.

D. Duarte illum præportauit Dux Infantatus, tunc munere fungens: *De Cauallerizo mayor*) in Aula Imperatoria præportabat Gladiù Protrostrator, Codin. *de offic. Constantinop. cap. 5. num. 5.* Theophil. Symochat. *dict. fol. 3.*

20 Mutata vero Aulæ Imperialis forma, simul cum Imperio apud Germanos honor præportandi gladium Imperialem, ad Protrostratorem transijt, Gretser. *in Codin. lib. 2. cap. 2. num. 8.* Idem quod *Cauallerizo mayor*, apud Nos; & apud Imperatores Romanos Germanicos, *Archimariscalis*, Saxonico Duci competens, vt diximus *num. 12.*

21 Præceptores, seu *omendadores mayores* (vt ad Institutum reuertamur) Ordinis Calatrauæ *Statut. Titul. de las Dignidad. fol. 147.* Alcantaraque *Stat. tit. de las Elecciones, cap. 2.* Primæ Dignitates, qui præter quod Sedevacante Potestatem Superiore consequantur, iusque convocandi Capitulum ad electionem Magistri (ante vnionem loquimur) vnusquisque suo in Ordine Magnum, ac Summum gerit officium.

22 Præceptor maior Calatrauæ est Dux, seu Archimariscalis, *Statut. dict. fol. 147. Capitanes Generales de las Lanças con que sirue la Orden.* Quod (23) Militare Supremum munus, quantum conferat honoris, ac Dignitatis, tam inter Gètes, quàm apud Nos ab Ildephonso Rege, exprimitur in *l. 16. tit. 9. par. 2.* vide *Glos. 40.* In qua de Honore, Dignitate, ac reuerentia, *De los Capitanes Generales.*

24 Ad designationem honoris, ac Dignitatis competentis: *Al omen-dador mayor*, receptum est, vt & si in Ordine dicantur *Encomienda*, Præceptor, Gubernatio, seu Regimen alicuius Villæ, Oppidi, Castri, aut Territorij, & inde illi, cui à Magistro commendatur, *Comendador.* Hi, quibus Primariæ Præceptorie commendantur, in honorem venerantur

Titulo, seu voce *De Comendador mayor*. Cum maior (omissis, quæ Lexio- (25) nistæ Scriptores notant, verbo *Mior*) habeatur, & dicatur, qui plus inter cæteros pollet, l. 23. tit. 9. par. 3. *Merino mayor, è este ha gran poder*, omnesque antecellit. Hinc apud Nos in (26) Foro Ciuili, *Merino mayor*, ad designationem Excellentia, ac Supereminentia inter cæteros, l. 23. tit. 9. par. 2 l. 1. 5. & 9. tit. 4. lib. 3. *Recopil. Salaz. de Mendoc. Origen de las Dignidad. de Castilla, lib. 1. cap. 19. Canciller mayor. Idè lib. 2. cap. 6. Cauillo mayor, l. 16. tit. 9. par. 2. Salaz. de Mendoc. dict. lib. 2. cap. 14. In Aula vero Regia: Camarero mayor. Sicuti Protuestiarius in Aula Constantinopolitana, Codin. de offic. Constantinop. cap. 2. & 4. vbi Gretser. lib. 2. cap. 2. Symochat. in Protuest. Mayordomo mayor, Cauallerizo mayor, Andr. Bosch. Titls. de Catal. lib. 2. cap. 16. §. 4. Quæ munera ab Aula Imperatoria Constantinopolitana, sub nomine Magni Domestici, Protrostratoris, Codin. dict. cap. 2. & 7. Gretser. dict. cap. 2. accepit: Aula Francorum à Regno Carolingiorum, & Morouingiorum, Ioan. à Terra-Rub. contr. Rebel in Proem. Petr. Gregor. lib. 7. de Republ. cap. 1. nu. 14. & Syntagm. lib. 45. cap. 26. n. 11. ex Laz & alijs Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 6. nu. 432. Ioan. Lymn. Notic. Franc. lib. 2. cap. 15. Hinc apud Lusitanos, *A ferez mayor*. Primus ex omnibus, Cued. decis. 102. par. 2. *Como Adiantado sobre as outras.**

27 Secundum gradum (vt diximus) Constituunt in Ordine Calatrauæ, & Alcantaræ, *Los Claueros*, dicti Clauerarij, Clauigeri, Clauicularij. Sed, & si eadem appellatione decorentur, diuersè vero se gerunt hæc munera in vno quoque Ordine.

28 Clauicularius, seu Clauero de Calatraua, vt ex Statut. fol. 147. est custos Clauium Conuentus, & Castellii Ordinis: Alcantaræ, Clauium Archiui, Statut. de Alcant. tit. 25. cap. 20. Ab-

(29) sente verò Præceptore Maiori, vnusquisque ius habet convocandi Capitulum, primumque subintrat gradum Dignitatis in suo Ordine.

30 Ex illo enim munere, seu officio, vt melius dicamus cum Cicer. lib. 1. de offic. credito Clauiculario Calatrauæ custodiæ Clauium Castri, seu Castellii: Dicere poteramus creditam Præfecturam Cõuentus arcis, seu Castellii Ordinis. Nam, cū vt notauimus supra num. 3. Rex Sancius Raimundo Abbati, & Didaco Velazquez, Oppidum, seu Castrum Calatrauæ commédaret, vt esset arx, propugnaculumque contra Maurorum, & Barbarorum incurfiones (à quo Clausura, seu Castellum, cum hæc sit illorum instructio, vt ex l. 2. §. In Sardinia, & §. Homines, C. de offic. Præf. prat. Affric. l. vlt. C. de offic. Magist. Milit. l. Cura, C. de offic. Magist. offic. vbi de Origine Castellorum, Burgium officio Præfectorum, Gothofr. Cujac. lib. 3. Obseruat. cap. 24. latè Amay. in l. 1. ex num. 31. C. de Annon. & tribut. (31) lib. 10.) Credere, seu mandare Clauiculario Clauis Castellii, idem est, quod curam, munus, officium, defensionem mandare, ad idque Potestatem, & Imperium: Cum Clauis sit Symbolum sic acceptum (omissis, quæ de Clauibus, ad designationem spiritualis Potestatis notantur) nec tantum ad translationem Domini inter priuatos, l. 1. §. Si iustum, de acquirend. possess. l. Clauium, de contrabend. empt. §. Item si quis instit. de rer. diuis. (32) vbi latè omnes Scribentes. Custodiam, & administrationem rerum commissarum sub Clauibus: Sicuti familiarium vxori, ex traditione illarum, solemnibus Romanorum ritus in Nuptijs, Petr. Victor. lib. 2. variar. lectio. cap. 2. Hothoman. de Feud. cap. 22. Ossuald. lib. 3. Commentar. cap. 21. litt. H. Rosin & ad eum Demster. antiquit. lib. 5. cap. 37. Petr. Fabr. lib. 2. Semestr. cap. 23. Borrel. de Præstant. Reg. Catholic. cap. 9. num. 42.

33 Sed ad assignandam Authoritatem, Superioritatem, & Imperium in rebus publicis; unde fabularum enarratores in signum Potestatis, sicuti cæteris Dijs signa diuersa Plutoni, clauis designabant. Orpheus in *Hymn. Plutonis*:

Pluto, qui terra Clauis, & Regna gubernas.

Camil. Borrel. *de Præstant. Reg. Cathol. cap. 9. num. 44.* Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 2. num. 248.* Portumnoque Deo, quasi quod sub eo portuum esset custodia, Ouid. 4. *Metamorph. Rosin. antiquit. lib. 2. cap. 13.* Lilius Girald. & cum eo Borrel. *dict. cap. 9. num. 40.*

34 Hinc acceptum, vt in Auguratione, & Occupatione Urbium, Castellorum, solemne sit in signum subiectionis Clauis tradere Principi, Nicol. Boer. *de custod. Clauium, n. 5.* Theodor. Beierlinch. *Theatr. vit. human. litt. C. verbo Clauis; de quo etiam ipse Boer. dict. tract. late agit, quid sit traditio Clauium; quod ius, Authoritatem, Imperium constituat. Et quamvis multa cogerat, ex Iure Canonico, Ciuili, More, & vsu Gentium, Custodemque Clauium, Ostiarium dicat, ex l. Quæsitum, §. Ostiarij, de fund. instruet. l. fin. §. Hi quoque, de muner. cap. Constantinus 76. dist. cap. Ostiarus 23. distin. Attamen à n. 42. cum Luc. de Pen. notat ex Clauium commendatione mandari Imperium, Iurisdictionem, Potestatem ad defensionem Castri, curam Castellum, ex Aretin. & alijs Menoch. *conf. 353. num. 17.* Valenç. *conf. 1. num. 30.* Præfectumque, seu Castellatum creari dicemus, Martin Maguer. *aduocat. armat. cap. 10. num. 280.* Ille, cui clauis traduntur.*

36 Hinc Clauerarium, seu El Clauero, Præfectum, Castellatum, seu Capitanum Castri dicemus: Sicuti apud Nos, *Alcayde, l. 6. & 7. tit. 18.*

par. 2. Apud Germanos, *Burgabrius*, qui maiori, minorivè honore, aut Dignitate decoratur, secundum Excellentiam Castellum, aut Ciuitatis (37) commissæ. Ex quo, quia custodia Arcis Imperialis Magburgij cõmendata est Duci Saxonico, dicitur: *Burgabrius Magdeburgij, & ex ipso Marchio Bandeburgensis: Burgabrius Norimbergensis, Bessold. de Comitib. & Baron. Imper. num. 11. & Thes. Pract. litt. B. num. 95.* Ioan. Lymneo *de iure public. lib. 4. cap. 4. num. 83.* Ioan. Iacob. Speidel. *Notabil. Histor. Politic. litt. B. num. 65.* Philip. Knifchilt *de fideicom. famil. cap. 1. num. 153.*

39 Nec nouiter in Ordine Calatrauæ hæc Dignitas, *De Clauero* creata, ac Constituta habeatur, cum sub illa voce, aut Titulo, antiqua Militaris, ac summa fuerit. Et quamvis (40) illam decorare valeremus ex illustri Romanorum Origine, inter quos Prætoribus inter cætera Potestatis insignia Clauem tradit Scharder. *in Lexic. litt. C. verbo Clauis: Clauem dari credendum est Prætoribus, quoniam ea signum libera Potestatis, & Dominij in rebus acquisitis, probans ex rubr. C. de Prætor. & honor. Prætor. lib. 12.* (De qua meminit Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 6. num. 6.*) Cum rubrica sic exponatur: *De Prætoribus, & Honore Prætorum, & Collatione, & Gleba, & Clauis, & Pabuli, & septem solidorum functione sublata.* Deducentes Clauis, Clauem designare. Cum tamen Gothofred. *in suo Cod. exponens rubricam: De Clauis, mentionem non faciat, neque Cujac. Pen. Plat. Rebuf. Didac. Perez, Andr. vero Alciat. vocem Clauis, de qua (42) in rubrica, non esse Clauem teneat, sed speciem Donatiui Prætoribus Collati, Clauerarium dictum à Tacit. lib. 3. Histor. Clauerarium Donatiui nomen est flagitantium.* De quo Adrian. Turneb. *lib. 4. Aduefar. cap. 4.* non ex eo deducendum Originem muneris (43) *Clauicularij.* Sed ex illo, quod

Criticl notant ex Sueton. *in Othon. cap. 10. Interfuit in bello Pater meus Suetonius Lenis Tertia Decima Legionis Tribunus Augusti Clauus*. In quo Philip. Beroald. asserit. Trāquillum Lenem Suetonij Patrem in bello Ciuili Othonis, & Galbæ munus, seu officium obijse Augusti Clauij, acceptum ex præportatione Clauis Imperialis. Cui adfensit Marc. Anton. Sabelic. Et si dubitat, an Titulus or- (44) tus a præportatione Clauis, aut à Clauo; cūm Clauus fuerit Militare ornamentum, an quia Tranquillo concessum ius vtendi Augusti Clauio, veste Senatorum. In qua etiam dubietate hæret Beroald.

45 Cum tamen Leuin. Torren. & Theodor. Pulman. *in dict. cap. 0.* credant verè honorem Augusti-Clauij creditum Tranquillo. De quo Sueton. nō fuisse à Clauo, sed ab Augusti Clauio ornatu, Turneb. *aduers. lib. 1. cap. 2. & lib. 12. cap. 16.* quibus adhæret Gothofredi assensus *in l. Naper, de Donat. inter. l. Si Ruffinus, C. de testam. milit. tenentis contra Accursium*, Augusti-Clauium non fuisse Dignitatem, sed ornamentū Equitum Romanorum, ad distinctionem Latī-Clauij concessi Senatoribus. Postque Turneb. & Sygon. *Rosin. antiquit. lib. 5. cap. 33.* teneat, inter Tribunos Militares fuisse Maiores, & Minores, quorum discrimē in eo, quod Maioribus concessum Augustum Clauium; Minoribus Angustum Clauium.

46 Pro Beroaldo verò asserere possumus: Aliud Augusti-Clauium ornamentum esse. De quo Torren. Theodor. Turneb. & Gothofred. Aliud Augusti-Clauium. De quo Sueton. cum ex mutatione litteræ V. vel ex positione N. magnum discrimen oriatur. Ne vero in his latius immoremur, satis sit tenere assensum Beroaldi, & Sabellici, fatendo, (47) *Clauicularij* officium fuisse Romanorum ætate summum in re Mili-

tari, curamque Clauium Castrorum Primarijs Militaribus muneribus concessam, ac mandatam, interque præcipua Militaris disciplinæ officia, Tribunis Militum fuisse, ad securitatem publicā Imperij, & Exercitus, vt ex Iur. Consult. Menandro euincitur *in l. Officium, §. Officium, de re Milit. Steuuech. ad Vegec. lib. 3. cap. 8.* Ioan Baltrin. *de re Milit. lib. 3. cap. 10.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 6. cap. 18. Claues portarum suscipere* (loquitur de officio Tribuni Militū, quæ Dignitas Militaris Summa, vt apud Steuuech. *dict. cap. 8.* Baltrin. *dict. cap. 10.* Lyps. *de Milit. Roman lib. 2. Dialog. 9.* Gutther. *de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 15.* Verrut. Hotthom. *de Magistr. Roman. de Tribun. Milit. Andr. Flor. de Potest. Roman. lib. 2. cap. 10.*) ne occulta colloquia serant, neud quid author noui Consilij, cum hostibus molliri quis possit.

49 *Clauicularij* officium, & ex eo Dignitas: De el Clauero de Alcantara, à custodia Clauium Archiui Ordinis leuata fuit qui honor inter Constantinopolitanos Imperatores dictus *Chartaphylax*, Codin. *de offic. Constantinop. cap. 1. num. 5.* De qua Gretser. (50) *in eum, lib. 1. cap. 4.* Inter Romanos Germanicos, sic acceptus, vt Clauium Archiui Imperialis custodia concessa sit Archiepiscopo Maguntino Imperij Archicancellario, vt ex Roland. Theodor. Hoeping. *de iure insign. cap. 6. num. 193.* Theod. Reinsing. *de Regimin. Sacul. lib. 1. claus. 4. cap. 7. nu. 10. & 12.* Ioan. Iacob Speidel. *Notab. iurid. Histor. Polit. litt. A. un. 30.* Thob. Paurmeist. *d. iur. iudic. Roman. German. lib. 2. cap. 1. num. 17.* Kirner. *de offic. & Dignitat. Chancell. lib. 1. cap. 2. per tot.*

51 Sed notandum in lege Nostra, quod, & si in ea mentio non sit de permissiua verbali reuerentia, *De Señoria*, de Dignitatibus Præceptoris Maioris, ac Clauerij Equestris Ordinis Beatæ Mariæ de Mon-

Mon
gon
Agi
conf
Mat
cap.
a nu
ac h
min
Vald
filij
litari
ser. in
Post

A I

C

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

R

Montesa (sub Rege Petro II. Aragoniæ Instituto, ab anno 1201. Agit tamen de ordine, creatione, confirmatione, latè Dom. Laurent. Matth. de regimin. Valenc. tom. 2. cap. 7 §. 4. à num. 1. & cap. 8. §. 8. a num. 16. De illius Privilegijs, ac honoribus Excellentissim. Domin. D. Christophor. Crespi de Valdaura, Supremi Aragonici Consilij Vice-Chancellarius, illius Militaris Ordinis Clauigerarius, *Obfer. in decis. Valenc. Obseru. 55. per tot.* Post hæc scripta Don Hipolit. de

Samper. *Montesa Illustrad. tom. 1. At tamen hic honor concessus eis fuit à Regibus Nostris, vt ex l. 8. hoc tit. relata a Narbona, euincitur: Comendadores mayores de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcántara, y al Comendador mayor de Montesa.* Et in Pragmatica, ædita 1. Augusti, anno 1635. *Y al Clauero de la Orden de Montesa, Señoria. De Dignitate Præceptoris Maioris, ac Clauerarij Ordinis Montese, Don Hipolito de Samper. Montesa Illustrado, tom. 2. art. 4. in corpor. & diuis. 1. &*

A LOS PRESIDENTES DE LOS NUESTROS Consejos.

S V M M A R I V M.

- 1 Consilium Supremum Castella creatum ad regimen Regni; illius gradus primus, 8. & 11.
- 2 Hispanicum Regnum Summum Regno Ferdinandi, & Elisabetha.
- 3 Regnum Aragonicum unitum Castella coniugio Ferdinandi, & Elisabetha.
- 4 Indicum Imperium inventum, detectum, & unitum Regio Castella.
- 5 Carolus I. Rex Castella, sub quo Hispania Monarchia.
- 6 Consilia Suprema Constituta sub Carolo Rege, ad regimen Regnorum.
- 7 Consilia Suprema Hispana, remissa.
- 9 Consiliarij Consilij Bellici, æquales cum Senatoribus Supremi Consilij in Sessionibus.
- 10 Consilij Status Constitutio, & prerogatiua.
- 12 Consilij Aragonici Origo.
- 13 Consilij Italici Constitutio, & illius Senatores.

- 14 Consilij Belgici creatio, & Senatoris.
- 15 Consilij Indici Constitutio, illius Consularij Iurisperiti, & Politici, ubi de Consilio an. era, & Classis Bellica, 16. & 17.
- 18 Consilij Orarium Militarium Institutio, & Senatorum numerus.
- 19 Consilij Patrimonialis, vulgò: De Hazienda Constitutio.
- 20 Patrimonium Regale, antiquitas commendatum Maioriaomus, aucto Mayordomo mayor.
- 21 Tribunalis Patrimonialis iurisdictio, & numerus.
- Consilium Supremum Castella, Imperium, & Auctoritatem tenet in rebus Regalis Patrimonij, ibidem.
- 22 Consilij Sanctæ Cruciate Origo, & forma, & 24.
- 23 Commissarij Generalis Sanctæ Cruciate Auctoritas.
- 25 Præses caput Consilij; & de illius Dignitate, & honore.

DE DIGNITATE CONSILIORVM SV-
premorum Regni Hispanici, Senatorum Numero,
& Gradu.

GLOSSA TRIGESIMAQVINTA.

Diximus de leg. Politic. lib. 1. cap. 7. Reges creatos, Maieftatem natam ad agendam iustitiam inter subditos. Diximus etiam Glos. 23. num. 20. Inter Nostrates ad meliore politiam (extincto, seu antiquato Ciuilibus regiminis More) Sceptro Regis Ildephonfi, seu Ioannis II. creatum Supremum Consilium, cuius authoritati credita Suprema Regia manus. His flo-(2)ruit auspicijs Castellorum Sceptum, vsque ad Ferdinandum, & Elisabetham Catholicos Reges, quorum virtute sic fuit Hispanorum Regnum propagata Dominatio, vt possimus de eo dicere cum Tertul. lib. de Pall. cap. 2. *Transvolauere redundantium Gentium examina. Deo tot Augustis in unum fauente. Quot census transcripti? Quot populi propaginati? Quot Ordines Illustrati? Quot Barbari exciisi? Re vera Orbis cultissimum huius Imperij ius est, eradicato omni aconito hostilitatis, carecto, & rubo subdola familiaritatis, consitum, & amannum, super Alcinoi pometum, & Mida rosetum.*

3 Coniugio enim Ferdinandi, & Elisabethæ notum est, vnita sub manu Regia (omitto Vnionis naturam æque principaliter factam) Castellana Regna: Valentinum, Aragonicum, Neapolitanum, Siculum. In quibus, vt ex oratione Reginae ad Regem, relata ab Anton. Nebrisenf. *Histor. Regin. Cathol. Decad. 1. lib. 3. cap. 3. Vbi tu aius, ibi ego ata, idest, vbi tu Dominus, ibi ego Domina. Cur mihi non liceat inde mutuari, vbi ego Regina, ibi & tu quoque Rex?*

4 Anno 1492. Indicum Imperium inventum, & detectum cura, ingenio, atque impensa Catholicorum Regum; quasitum, vt perpetuo vnitum haberetur Regibus Castellæ, & Legionis. De quo latè Solorzan. *de iure Indiar. lib. 1. cap. 5. lib. 2. cap. 23. & 24. & lib. 3. cap. 1.*

5 Diem sancta Elisabetha Regina Catholica, successio absoluta Regnorum ad Ioannam filiam peruenit, qua nupta Philippo Burgundia Ducis, Flandriae Comiti, suscepit filium, & Successorem Carolum Hispaniarum Regem Primum, Romanorum post Imperatorem. Sub Carolo requieuit Hispana Monarchia, de qua dixisse credimus Tertul. *diēt. cap. 2. Quantum reformauit Seculum istud: quantum Urbium, aut produxit, aut auxit, aut rediit presentis Imperij triplex virtus.*

6 Sed, cum tanti Regni molem manu propria Rex agere non posset, exemplo Maximorum Principum, Auorumque, ad Subditorum regimen, & directionem, ex Aristotelis documento *Politic. lib. 4. cap. 15.* exigente id publica necessitate: Caroli Regis, Summo arbitrio; diuersa Consilia, seu corpora Senatuum creata fuere, secundum Regnorum distinctionem. In quibus Senatores gnari rerum, & Prouinciarum Constituerentur. Quo medio res facilius eaderent, nec ignorantia, aut varietate turbarentur, Adam Contz. *Politic. lib. 7. cap. 13. §. 11.* Sed omnia sub Maieftate Regis.

7 Hæc Consilia Suprema enume-

mera
præsta
Cont
bis:
Consil
est Con
Neapo
guntur
gicun
uerfa
tus, qu
Religi
lium G
8
ea enu
suum
gradu
cepiss
cundu
Rege
stitutu
scala h
(9) m
nomat
minati
quo et
sen Co
vt vnu
ne, & h
æquali
emptio
cripto
1623.
34. Se
cum; S
Belgic
litariu
miniali
Etæque
10
ordine
stituun
bus, Ac
Natiu
bus, ac
ceptis
li, quor
filij, cur
Status
rijs præ

merat Camil. Borrel. *de Reg. Cathol. præstan. cap. 66.* Laconicæ Adam Contz. *dict. cap. 13. §. 12* sub his verbis: *In Hispania singularum Gentium Consilia sunt. Hinc illa diuersitas est: Nã est Consilium Italicarum rerum, quo res Neapolitanæ, Sicula, Mediolanenses diriguntur: Cõsilium Belgicum, Indicum, Belgicum. Singula Regna Hispaniæ sua diuersa Consilia habent: Est Consilium Status, quod est honoratissimum, Consilium Religionis, quod est potentissimum Consilium Commendatorum, Vectigaliumque.*

8 Sed quamvis Camil. Borrel. ea enumerat, Constituens unicuique suum gradum in ordine litterali. Cũ gradualem enarrationem ab alijs accepisse fateatur, enumerabimus, secundum delineationem factam sub Rege Philippo IIII. Ab eo enim Cõstitutum fuit, vt primum gradum in scala honoris publici teneat Supremum Consilium, dictum Antonomasticè: *El Consejo*, vulgari denominatione: *Consejo Real de Castilla*, in quo etiam adnumerantur Senatores, seu Consiliarij Consilij Belli, ad hoc, vt vnum corpus consent, in Sessione, & Præcedentia, seruata inter eos æqualitate, Secundum Dignitatis ademptionem, ac possessionem, ex Rescripto Regio, ædito 16. Maij, anno 1623. relato à Valenc. *conf. 20. num. 34.* Sequuntur Consilium Aragonicum; Sanctæ Inquisitionis, Italicum, Belgicum, Indicum, Ordinum Militarium, Ætarij, seu Patrimonij Dominiæ, vulgò: *De Hazienda*, Sanctæque Cruciatæ.

10 His enim Consilijs, seruato ordine relato à Regibus Nostris Cõstituuntur gradus in Processionibus, Adoratione Sacræ Purpuræ, die Natiuitatis Domini, cæterisque actibus, ac solemnitatibus Publicis, exceptis vero Senatibus Status, & Belli, quorum concursus in corpus Consilij, cum cæteris nullus. Sed attamen Status Consiliarij, cæteris Consiliarijs præcedunt, primumque locum

tenent ex Cõstitutione supra relata, num. 9. Philippi IIII. Regis, suspensa, seu derogata, ex tunc Præcedentia competenti Consilio Supremo Castellæ, ex *l. 5 tit. 10 lib. 6. Recopil.* Hoc Supremum, seu Maiestaticum Consilium creatum fuit sub Carolo Imperatore, anno M. D. XXVI. ad vniuersale regimen Hispanicæ Dominationis, Sandou. *Historia de Carlos V. lib. 14. §. 18.*

11 Primum enim gradum (vt diximus) tenet in ordine, Consilium Supremum De illius ortu, Progressu Præfide summo, & numero, cum Senatorum. Diximus *Glos. 23.*

12 Sequitur Aragonicum, à Regno Catholici Regis creatum, Pragmatica sanctione lata de illius erectione Matriti, die XIX. Noëbris, anno M. CCC. XCIII. Cõfirmatum à Carolo I. anno M. D. LII. Sanctione expedita Bruxellis, die XX. mensis Aprilis. Moxque per Epistolam Philippo Principi Misam, datam in Villa de Palamos, die III. mēsis Maij, anno M. D. XLIII. Huius Senatus autoritate, nec tantum res agebantur Regnorum Aragoniæ, Valenciæ, Comitatus Cathalonix, & Insularum; sed autoritas Maiestatica ad Circulum Italicum Dominationem Regnorum Neapolitani, Siculi, & Ducatus Mediolanensis protēdebatur, Surgenf. *Neapol. Illustr. lib. 1. cap. 41. Valenc. conf. 94. num. 13.* Publici vero Beneficij, & utilitatis communis causa, diuisum fuit regimen, sub Philippo II. anno M. D. LVII. Senatu creato Italico, & si aliqui credant hanc Italici Consilij erectionem factam, anno M. D. LXXIX. alij anno M. D. LX. expedito ad id mandato, in Toletana Ciuitate, die III. Aprilis. Corpus Cõsilij Aragonici Supremi conflatur ex Vicechancellorio. De quo *Glos. 24.* Thesaurario Generali, cui competit post Vicechancellorium, Primus locus, & vnitatis causa etiam illo gaudet

det in Supremo Consilio Italico. (Qua Dignitate decoratus Excellentissim. Dom. D. Ramirus Philipez de Guzman, Dux *De Medina de las Torres*, Magnus Camerarius Philippi III. Magni) Senatoribus, ac Magistratibus, de quibus Illustrissim. Dom. D. Christophorus Crespi de Valdaura *Obferuat. in Decif. Consilij Aragonic. in Admonit. ad Lector.*

In scala Publici ordinis tertium gradum vindicat Sanctæ Inquisitionis Supremum Cõsilium, cuius Præses, Titulo ornatur: *De Inquisidor General*, reuerentialique voce: *De Señoria Illustrissima*. Corpus Consilij plasmatur Sexviris Senatoribus, Fiscali, & Secretario, Munus Supremum: *De Inquisidor General*, tener Excellentissimus Dominus *Don Diego Valladares Sarmiento*, ad quod euectus post transactos studiorum labores in Vallisoletano Academia. In qua ornatus fuit Stola Collegij Maioris Sanctæ *✠*. In ipsaque Ciuitate allectus Tribunali Inquisitionis, à quo ad officium Fiscalis, & Consiliarij Supremi illius Senatus fuit coaptatus, atque Episcopatum Ouetensem electus. Post cuius Sacras Infulas susceptas, Supremam meruit Præturam Supremi Consilij nominatus: *Presidente de el Consejo*, quam Dignitatem agens transijt ad hanc Dignitatem: *De Inquisidor General*, quam gerit, & in Sexvirali Aula: *De el Gobierno*, dignissimè Sexviralem Dignitatem.

13 Italicum vero (ab anno relato, teste Surgento) Consilij corpus Constituunt Præses (Quam Dignitatem tenet Excellentissim. Dom. D. Gaspar de Bracamonte, Pennarandæ Comes. Qui post emeritum in Supremo Senatus, & Camera laborem, Iniunctum Plenipotentiarij ad Pacem Monasteriensem Munus, Consilij Status honorem, Præturam Consilij Ordinis, ac Indianum, Augustam Legationem ad

elationem Imperatoris, vltimo Catholici Philippi Elogio in Sexvirali Aula ad Publicum regimen emologatam fuit nominatus) Duo Senatores, vulgò *Regentes*, pro vniuscuiusque Regni Circulo Neapolitano, scilicet Siculo, & Mediolanensi, quorum vnus Regnicola, alter ad Regis nutum, Regius Fiscalis, tres Proximi Sacrorum Scriniarum *Secretarios*.

14 Sequitur Consilium Belgicum, creatum anno M. DC. XVIII. Nam, & si postquam Philippus II. in feudum concessit Statum Belgicum Elisabethæ Infanti, & Archiduci Alberto, investitura expedita die 16. Maij, anno M. D. XLVIII. referuato Domaniali iure, notitia rerum Status ageretur manu Magistratum (vt aliqui voluerunt) vnus decorati Titulo: *De Presidente*, alterius Secretarij, seu duorum Secretariariorum (vt alij) Camil. Borrel. *dict. cap. 66. num. 35.* Cum verò morte Archiducis, iam iam extincta feudali investitura, ad verum Dominum reuerfum fuit absolutum Dominium (vt notamus in *Examine Veritatis, Tract. 2. §. 5. ver. 5.*) ad regimè Belgici tractus, Consilium hoc Constitutum habemus inter alia Supremæ Curia. Cuius præfecturam tenet Excellentissimus Dominus Marques de Castell-Rodrigo, ad quam euectus post executum Munus *De Gentil. Hombre de la Camara de el Rey*, completam Augustam Legationem ad Imperatorem, emeritum officium Vice-Regis Comitatus Cathalonix, Insulae Sardinix, Regimen Statum Fladrix, electus vnus Consilij Status, officiumque *De Cauailerizo mayor de la Reyna Nuestra Señora*. Huius Consilij Senatores numerantur, Duo aut Tres ex Regio placito, quibus adest vnus Secretarius, omnes vero oriundi ex Belgica Dominatione.

15 Indianum Consilium, Lustralem tenuit diem primum Augusti, anno M. D. XXIII. sub Sceptro

Ca-

Care
Deca
16. C
Mad
de Gu
3. Na
ult.
& a
com
putat
tate
nator
filij
India
la, S
Consi
Gover
pus it
phidr
mune
corat
mes M
lo fac
Regia
Cama
que M
stra s
Ordin
flam
Orbis
Senat
Fiscal
Regis
men
vulgè
(16)
Naua
in eo
Clasfi
coadu
Cõsili
lici. P
(17)
stituta
de Indi
meræ
post De
nem, &
ad om
Ciuite

Caroli I. Herrer *Histor. Gener. Indiar. Decad. 1. lib. 5. cap. ult. & lib. 10. cap. 16.* Gil Gonçal. Dauil. *Grandezas de Madrid, pag. 477.* D. Ioan de Solorz. *de Governat. Indiar. lib. 4. cap. 12. ex nu. 3.* Nam, & si vt notat Herrer. *dict. cap. ult.* Indicarum rerum regimen, vt & ad inventio, populatio, tutela, com nissum Magistratibus ad id deputatis fuit; non vero sub auctoritate Senatoria; sed coadunatione Senatorum electorum de corpore Cōsiliij Regalis, cuius pars habebatur India, tanquam vnita Regnis Castellæ, Solorz. *Memor. super Præcedent. Consil. huius Indio. Flandr. §. 12. & de Governat. Indiar. cap. 12. num. 6.* Corpus itaque istius Consilij à die Amphidromiali Constituit Præses (Quo munere, Meritissima electione decoratur Excellētissim. Dom. D. Comes Medellinensis. Qui post in Bello facinora magna executi, in Aula Regia Munus de *Gentil-Hombre de la Camara*, apprimè executum, officiumque Magni Stabularij Reginæ Nostræ summa cura actum, Consilijque Ordinum Militarium Præturam gestam, ad Clauum Supremi Noui Orbis gubernacula allectus fuit) Senatores octo Doctissimi: Regius Fiscalis: duo Secretarij. Sed placito Regis, aliquando ad Politicum regimen eliguntur Illustres Equites, vulgò: *De Capa, y Espada.* Cum verò (16) res Militaris, Terrestris, & Naualis ad Tutelam Imperij Indici in eo agatur, ex ipsoque corpore fit Classis dicta: *Iunta de Guerra*, ad eam coadunantur, Natiuo iure, quatuor Cōsiliarij antiquiores Consilij Bellici. Principio creationis huius Consilij, ex illius visceribus, Constituta Classis, dicta *Cōsejo de Camara de Indias*, instar Supremi Cōsiliij Cameræ Castellæ, Herrer. *in Descript. post Decad. 4. pag. 92.* ad consultationem, & Propositionem Magistratuum, ad omne regimen Ecclesiasticum, Ciuile, ac Militare. Hic honor ad

omne corpus Senatus redactus fuit, suspenso iure Honorario Consilij Cameræ, Solorzan. *dict. lib. 4. cap. 12. n. 23.* Sed noua Regis Philippi III. Constitutione lata mēse Februario, anno M. DC. XLIII. insufflato nouo spiritu vitam accepit, habuit, & habet Consilium Cameræ. *in p. 115. de*

18 Sub Catholicorum Regum Diademate, Summo Arcano Militarium Ordinum Supremarum Magisterialium Dignitatum administratio concessa fuit Regibus, expedita Bulla à Pontifice Alexandro VI. sub Carolo I. in Pontificatu Adriani VI. trium dictorum Ordinum Supremum ius, non administratiuè, sed inseparabiliter vnitum fuit Regno Castellæ, dato Sacro Diplomate, III. Maij, anno M. D. XXIII. Sed, & si hæc incorporatio absoluta Magistratum ab Adriano VI. facta fuerit; at tamè, cū sub Regno Catholicorū Regū ab anno M. CCCC. LXXXVII. Regibus administratio concessa ab Alexandro, hi ad regimen omnium rerum Magisterialium, seu Ordinibus pertinentium, Consilium sub regia manu Constituerunt, dictum: *Cōsejo Real de las Ordenes.* Corpus Consilij constat Præses (cuius munus agit Excellentissim. Dom. D. Inigo Fernandez de Velasco, Castellæ Archimariscalus, vulgò *Condestable*, cuius (vltro antiquam Nobilitatem de qua mentio, *Glos. 33.*) virtutem decantat Longobardicus Ducatus, in Bello ad Sabionetum, lachrimatur Gallia in obsidione Gironæ Equestrem Præfecturam Supremā agens. Regimen laudat Gallecia, desiderat Flandria. Et venerantur omnes in Senatu Status, Sexviralique Aula, seu *Iunta de Gouierno*, ex Reginæ voto ad illam allectus) Cōsiliarij octo, addito numero; cum Prima Constitutione quatuor tantum fuissent, Regius Fiscalis, Secretarius.

19 *Ararium*, seu Patrimoniale Consilium, vulgò: *De Hazienda.*) De quo

quo Borrel. *dict. cap. 66. num. 28.*) nec Nomen, Titulum, nec Authoritatem Senatoriam habuit, vsque ad Regnū Philippi III. anno M. DCII. l. 3. tit. 2. lib. 9. *Recopil.* ex tunc octo in eo Consiliarij honorati Titulo: *De Con-* (20) *sejeros, dict. l. 3. cap. 4.* Nam, & si ab antiquis Hispano-Gothicis Ærarij Publici cura ad certos Magistratus cōmissa fuit (omissis, quæ de antiqua Gothorum serie depromitur Comitibus Sacri Patrimonij Ærarium Publicum Comittentibus, vt ex Toletanorum Conciliorum Historia) ex legibus Partitar. dispositione notatur Regale Patrimonium commissum fuisse Magno Domestico, Hispana voce: *Mayordomo maior, l. 17. tit. 9. par. 2. l. 12. tit. 18. par. 4. l. 16. tit. 7. par. 6.* Gregor. Lop. l. 14. verbo *A la Corte de el Rey, eod. tit.* Sequenti tēpore ante Sceptrum Catholicorum Regum, vt ex l. 1. tit. 9. lib. 9. *Recopil.* & ex Gregor. Lop. *dict. verbo: A la Corte de el Rey, creditum duobus Calculatoribus, dictis: Contadores mayores, dict. l. 1. tit. 1.*

20 Sed, & si Suprema administratio Regalis Patrimonij concessa Magno Domestico: *Al Mayordomo mayor, & Quæstoribus dictis Calculatoribus Maioribus: Contadores mayores;* attamen nec Imperium, nec Authoritatem habebant Senatoriā, sed officium, nudumque Ministerium ad Tutelam, administrationem, & Calculationem Patrimonij, ex l. 17. tit. 9. par. 2.

21 Hinc ortum, quod cum necessaria haberetur ad causas iurisdictionis, seu Imperium, quod Calculatorum manus capere non poterat, lata l. 3. *dict. tit. 1. lib. 9. Recopil.* Constitutum fuit, vt in Tribunali adessent tres Iurisperiti, vulgò *Oydores*, quibus non fuit mandata Suprema Maiestatica Authoritas credita Consilijs, aut Senatoribus Supremis; sed: *La Jurisdiccion, y Autoridad, que con los Oydores de las Nuestras Audiencias:*

Nec locus in Aula Principis, sed in domo: *De el Contador mayor, l. 8. dict. tit. 1.*

Suprema Authoritas Regalis Patrimonij in manu Regis adhærens ad Summā regiminis, erat penes Supremum Consilium. Ideo in l. 12. *dict. tit. 1.* cautum, vt in Tribunali Patrimoniali adessent duo Senatores illius Supremi Consilij, quorum suffragio causæ agerentur, expedirenturque mandata, eorum subscriptione, l. 18. *tit. 1. l. 1. cap. 11. & sequentibus. tit. 2. eod. lib. 9.* vtque Regius Fiscalis adesset Supremi Senatus ad defensionem Iurium Regalium, l. 7. *dict. tit. 1. l. 1. cap. 14. dict. tit. 2.*

Tractu verò temporis cura Regalis Patrimonij, sub Titulo: *De Consejo de Hazienda*, commissa fuit Præsidentiali Dignitati (quam tenet Illustrissim. Dom. D. Lope de los Rios, Vir validis decoratus Infulis virtutis, & honorū, qui fuit in Regia Vallisoletana Chancelleria Senator, Cōsiliij Supremi Nauarræ Regens, Ordinum Militarium Cōsiliarius, Granatensis Chancelleriæ Præsides, postque in Supremū Senatū Castellæ allectus) corporique Senatorum Plasmati ex Consiliariorum numero ad Regium Placitū, quibus adsunt Duo Viri Secretarij, Regius Fiscalis. Res verò iudiciales commissæ sunt ad Aulam Sexvirorum Senatorum, vulgò *Oydores*, & Fiscalis. Ad vero calculationem reddituum Regalium, alia Aula Constituta est, dicta *Tribunal de Cuentas*, Quatuorviris, & Fiscalis, constanti.

22 Habent Reges Nostri Consilium Infulis Supremæ Authoritatis decoratum, appellatum: *Consejo de Cruzada*, ad curam, regimen, & administrationem Patrimonij Regalis obvenientis ex largitione, & Collatione proventuum Bullarum, Regibus pertinentium à Pontificatu Calixti III. sub Regno Henrici III. Marian. *Histor. Hispan. lib. 22. cap. 18.* Et si à

Iu-

Iulio
conce
zan. &

2

Com

Impe

ria I

Vena

tum S

ruit e

noren

lamqu

tute a

Card

cuius

tem C

Aula

Sumill

prema

terian

(24)

A Reg

sisteba

Supre

ris, l. 1

tium

Seque

Julio I. Originem quærant huius concessionis, anno M.D.IX. Solorzan. & ab his adducti.

23 Hoc Consilium Constituunt *Commissarius Generalis*, Præses; cuius Imperium tenet Dignissima gloria Illustrissim. Dom. D. Anton. de Venavides, ex Nobilissima Comitum Sancti Stephani Progenie. Meruit enim in Salmantina Palestra honorem Conchenfis Collegij, Stolanque, à qua ex Nobilitate, & virtute allectus fuit Camera Sereniss. Cardinalis Infantis Ferdinandi, post cuius mortem Senatoriam Dignitatem Consilij Ordinum tenuit, inque Aula Regia Munus, ac honores: *De Sumiller de Cortina*. Iurisdictionio Suprema, ac absoluta in causis ad materiam Cruciatæ pertinentibus. Cō-
(24) missario Generali commissa est. A Regno Catholicorum Regum adfistebat Commissario Generali, vnus Supremus Senator, Titulo *Assessoris*, l. 10. tit. 10. lib. 1. *Recopil.* Consul-
tium tantum suffragium habens. Sequenti ætate aucti fuerunt alij

Senatores, Assessorum etiam iure, ex Consilijs Supremis Curie illorum Regnorum, quibus concessus Indulgentiarum Bullæ thesaurus. Sic in eo Consilio Nostra ætate adsunt Commissario Generali Assessor Supremi Consilij Natiuo iure: adiectione, vnus Consilij Aragonici, vnus Italici, ex Circulo Siculo: vnus Indiani, Regius Advocatus, Secretarius, Chancellarius, & Duo Calculatores, horum munus à Prima Consilij creatione, *dict. l. 10. Dom. Crespi in dict. Admonit. ad Lector.* De Commissario Generali, illius Origine, & Iurisdictione, Solorzan. *de Gubernat. Indiar. lib. 3. cap. 25. & Politic. Indiar. lib. 4. cap. 25.*

25 Omnium Consiliorum caput, *Præses*, vt ex lege Nostra. Præfidis Dignitas Sûma, Præfecti Prætorij loco suffecta, seu Prætoris Urbis. De qua, illius Imperio, ac Honore vide, quæ latè congerit Dom. D. Christophor. Crespi, *in dict. Admonit. ad Lector.* Et quæ diximus *Glos. 23.*

Y CHANCILLERIAS.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**hancellariarum Authoritas ex legum, & Authorum relatione; illarum Origo, & num. 2.
- 3 Chancellaria creata sub Henrico Rege II. forma ad expeditionem causarum præscripta sub Regibus Catholicis.
- 4 Chancellaria suffecta loco Chancellarij, ex Parlador. & num. 7. Quod non, 28.
- 5 Chancellarij munus, inter Hispanos, non fuit Iurisdictionale.
- 6 Iudicium Officia designata in legibus Partitarum.
- 8 Chancellaria creata loco muneris, & off. y: De Adelantado Mayor de la Corte, & 31.
- 9 Ildephonsus Rex præscripsit officia Domus Regia, & Ciuita, in tit. 9. par. 2. Et num. 10. & 11.
- 12 Canciller, Officium Aulicum, & 15.
- 13 Canciller, idem quod Secretarius.
- 14 Chancellarij Magisterialis Summa Dignitas inter Gallos, & Europæos, 26.
- 16 Officia, suas habent Periodos.
- 17 Chancellarij munus inter Israelitas, & Græcos agebatur Ministerio Seribarum.
- 18 Quæstoris officium inter Romanos idem, quod inter Nos Secretario.
- 19 Quæstor Sacri Palacij adnotabat, subscribebat, & custodiebat Mandata Principis.
- 20 Magistri creati ad expeditionem principalium Mandatorum.

- 21 Logotheta, sub Imperatoribus Constantinopolitanis expediebat Mandata, & mittebat Epistolas Imperatorias.
- 22 Chancellarij Munus, non fuit habitum officium Magisteriale, antiquorum tempore. Ex Kirnerio, & Petr. Gregor. & 25.
- 23 Chancellarij dicti adfistentes Iudicibus, & Assessoribus ad Scribendum.
- 24 Chancellarius Gallie, loco Quaestoris creatus, ex Eguimarto.
- 27 Chancellarij Gallicani Dignitas Summa Iurisdictionalis, post Regnum Philippi Pulchri.
- 29 Iudicum Ciuilium officia praescripta inter Nos, ex l. 18. tit. 9. par. 2.
- 30 Adelantado Mayor de la Corte, Supremus Magistratus.
- 32 Chancelleria suffecta loco Imperij: De el Adelantado Mayor, & 42.
- 33 Ordinarij Iudices, qui cognoscunt in Prima instantia.
- 34 Iudices Appellationis, qui cognoscunt in Secunda instantia.
- 35 Amparamiento, voce Hispana, idem quod Latine Appellatio.
- 36 Rex Iudex Appellationum, ex officio.
- 37 Alcaldes de Corte, Iudices in Curia ex More Gothico.
- 38 Adelantado Mayor, Supremus Iudex Appellationum, & 40.
- 39 De el Adelantado Mayor, no se admitia apelacion.
- 41 Iuezes de Alçadas, dicho Sobre-Iuezes.
- 43 El oficio de Adelantado Mayor de la Corte, durò hasta el Reynado de el Rey Don Henrique 1.
- 44 Chancillerias, Constitutas in Subditorum, & Vassallorum commoda.
- 45 Curiam sequentium, misera conditio.
- 46 Chancelleria Constituta ad audiendas causas Subditorum.
- 47 Chancelleria designata in Villa Vallisoleta a Rege Ioanne II.
- 47 Camera Imperialis creata ad Ius dicendum inter Subditos Imperij.
- 49 Chancelleria creata in Ciuitate Regia, translata ad Granatensem.
- 50 Chancelleria creata, loco Iudicum Curialium.
- 51 Chancelleria dicta a Chanciller.
- 52 Audiencia, dictus Senatus ad designationem Maiestatis.
- 53 Auditorium, Principis locus Constitutus ad causas audiendas, & dirimendas.
- 54 Chancilleria dicta, vbi Senatores, in Aula Regia stipati Cancellis ius dicunt.
- 55 Vela Regia, idem, quod Dofel.
- 56 Chancellarij Dignitas in honorem concessa Archiepiscopo Toletano.
- 57 Chancellarij Imperij Archiepiscopi Electoris.
- 58 Oydores, subeunt aliqua Ministeria concessa Chancellario.
- 59 Prouisiones expediuntur ex vi Sententiarum, & Decretorum Senatorum, & quomodo.
- 60 Prouisiones, subscribuntur manu Senatorum, Signantur ad Maiestaticam Auctoritatem Sigillo Regio.
- 61 Chancellarius signat Mandata Sigillo Regio.
- 62 Praefectus, Sigilli Dignitas in Aula Imperatoria Constantinopolitana.
- 63 Chancilleria locus, vbi Sigilla Regia seruantur.
- 64 Senatorum Chancelleria numerus, ex lege Regni.
- 65 Praeses caput corporis Chancelleria.
- 66 Praeses Chancelleria honorandus appellatione: De Señoria, ex more Maiorum.



DE CHANCELLARIARVM HISPANIARVM
Origine, Authoritate, Numero Senatorum, & cuius
muneris antiqui loco suffectæ.

GLOSSA TRIGESIMASEXTA.

DE Authoritate, Imperio, Iurisdictione Chancellariarum, deque Iurisdictionali representatione Maieftatis, cuius Vices gerunt in Inredicendo. Post *tit. 4. lib. 2. Ordinam. tit. 5. lib. 2. Recopil. ex Gregor. Lop. Cassan. Rebus. Couar. Tiraquel. Azued. Thefaur. Gam. Alfar. Mantic. Didac. Perez, Tap. Valenç. & alijs agunt Parlador. Sexquicent. different. 10. & 11. Montal. in Repertor. litt. A. verbo Auditores, Matienç. Dialog. Relator. par. 1. cap. 7. D. Ioan. Solorzan. de Gubernat. Indiar. lib. 4. cap. 3. & Politic. Indian. lib. 5. cap. 3. Illustrissim. Dom. D. Christophor. Crespi de Valdaur. Obseruat. 15. num. 70.*

2 De illarum Origine, diuersè notant Scribentes, Solorzan. *diçt. lib. 4. cap. 3. num. 5.* ex D. Didaco de Médoz. *Histor. de la Guerra de Granada, lib. 1. fol. 6. num. 4.* voluit, illas natas ab Sceptro Catholicorum Regum Ferdinãdi, & Elisabethæ. Dissentit Bermudez de Pedraz. *Historia de Granada, par. 4. cap. 30.* tenens, fuisse à Regno Ioannis II. Cui adhæret assensus Parladorij, *diçt. differ. 1. num. 10.*

3 In quo prænotandum. Inter se hos Doctissimos Scriptores, haud dissensisse, cum, & Chancellariarum creatio fuerit sub Henrico II. Adsignatio Territorialis, sub Ioanne II. Illarum regularis forma ad expeditionem causarum, sub Regibus Catholicis fuit.

4 Sed, vt ad cognitionem Nostri Instituti deueniamus, dignoscamusque Chancellariarum Nostra-

rum Originem, Authoritatem, & Honorem, sciendum duximus. Quod, & si voluerit Parlador. *diçt. different. 10. a. num. 10.* illam deducere ex quo suffectæ loco officij Chæcellarij, cuius Ministerio vtebantur Reges, *l. 4. tit. 9. par. 2.* ad expedienda Regalia mandata cognoscenda, corrigenda, (5) & Chancellanda. Adhuc huic sententiæ haud adhærendum: cum & si Summum fuerit Chancellarij officium inter Hispanos, *diçt. l. 4. l. 1. tit. 8. lib. 2. Ordinam.* vbi Didac. Perez, Salaz. de Mendoc. *Origen de las Dignidades de Castilla, lib. 2. cap. 6.* non verò illa gaudens Authoritate ad Iudicalem cognitionem causarum, qualis Chancellarijs concessa.

6 Quod euincitur ex ipsa legum antiquarum serie, in *l. 18. diçt. tit. 9. par. 2.* præscribitur Iudicum officium, & Authoritas, tam Maiorum, quam minorum, præscriptorum ad causarum cognitionem; Iustitiam agendam inter subditos. in *l. 1. tit. 4. par. 3.* designantur Iudices Ordinarij, & Superiores ad ius reddendum. Et quamvis Parlador. *diçt. (7) differ. 10. num. 7.* præter congestos in his legibus, alium Supremum Magistratum Regibus adfistentem, & comitantem referat, quem esse Chancellarium tenet, & cuius loco Consilium Supremum, & Chancellarias creatas, ac Constitutas credat. Audiantur verba Parladorij, *diçt. num. 10.* Ex huius igitur Chancellarij officio, & Senatus Regius, & Regales Chancellaria Originem sumpserunt. Hæc (8) mens haud sustinenda (attenta

legum Partitarum Historia, relatarum ab ipso Parladoro;) sed fatendum, Chancellarias creatas loco Supremi Imperij mandati ad ius reddendum Supremo Magistratui, dicto inter Nos: *Adelantado Mayor de la Corte*. De quo *Glof. 23.*

9 In cuius comprobatione, Nostræque mentis fundamentum, notandum est, Regem Ildephonsum Regum Israelitarum, Afsiriorum, Imperatorum Romanorum, & Constantinopolitanorum Mores sequentem, sui Regni regimen Aulicum, & Civile Constituisse illud digerentem *in tit. 9. par. 2.* Sic rubrica: *Qual deue el Rey ser à sus Oficiales, è à los de su Casa, è de su Corte.* Primò præscribentem in eo officia, & munera Domus Regiæ necessaria ad Splendore, & Maiestatem, *ex l. 2. vsque ad 17.* Civilia, ad Politicam administrationem, regimenque Subditorum, *ex l. 18. vsque ad final.* Audi *l. 2. Conocencia grande deus el Rey auer, que los homes, que traxesse en su Casa para seruirse de ellos cotidianamente.*

12 Aulicarum Dignitatum Primus gradus creditus fuit Capellano, *l. 3.* Secundus Chancellario, dicto *Canciller*, cuius Ministerium, seu officium creatum fuit ad expeditionem mandatarum Epistolarum Regiarum, seu Diualium, vt Maiestatica Politica voce loquamur, *l. 4. Canciller es el Segundo Oficial de la Casa de el Rey, porque todas las Cartas, de qualquiera manera que se m, h in de ser con su sabiduria.*

13 Enim verò, quod hoc munus, seu officium: *De Canciller*, de quo Ildephonsus Rex, *dict. l. 4.* Aulicum sit, ad expeditionem, adnotationem Epistolarum Regiarum, dictum Præfectum Sigilli, *Codin. Europal. de offic. Constantinopol. cap. 4. num. 27.* Præfectus Sigilli, seu Sigillifer Imperatoris palla, seu annulo designat litteras cera, quando oportet. Hoc vero per ceram Sigillum nõ usurpat vsquam Imperator, nisi ad Dominam Matrem suam, ad Dominam

uxorem suam, & ad Imperatorem filium suum: acceptum illa ætate sub hac voce, aut Titulo, sicuti hodie: *Secretario de las Consultas de el Despacho Vniuersal*, *Salaz. de Mendoz. Origen de las Dignidad. de Castilla, lib. 2. cap. 6. de Secretario.* Sic *Codin. cap. 5. n. 39.* *Primi Secretarij munus, ex ipso vocabulo innotescit; non verò Civile, aut Iurisdictionale dignoscitur ex verbis, dict. l. 4.* & quæ in ea notat *Gregor. Lop.* verbo *Canciller*, tenens Chancellarium, & illius officium esse idè, quod *Secretarios*.

14 Nec facit, quod ex *Parlador. Luc. de Pen. & Cassan.* refert *Bobad. dict. cap. 9. num. 12. & 13.* Chancellarium appellantes inter Francos Summam Dignitatem Magisterialem, à quo ipse *Parlador.* credit Chancellarium Nostrum, Civile munus esse, & illius loco ortam Authoritatem Supremi Consilij, & Chancellariarum. Nam, & si inter Francos Chancellarij Dignitas Summa sit; non vero, vt (15) sensit *Parlad.* Nec exinde dicendum fuisse Civilem Dignitatem inter Hispanos; immò fatendum officia, non (16) ex Titulis, & nominibus accipienda, cum secundum temporum, & regiminum varietatè, etiam suas habeant Periodos, *Philip. Beroald. Comment. ad Sueton. in Claud. cap. 1.* Israeli- (17) tæ enim, quem Reges Catholici ante Ildephonsum, & suo in Regno Chancellariū, dicebāt: *Scribã* dixere, *2. Reg. cap. 8.* *Salaz. de Méd. dict. cap. 6.* *Pined. de reb. Salom. lib. 5. cap. 12. ex n. 5.* Sicuti ex Græcis, notat *Beroald.* 18. Romani Primi Imperatores, quæ Nos *Secretarium*, sub Ildephoso, & antea *Canciller*, appellarunt *Quæstorem*, *l. 1. de offic. Quæstor.* Hi enim solis libris principalibus in Senatu legèdis vacabant, *l. fin. C. de diuers. reser. Auth. de Diuiciation. subscr. habeant Gloriosissimi Quæstores*, *Tertul. de Idolat. ca. 18.* Credito eo muneri ab *Augustis* cura seruandi *Senatus Cõsulta*, *Dion. Cassio. lib. 54. Histor. Quæstoribus etiã, quo unoquoque*

tempo
uanda
nar. l.
(19)
cuti
stura
ta,
cript
dator
Not.
tagn.
Petr.
Kirn
Matt
2. &
lib. 2.
gust. li.
dict. li.
que a
quo C
Tribu
dict. c.
iure P
Corra
de offic
20
stantin
ris off
antiqu
batur
gistris
larum
sterial
& Sac
Panci
ciat. &
quitat
21
Digni
men, &
ab Imp
tanis,
tio, cu
rum, D
queret
Kirne
din. de
& cap.
sentet
6 num.

tempore fierent Senatus-Consulta seruanda tradita, Ioan. Corraf. & Æguinar. Baron. in dict. l. 1. de Quæstor. Ex (19) quo hæc Dignitas Diuinæ executionis, & Ministerij causa, Quæstura Sacri Palacij Secunda ætate dicta, & Quæstor, cui commissa Inscriptio, adnotatio, subscriptio mandatorum, vt post Zozim. Pancirol. Not. Imper. Orient. cap. 72. Ioan. Montagn. de Auctorit. Magn. Consil. ex n. 5. Petr. Greg. lib. 47. Syntagm. cap. 29. Kirner. de Dignit. Chancellar. cap. 2. Matth. Stephan. de iurisdict. lib. 3 cap. 2. & 14. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 2. cap. 2. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 41. Salaz. de Mendoc. dict. lib. 2. cap. 6. Quod perdurasse vsque ad Iustinianum, notum est, sub quo Quæsturam Sacri Palacij egisse Tribonianum, testantur Pancirol. dict. cap. 72. Ioan. Iacob. Dracon. de iure Patric. lib. 2. cap. 5. num. 10. Ioan. Corraf. l. 1. §. Ex Quæstoribus, num. 7. de offic. Quæstor.

20 Secunda Imperatorum Constantinopolitanorum ætate Quæstoris officium, & si quo ad nomen, non antiquatum, munera ei credita agebatur manu Magistri Memoriarum, Magistri Libellorum: Magistri Epistolarum, Constituta ad munera Magisterialia, Sacra Scrinia, quæ Palacij, & Sacri Laterculi dicebantur, vt ex Pancirol. Gutther. Bullenger. Alciat. & cæteris indagatoribus antiquitatis dignoscitur.

21 Suam Periodum habuere hæc Dignitates, quo ad Titulum, & Nomen, & loco Magistrorum, receptum ab Imperatoribus Constantinopolitanis, vt expeditio, notatio, subscriptio, custodia Epistolarum, Libellorum, Diualium Constitutionum exqueretur manu Logothetæ, vt post Kirner. dict. lib. 1. cap. 2. num. 77. Codin. de offic. Constantinopol. cap. 2. n. 12. & cap. 5. num. 18. Et si hanc reiciat sententiam Gretser. in Codin. lib. 1. cap. 6. num. 4. Ex Codin. qui de Logothe-

ta, cap. 5. num. 31. Logotheta cursus olim habuit, officium nobis incognitum; nunc vero nullum.

22 Ex quibus rectè dixisse (factor) Kirnerium, antiqua acceptione Chancellarij Dignitatem, nec officium fuisse, vt ex inde deducatur illius Origo, dict. lib. 1. cap. 2. num. 24. At eo nomine (loquitur de Vlpiano, & Papiniano Chancellaris Alexandri Seueri ab aliquibus dictis) neque huc, neque illum memini me vspiam apud veteres Authores legisse.

23 Quod rectè, ac legitimè dictum, cum Chancellariorum exercitium, ministerium, & nomé, nec creditum Magistratibus, Illustribus viris, nec Primi, ac Secundi Ordinis, sed Adstantibus, & Amanuensibus Confiliariorum, & Iudicum, l. Conciuarios, l. Nemo, C. de Assessor. & Domestic. Gotthofred. Chancellar. dicti, vt Kirner. dict. cap. 2. num. 10. à subiecto loco, quo versabantur, adsentiunt Scribentes adducti, infra num. 40.

24 Ex quibus Æguinar. Baron. in l. 1. de Quæstor. legitimè sensit, Chancellarium Galliarum vindicare locum Quæstoris Sacri Palacij, quatenus Constitutus ad expedienda mandata Regia, Secretaque Regum custodienda, Cassiod. lib. 11. Epist. 6. Non videretur, quo ad Iudiciale Imperium, ac Iurisdictionem, cum in eo Præfectus Prætorius Imperiū teneat: quare Legibus Salicis, & Longobardicis Chancellarium non fuisse Magistratum antiquo more Francico, notant Petr. Gregor. dict. lib. 47. cap. 29. Renat. Chopin. Doman. Franc. lib. 3. tit. 29. num. 9.

26 Sed, vt huius assensus Munus dignoscatur, notandum est, quod diuersè habitum fuit, diuersisque Infulis laudatum secundum rerum, & ætatum acceptiones, ac quod, & si summum inter Polonos, Anglos, & Gallos, apud quos caput habetur iustitiæ, Præsesque vt late notat Ioan. Lynn. Not. Franc. lib. 2. cap. 15. & in

Addit. litt. AAA. Hic honor nouo Regum Placito, ac Morum nouarum acceptione, huic voci, aut Dignitati, sub Epitheto Chancellarij creditus fuit, cum antea Chancellarij officium, idē esset, quod Quæstor, Scrinarius, hodie: *Secretario Vniuersal, o De la Puridad*, Kirner. Gregor. Orosc. Æguinar. Corraf. Bessol. Matth. Stephan. (27) Nec facit quod Childebertus (ex hinc antiquior notitia Chancellarij Gallicani) Gallorum Rex, Politicum, & Militare regimē Domusque Regiæ Cōstituit, Petr. Gregor. *diēt. cap. 29. num. 11.* Creatis Militaribus, Aulicis, Politicis officijs; in cuius Ordine Secundum gradum cōcessit Chancellario: attamen, vsque ad annum M. CCC. XVI. sub Sceptro Philippi Pulchri, hæc Dignitas Maiestaticam Authoritatem non accepit. Ab illo enim tempore (teste Bud. *in Pandect.*) Philippus Chancellario credidit Summam Gallicani Regni, nec tantum, quæ sub Quæstore, sed, & quæ sub Præfecto Prætorio erat, post Bud. Guillielm. Benedict. Luc. de Pen. Orosc. Cassan. Kirner. & Petr. Gregor. A quo etiam tempore Summa Chancellariorum Authoritas inter Europæos; de qua Petr. Bros. *in Cassiodor. lib. 11. Epist. 6.* Ioan. Lymn. *de iure public. lib. 3. cap. 3.* Ioan. Iacob. Speidel. *notab. iurid. Politic. litt. B. num. 7.* Adrian. Turneb. *Aduersarior. lib. 11. cap. 25.* Bessold. *Tbes. Pract. litt. C. num. 10.* & Addit. Speidel. Matth. Stephan. *de iurisdic. lib. 2. par. 2. cap. 5. num. 53.* & *lib. 3. par. 2. cap. 14.*

28 Ex quo euincitur, Chancellarij officium, nec fuisse, nec posse haberi illa cum Authoritate, Imperio, ac Iurisdictione, qua voluit Parladorus, vt inde dicamus, Chancellarias creatas ad meliorem regiminis culturam, loco muneris Chancellarij, cū Magistratus fuerit, & si Summus, inter Aulicas vero Dignitates Regibus assistentes, ad rerum Summam

Eodem cursu honoris, ac authoritatis, vitam tenuit inter Nostrates Magni, seu Chancellarij honor (de quo licet Marian. *de reb. Hispan. lib. 15. cap. 18. Scrinij Regij Præfectura, quo Magistratu proxima secundum Regem Potestas continebatur, & ab antiquo penes Toletanos Præsides fuerat.* Hinc Archiepiscopi Toletani Natiuo iure honoris: *Grandes Cancilleres de Castilla*, appellantur, ab Ildephonso Hispaniarum Imperatori Sceptro.) Quæ Dignitas, Munusve (asserant quidquid voluerint Hispani Scriptorum) Authoritatem, nec Imperium Iudiciale tenuit, attenda legum Partitarum serie, l. 4. & 13. tit. 9. par. 2. & quod de hoc munere notat Salaz. de Mendoc. *Origen de las Dignidad. lib. 2. sap. 6.*

29 Quod dilucidius apparebit, attenda secunda parte Nostrarum legum, *diēt. tit. 9. par. 2. nā ex diēt. l. 18.* (vt diximus) præscribitur Magisterialis Iurisdictionis Imperium, illius regimen, munusque, quorum Ministerio agenda est Iustitiæ administratio: *Iuezes son llamados aquellos, que juzgan los pleytos, è por ende los que han de juzgar en la Corte de el Rey, tienen muy gran officio. Porque, no tan solamente juzgan los pleytos, que vienen ante ellos, mas aun han poder juzgar de los otros Iuezes de la tierra.*

30 Ad hanc Supremam cognitionem, ac executionem *in l. 17* illius Tituli, præscribitur Potestas, Imperium, ac Iurisdictione: *Al Adelantado Mayor de la Corte*, cum teneat maioritatem, l. 17. tit. 23. par. 3. *Sobre todos los otros Oficiales de el Reyno* (de quo (31) diximus *Glos. 23. a num. 7.*) quare in scala officiorum Supremorum Iudicialium Primum gradum vindicet, sicuti Chancellarij in Aulica, l. 1. tit. 4. par. 3.

31 Quare fatendum Supremum Cōsiliū, de quo *Glos. 23.* Chancellarij (32) que iunctas non fuisse loco muneris Chancellarij, sed loco mu-

ne-

neris

de la

33

rum

colim

form

qui tã

cunt,

dinar

dicho,

(34)

sicuti

in Tit

diēt l.

ladame

bredic

35

titaru

corpu

matun

Idiom

los que

zes, Pr

cum d

For. tit

36

dex Su

Digest

tio No

tamen

re, Reg

Cogni

stati pe

Ante el

acta fir

tia per

(37) a

l. 1. tit.

ria, vu

panos

Gotho

Alonso

De los

par. 2. V

author

de la Cor

(9) ti

bilis ap

lantado

no se pu

no se pu

no se pu

neris, ac officij *De el Adelantado Mayor de la Corte de el Rey.*

33 Quod euincitur, si antiquarum Hispanicarum legum seriem recolimus, Constituentium iudicalem formulam iudiciorum, Iudicesque, qui tam in Prima instantia cognoscunt, dicti in *dict. l. 1. tit. 4. par. 3. Ordinarij: E todos estos Iuezes, que auemos dicho, llamanlos en Latin Ordinarios:* (34) quam in secunda appellationis, sicuti à Iure Communi præscripta in Titulis, *f. & C. de Appellation. & in dict. l. 1. Aquestos, que son apuestos señaladamente para oír las Alcadas de los sobredichos.*

35 In legibus enim Fori, & Partitarum, in quibus plasmatum fuit corpus scripti iuris Hispani, efformatum est in tutamen oppressorum, Idiomate Patrio: *En amparamiento de los que se juzgan querellosos de los Iuezes, Proem. & l. 1. tit. 23. par. 3. Iudicium dictum: De Alcadas, tit. 15. lib. 2. For. tit. 23. par. 3.*

36 Quis vero habendus sit Iudex Supremus: *De Alcadas, in legibus Digestis his in Titulis (de quo contentio Nostra) non invenimus, noramus tamen ex Maiestatico Primæuo iure, Regibus præscriptam fuisse hanc Cognitionem, Regiæ ipsique Maiestati personaliter, l. 2. & 4. dict. tit. 15. Ante el Rey: sine iudicia incæpta, & acta sint in Prima, & Secunda instantia per Iudices Ordinarios locorum, (37) aut Villarum, de quibus in dict. l. 1. tit. 4. par. 3. vel per Iudices Curia, vulgò *Alcaldes de Corte*, inter Hispanos ad id Constitutos ex antiquo Gothorum More, *Histor. de el Rey D. Alonso el Sabio, par. 2. cap. 51. fol. 192. De los Alcaldes de Palacio, l. 18. tit. 9. par. 2. Vel Iurisdictionis Maiestaticæ autoritate: De el Adelantado Mayor de la Corte, l. 19. dict. tit. 9. par. 2. l. 17. (9) tit. 23. par. 3. A quo inadmissibilis appellatio: E esto dezimos de el Adelantado Mayor de la Corte de el Rey, que no se puede alçar de él: quam esse Iurif-**

dictionem Supremam, in appellabilemque præscribit, *Glos. 1. dict. tit. 15.*

40 Huic muneri, officio, Dignitati, aut Imperio: *De el Adelantado Mayor de el Rey*, mancipata fuit Iurisdictionis, aut cognitio appellationum, seu *De las Alcadas*, ex legibus Partitarum Nec enim invenimus cui alio muneri, aut officio Constituta fuerit, cum, & si ius Nostrum Iudices: *De (41) Alcadas, Epitheto honoret De Sobrejuezes, dict. l. 1. tit. 4. par. 3. E à tales como estos llamaron los Antiguos Sobrejuezes, por el poder que han sobre los otros, in toto illo Fori, & Partitarum voluminibus, non invenimus illos aliquo Titulo, nomine, aut appellatione certa præscriptos.*

42 Quare fatendum Supremam Iurisdictionem in causis appellationis ipsis Regibus ex officio natam, ex illorum vero placito creditam fuisse: *Al Adelantado Mayor de la Corte (cuius loco suffectum Supremum Consiliu, notat Gregor. Lop dict. l. 1. tit. 4. p. 3.*

43 Vitam tenuit hoc munus, seu officium *De el Adelantado*, sub antiquorum Regum regimine, vsque ad Sceptrum Henrici II. Catholicorum, que Regum, à quibus cognitum, tum, quod ipsi onus publicum sustinere non posset, vt latè diximus *Glos. 2. à n. 50. E que el Rey, è si él no lo pudiesse oír por algunas priessas, ò embargos que aya, l. 19. tit. 23. par. 3. Tum quod Adelantatus Regius comitans Reges, Curiam sequebatur; ex quo intolerabile onus sequebatur subditis, tam in recursu, quam in processu causarum. Et cum Iudicium fuissent variè (45) sedes, & ex eo misera conditio sequentium Curiam, Nicol. Boer. *de ord. grad. & utriusque For. par. 2. n. 38. Matienç. Dialog. Relator. par. 1. cap. 4. (46) & 5. Ad subditorum subsidiu iudiciale Forum Constitutum fuit, dictum Audiencia, y Chancilleria, in quo Vice-Regia ius diceretur, l. 1. tit. 4. lib. 2. Ordinam. l. 1. tit. 5. lib. 2. Recopil. (47) Designata Sede Camerali in Vil-**

Villa Vallisoletana, l. 4. dict. tit. 4. E Mandamos, que la nuestra Audiencia resda continuamente en la Villa de Valladolid, por ser Villa Noble, y convenible para ello. Iustissimum sanè Maieftatis Arcanū à Prudentissimis Principibus feruatum, vt de Imperiali Camera creatione à Maximiliano Imperatore in Ciuitate Francfurti, quæ ad Spiram translata, post Gail. lib. 2. de Pace publ. cap. 1. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 4. num. 8. Bessold. Thes. Pract. litt. C. num. 4. Martin Maguer. Adocat. armat. cap. 17. num. 116 & sequentib. Thob Paurmeist. de iurisdic. lib. 2. cap. 6. ex nu. 1. per tot. Theodor. Reinling. de Regimin. Secul. lib. 1. clas. 2. cap. 2. ex nu. 153. Matth. Stephan. de iurisdic. lib. 2. par. 1. cap. 3. per tot. qui num. 4. Et quidem ante institutum Iudicium Camerale, vt plurimum Imperatorem, eiusque Curiam sequebantur, cum maximis litigantium expensis, & sumptibus. At cum Imperator eiusmodi litibus priuatorum dir. mendis, nimirum occupatus publicis Imperij Romani Curis minus incumbere posset, ex usu Reipublicæ futurum existimatum est, vt præter Casaream Aulam, vel Curiam certum aliud adhuc tribunal in medio institueretur, quo præsi, lesique tutum haberent refugium, & in quo Vice-Imperatoris, & statuum de causis litigantium cognosceretur.

49 Post hæc creationem factam à Ioanne II. Rege, secuta fuit, urgente necessitate, diuisio Iurisdictionis Audienciæ Vallisoletanæ; & alia Audiencia creata Cluniæ, vulgò: Ciudad-Real, l. 1. tit. 5. lib. 2. Recopil. quæ ad Granatensem Ciuitatem translata fuit, anuo M. D. V. Pedraz. Histor. de Granada, par. 4. cap. 30.

50 Ex his credo, quidquid teneat Parladorus, Chancelleriam, nec creatam, habendamque loco officij Chancellerij; sed illorum Supremorum Magistratum, quorum Autoritate in Regia Curia agebatur Ciuile regimen. De quibus dict. l. 19. & 22. tit. 9. par. 2. l. 1. tit. 4. l. 17. tit. 22,

par. 3. vt, & de Camera Imperiali diximus, & de Parlamentis Gallicanis; post Petr. Gregor. dict. lib. 47. cap. 29. Ioan. Lymn. Notic. Franc. lib. 7. cap. 2. Cum autem istud Parlamentum Lathetianum tot negotijs non sufficeret in tam vasto Regno, & tanta litium multitudine, in quas admodum procliuus Galli, subinæ à Regibus, quo unicuique suum tribueretur, alia Cõstituta sunt, vt hodie pro vno, quod olim erat numeretur dena. Et post: Quodlibet suos habet Præsides, Consiliarios, Chancelleriam.

51 Quare, & si ab officio: De Chanciller, Chancelleria, designetur in dict. l. 4. E de esta palabra tomò nombre Chancilleria; non tamen dicendum corpora Senatorum Vallisoletanæ, & Granatensis Chancelleriarum, Chancellerias dictas, ex Ethimologia præscripta in dict. l. 4. nec loco Chancellerij creatas; cum verum sit, quod ætate Regū Ferdinandi, & Ildephonfi, qua Cõstituta est lex, Chancellerius, nec Magisteriale Imperium gereret, nec Magistratus legitimus haberetur, vt diximus supra.

52 Ideo credimus hos Senatus Supremos (si verum amamus, reiecto Parladoro) dictos Audiencia, y Chancilleria, Rubric. tit. 4. lib. 2. Orainam. tit. 5. lib. 2. Recopil. indistinctè Audiencia, ad designationem Maiefticæ Authoritatis, & Imperij, Vice-Regia creatè ad audiendas causas, lites agendas, Iudiciaque discernenda inter subditos; vt erat præscriptum in tit. 4. par. 3. Iusque dicendum: Cum ex illa voce, munus vere Supremum, ac Maieftaticum designetur, idemque sit, quod Auditorium.

53 Auditorium enim habetur, & dicitur (omissis, quæ Doctores notant tit. C. de Episcop. Audien.) iure cõmuni, & More Gentium, locus præscriptus Magistratui, l. Minor, §. 1. de Minorib. l. Contra, de re iudicat. l. Cum in fundo, §. fin. de Fund. Dotal. l. Malier, ad Senat. Consult. Trebellian. l. Nemo, C. de Iurisd. omn. Iudic. l. Si quando, l. Ampliorum,

rem, C.
Lect. a.
eti Fra
stratib
Publi
verbis
dienda
offic. A
1. num.
num. 3.
de Impe
num. 8.
lib. 1. ca
tit. litt
del. No

54
dicta, v
braque
des, ius
decif. Ly
cellis f
Cicer. a
& Dign
Ioan. Sa
(15) st
apud N
vbi Au
lib. 5. Pa
ping. de
& 512.

56
more a
mendat
citium e
honoris
in Supr
laz. de M
des de Ca
mez lib.
(57) H
in Roma
guitas
Magunt
culo Ge
Gallican
Theodo
lar. lib. 1.
Pract. lit
del. Aru
(58) Co

rem, C. de Appellat. l. Lecta, de reb. credit. Lecta in Auditorio Amilij Pauli Praefecti Fratorio. Seu assignatus Magistratibus, aut Senatoribus in loco Publico ad lura, & causas partium, verbis, & scripto proponendas, audiendas, & dirimendas, l. Consiliarij, de offic. Assessor. vbi Ioan. Corraf. & in l. 1. num. 3. de Origin. iur. Dec. dict. l. lecta, num. 3. de reb. credit. Restaur. Castald. de Imper. quest. 79. num. 4. & quest. 86. num. 8. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 16. & 20. Bessold. Thes. Pract. litt. A. num. 99. Ioan. Iacob. Speidel. Notab. Iurid. Politic. Histor. à n. 35.

54 Chancilleria, etiam credimus dicta, vel quia corpus Senatus membraque, scilicet: Los Oydores, y Alcaldes, ius dicunt in Aula Regia, Caud. decis. Lusitan. 1. num. 13. par. 1. Chancellis stipata in reuerentiam, vt ex Cicer. de Orator. lib. 1. Kirner. de offic. & Dignit. Chancell. lib. 1. cap. 2. ex n. 2. Ioan. Sauar. in not. ad Sydon. lib. 1. Epi. (15) stol. 2. Subque vellis Regijs, apud Nos, Dosel. l. 2. C. vt nemo priuat. vbi Augustin. Barbof. num. 3. Alciat. lib. 5. Parergon. cap. 13. Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 17. num. 510. & 512.

56 Vel, quia aliqua munera, quæ more antiquo Chancellario commendata erant (postquam illius exercitium euauit, remasere in Titulum honoris ad Splendorem Maiestatis in Supremo Toletano Primato, Salaz. de Mendoc. Origen de las Dignidades de Castilla, lib. 2. cap. 2. Aluar. Gomez lib. 1. de Gestis, Francisc. Ximen. (57) Hispan. Ilustr. pag. 939. Sicuti in Romano Germanico Imperio Dignitas Chancellarij Imperialis, in Maguntino Archiepiscopo, pro Circulo Germanico: Treuerensi, pro Gallicano: Colonienfi, pro Italico, Theodor. Reinling. de Reginin. Secular. lib. 1. claus. 4. cap. 7. Bessold. Thes. Pract. litt. A. num. 10. vbi Addit. Speidel. Arum. de Comit. cap. 7. n. 1. & 19.) (58) Concessa sunt Excellentiori

Authoritate: A los Oydores, y Alcaldes. quod euincitur ex ipsius leg. 4. dispositione, exque Iurisdictione, Imperio, & exercitio Senatorum.

In enim dict. l. 4. commendata fuit Chancellario, expeditio Regionum mandatorum, & Epistolarum; sed secundum decreta, ac iussa Principum, & Regum; nec verò ipse mandabat, sed notabat tantum, ac subscribebat. (59) Senatores autem: Oydores, y Alcaldes, causas, & lura partium audiunt, Sententias, aut Decreta proferunt, illarum virtute Mandata, dicta: Prouisiones, expediunt, quæ à Senatore, vulgò: Oydor Semanero. Sicuti olim per Chancellarium, dict. l. 4. Kirner. dict. cap. 2. nu. 12. Iacob. Speidel. Addit. ad Bessold. Thes. Pract. litt. C. num. 10. revidentur, quod: Passar de Semaneria, dicitur: Signantur, si secundum sententias expedita sunt; si vero in eis non est seruatus Sententiarum, aut Decretorum tenor, Chancellantur.

60 Vel ex eo dicitur Chancilleria, quod Prouisiones, quæ Subscriptione Diuina (Regum, inquam) expediti non possunt, cum à Maiestatica voluntate, aut dispositione, orta non sint, sed illorum, quibus Vice-Regia commissum est Imperium ad ius dicendum, manu ipsorum Senatorum subscribuntur, l. 19. dict. tit. 4. lib. 2. Ordinam. Ad Maiestatem verò, publicæ fidei, atque Authoritatis munimentum, Kirner. de Dignitat. Chancellar. lib. 4. cap. 2. num. 80. post signationem, subscriptionem, referendum Notarij, vulgò: Estruano de Camara, regio signantur Sigillo, l. 25. dict. tit. 4. l. 1. tit. 8. lib. 2. Ordinam. l. 1. & tot. tit. 15. lib. 2. Recopil. Kirner. dict. cap. 2. per tot. latè Theodor. Hoeping. de iur. Sygillor. cap. 3. Quod fit Ministerio Chancellarij, credita ei custodia Sigilli Regij; sicuti Praefecto Sigilli (62) li sub Constantinopolitanis Imperatoribus, Codin. de offic. Constanti-nopolit. cap. 5. num. 27. Theodor. Hoeping.

ping. *dict. tract. cap. 6. per tot.*

63 Hinc locus, ubi Sigillū Regium seruat, cum in Aula sit Regia, Chancellisque Septum, l. 1. & 2. tit. 8. lib. 2. *Ordinam. l. 5. dict. tit. 15. lib. 2. Recopil. Chancilleria*, dictus; ex quo tenendum dictum in rubric. *dict. tit. 8. De la Audiencia, y Chancilleria*. Non inquam, ex alio principio, Kirner. *dict. lib. 1. cap. 2. Matth. Stephan. de iurisdic. lib. 3. par. 2. cap. 14.*

64 Corpus hoc Audientiarum, & Chancellariarum plasmauerunt Reges prima creatione, l. 1. tit. 4. lib. 2. *Ordinam. De vn Prelado Presidente, y quatro Oydores, y tres Alcaldes de la Carcel, y dos Procuradores Fiscales*. Secunda vero ætate auctum fuit sub Regno Catholicorum Regum, Caroli I. Romanorum Imperatoris V. vt ex l. 3. tit. 5. lib. 2. *Recopil. ob litium multitudinē, & ad meliorem causarum expeditionem: Con vn Presidente, y diez y seis Oydores*. Sicuti de Camera Imperiali, & Parlamēto Gallicano, notant Doctores relati supra.

65 Huius corporis, vt ex legibus euincitur, caput est Præses, vt de Lusitanis Conuentibus testatur *Caues. decis. 1. num. 17. par. 1.* Præsidum Dignitatē. (Quam Meritissimē gerit in Vallisoletana Chancilleria, Amicus Noster D. Pedro Xil de Alfaro, Diui Iacobi eques, in Complutenſi Academia olim Stola Collegij Diui Ildephonſi ornatus, & ad Ca-

thedram Primam Canonici Iuris iustē euectus. Post in Hispalensi Audiencia, Vallisoletana Chancilleria Senator, in Aula Suprema Sexvivali: *De Alcaldes de Casa, y Corte*, Concollega Noster, nunc post Præsidentialem Dignitatem in Supremo Senatu Senator: Summam tuisse omnætate, & Imperio, Gutther. *de offic. Dom. Augustin. lib. 1. cap. 5.* Suffectamque loco Præfecturæ, diximus *Glof. 2. num.* seu Quæsturæ Sacræ, Ioan. de Montaign. *de Authorit. Magn. Consil. num. 5.* Pet. Gregor. *dict. cap. 29.* Sicuti Præsidentum Parliamentorum Gallicanorū; de quibus Ioan. Lymn. *dict. lib. 7. cap. 2.* Illustrissim. Dom. D. Christophor. Crespi, *Observat. in decis. Consil. Aragonic. in Admonit. ad Lector.*

66 Ex illo Summo honore inter Illustres Dignitates enumeratur; & decoraturque veneranda appellatione: *De Señoria*, Solorzan. *de iure Indiar. lib. 4. cap. 24. num. 4. & Politic. Indian. lib. 5. cap. 4.* Nec noua lege, sed Maiorum More; sic inuenimus in Visitatione Chancilleriæ Vallisoletanæ facta à Domin. Dom. Ioan. Daza, sub Regno Catholicorum Regum, anno M. CD. XCII. Honoratum Præsidentem Vallisoletanæ Chancilleriæ, his venerabilibus Epithetis: *Muy Reuerendo Señor, y Virtuosos Señores. Lo que V. S. y Mercedes ban de mandar fazer.*

Y A LOS PRIORES, Y BAYLIOS DE EL Orden de San Iuan.

S V M M A R I V M.

- 1 **O**rdinis Militaris Hospitaliorum sub Titulo Diui Ioannis ortus: & progressus, & Sedes Primaria Hierusalem.
- 2 Equitum Diui Ioannis Institutio, infirmorum cura.
- 3 Ordinis Equitum Diui Ioannis Sedes à

Hierusalem ad Rhodem Insulam translata: ad Melitam sub Regno Caroli V.

- 4 Ordinis Diui Ioannis Insigne: Vestis nigra, Crux alba.
- 5 Ordo Diui Ioannis Digesta ad regimen Politicum in octo linguas.
- 6 Prior in Ordine Diui Ioannis Dignitas, Bailius Dignitas in Ordine Diui Ioannis.

DE ORIGINE, SEDE, INSIGNI, ET DIGNITATIBUS ORDINIS D. IOANNIS; DIGNITATIBUSQUE:

De Priores, y Baylios.

GLOSSA TRIGESIMASEPTIMA.

A Tempore, quo Catholicis Principū expeditionibus Terra Sancta, profligatis Infidelibus, posthliminiō pristinum statum recuperavit, inter alios Militares Ordines pietate Catholica Institutos: miseria, ac tempestate tamē temporum extinctos, aut suspensos excelluit ille Equitum Hospitalariorum (vt credunt aliqui) à Ioanne Hircano Machabæo Originem trahens, seu à Ioanne Eleemosynario Alexandrino Patriarcha, florente sub tutela, auspicijs, ac Patronatu Diui Ioannis Baptistæ, à quo Lustrale illius nomen: *Orden de Señor San* (2) *Iuan*. Illorum Equitum Institutum erat peregrinis ad loca Sacra confluentibus, genus omne officij, ac pietatis sollicitè exhibere, ad hæc itinera à latrocinijs, & incursionibus Barbarorum tuta reddenda. Sedes Primaria Hospitalis Sancti Ioannis in Hierusalem, ædificatum à Gerardo I. restitutore Instituti; à quo tempore floruit Ordo confirmatus, ac laudatus à Gelasio II. Pontifice Maximo: Sub verò Honorio II. Magistro Raymundo de Rhodio Constitutiones, ac Statuta ad regimen Ordinis, Consilio Capituli Digesta habuit. De quo Cassan. *Cathalog. glor. Mund. par. 9. consider. 4.* Camil. Borrel. *de Præst. int. Regim. Cathol. cap. 74. num. 34.* Beierlinch. *Theatr. vit. human. litt. E.* verbo *Equites, vers. Ordo Equitum Hospitalar. Sancti Ioannis*, Polidor. *Virg. de Invention. rer. lib. 7. cap. 5.* Ioseph. de Rustic. *l. Cum Ciues, de cond. & demonst. Azor Institut.*

Moral. tom. 1. lib. 13. cap. 5. quest. 3. Petr. Gregor. *lib. 15. Syntagmat. cap. 33.* Theod. Hoeping. *de iure insign. cap. 2. num. 464.* Ioan. Iacob. Speidel. *Notabil. Iuridic. Histor. Politic. litt. E. n. 32.* Christianorum rebus in Syria deperditis, Hierusalem à Saladino Ægyptiorum Soldane iugo submissa, factaque sub tributo, Sedes Ordinis translata fuit ad Rhodon Insulam, anno M. CCC. VIII. sub Clemente V. Pontifice, in arcem contra Turcarum, & Sarracenorum vim; in qua mansit, vsque ad Pontificatum Clementis VII. & Imperium Caroli V. sub quo, anno M. CCCC. LXXVIII. die XXV. Decembris dicata Memoriae Natiuitatis Domini Nostri, proditione magis, quam vi, Solymano Turcicum Imperium possidente, ad manum, & Imperium Barbaricum misere oppressa, & afflictata redijt, Equitibus cum Magistro, & rebus, quas efferre poterant, liber exitus permissus. Quibus noua Sedes Melita Insula à Carolo V. Imperatore data, quam etiam nunc gloriosè, ac fortiter tuentur, tanquam insuperabile cōtra Turcas munimentum.

De huius Ordinis Instituto, Priuilegijs, Immunitatibus, iure sic passim apud Scriptores, vt de eo agere laboriosum sit.

4 Huius Ordinis Insigne: Vestis nigra: Crux alba in latere Sinistro: Regula Diui Augustini, sub qua communiter, ac Regulariter viuunt.

5 Politici regiminis caput Magister Magnus, administratio Digesta

sta

sta in octo Circulos, linguas, seu Prouincias. Vniuscuiusque Circuli Prima Dignitas: *Prior Magnus*. Ex eo, (6) quod in Ordine Diui Augustini, sub qua Regula, vt diximus, militat Equestris hic: *Prior Summa obediencialis Dignitas*, vt *Glof. 38. num. 4.* Sic inter Nos: *Gran Prior de San Iuan*, Maximus honor Infulis Magnitudinis decoratus, Carrillo *Origen de la Dignidad de Grande, Discursio 3. num. 32.* De honore, & potentia illius, latè Sandoual *Histor. de Carlos V. lib. 2. §. 47.* Vt plurimum hæc Dignitas habetur Patrimonium filiorum Regis (illum tenet, Serenissimus Dominus, Dominus Ioannes Austriacus, Magni Philippi filius, Magnus Dux, Magnus Miles, Magnus Omnium bonarum artium cul-

tor.) De qua Priorali Dignitate, Petr. Gregor. *lib. 15. Syntagmat. diēt. cap. 34. num. 2. & 5.* In illo Ordine est *Prior Magnus Ordinis totius, qui præest omnibus, seu Magister Magnus*. Et postea: *In singulis ferè sunt Prouincijs Priores præcipui, quibus subijciuntur alij Commendatarij.* Secunda Dignitas est *Baylius*, dictus *Baylio*, secundum gradum constituens, Petr. Gregor. *diēt. cap. 34. num. 2. Priores Castellani Amposta, vel Bayliuij, Beierlinch. diēt. litter. E. verbo Eques.*

Cuius Dignitatis ratione, piè, ac iustè à Regibus Nostris, laborumque pro Fide, & defensione Religionis Subditorum in honorem concessus Prioribus, & Bayliuijs reuerentialis honor: *De Señoria.*

Y A LOS PRIORES DE VCLES, Y SAN Marcos de Leon, de la Orden de Santiago, durante el tiempo de sus oficios.

S V M M A R I V M.

- 1 *Equites Diui Iacobi, vniti Clericis Regularibus Diui Augustini.*
- 2 *Prior Dignitas Ecclesiastica, in Ordine Diui Iacobi.*
- 3 *Prior Dignitas, quia Primus in Ordine.*
- 4 *Prior Superior Ordinum obediencialium.*

- 5 *Prior Equitum Clericorum Ordinis Diui Iacobi, Prior Conuentus S. Lodij.*
- 6 *Priores duo, in Ordine Diui Iacobi.*
- 7 *Ordinis Diui Iacobi distinctio, tam in Præceptorijs Maioribus, quam Communitatibus Ecclesiasticis, orta ex disidijs Regum Legionensium, & Castellanorum, & num. 8.*

DE DIGNITATE PRIORVM COMMVNITATVM Ecclesiasticarum, seu Conuentuum Ordinis D. Iacobi.

GLOSSA TRIGESIMAOCTAVA.

Diximus *Glof. 31. num. 2.* Ordinem Diui Iacobi Institutum, sub Regula Diui Augustini, vnita Militarium Equitum Confraternitate, cum Priore,

ac Canonicis D. Augustini: à quo tempore sub illius Instituto floruit, eoque ad Nostræ ætatis Periodum. (2) Ex illa vnione cautum, vt post Magistrum, vulgò *Maestre*, Regia ià Dig-

Dign
dum t
de el O
Cui, S
conve
electi
que M
ad res
dri II
3
Priori
do Di
seu Pr
Prior e
tur, qu
Priore,
Primu
Roman
rio, Pri
cer. Sec
in rubr.
rez, Cu
fector. F
lib. 24.
not. Veg
gustinu
rium Ma
quia Pr
stam fer
re Milit
sum, lib.
Oriental
Scriben
lio. 12.
4 H
aliquoru
Ordinis
vers. Pri
vers. Prio
nachor. c
cap. Iuuen
tin. 2. de K
conf. 23 I
II. num. 8
2. cap. 9.
remur in
gimin. Reij
2. nu. 4. B
na. II. Et
cessaria, v
82

Dignitas, Primum in Ordine gradum teneret Prior Conuentus, Reg. de el Orden de Santiago, cap. 35. & 36. Cui, Sede vacante, regimen creditur, convocatio Capituli Generalis ad electionem Magisterialem; viuentique Magistro, votum in Capitulo ad res necessarias, vt ex Bulla Alexandri III. notatur.

3 Hæc Dignitas fuit Titulo Prioris decorata, quia Regularis Ordo Diui Augustini suos Superiores, seu Prælatos: Priores appellat. Cum Prior ex Gentium acceptione habeatur, qui cæteros antecellit, l. Si quis Priore, ad Sen. Consult. Trebell. vel quia Primus in exercitio, Lyps. de Milit. Roman. lib. 2. Dialog. 1. Vt de Primicerio, Primus in munere, l. 1. C. de Primicer. Secundicer. & Notar. lib. 12. Alciat. in rubr. vbi Scribentes, & Anton. Perez, Cujac. l. 3. C. de Apparitorib. Praefector. Prætor. lib. 12. Adrian. Turneb. lib. 24. Aduersarior. cap. 12. Steuuech. not. Vegec. lib. 2. cap. 21. Hinc D. Augustinus, Diuum Stephanum: Primicerium Martyrum, dixit. De Primipilo, quia Primus Centurio pilam, seu hastam ferebat, ex Liu. lib. 7. Vegec. de re Milit. lib. 2. cap. 21. Steuuech. ad ipsum, lib. 2. cap. 8. Pancirol. not. Imper. Oriental. cap. 21. Anton. Perez, per Scribentes, ad titulum, C. de Primipil. lio. 12.

4 Hinc in Regulari regimine aliquorum Ordinum Prior, Superior Ordinis obediencialis, cap. Monachi, vers. Priores, cap. Cum ad Monasterium, vers. Prior, cap. In singulis, de stat. Monachor. cap. Ne Religiosi, de Regularib. cap. Iuuenti, de offic. Ordin. lib. 6. Clementin. 2. de Rescript. vbi Immol. Oldrald. cons. 231. Sylu. de Benefic. par. 3. quaest. 11. num. 85. Conrad. Templ. iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1. & 5. Et, ne immeremur in re nota, vide Fragos. de Regimin. Reipubl. par. 2. lib. 11. disp. 34. §. 2. nu. 4. Bessold. Thesaur. pract. litt. A. nu. 11. Etiam, vt omnia ad casum necessaria, vide apud Doctif. Dom. Lau-

rent. Matth. de Regimin. Valent. tom. 2. cap. 8. §. 8. De hac acceptione, moreque recepto in Ordine D. Augustini, vide Dom. Valenç. cons. 1. per tot. vbi latè.

5 Primus Clericorum Equitum Prælati, post vnionem, Ferdinandus Prior appellatus, non iam Canonicorum Regulariū Monasterij Sancti Lodi, sed Clericorum Fratrum D. Iacobi; à quo cæterique Successores Priores dicti, vt latè Mota, Princ. de el Orden de Santiago, lib. 1. cap. 7. & sequentib. & Tract. de Confirmat. Ordin. lib. 1. cap. 2. §. 2. & lib. 2. cap. 4. §. 3.

6 Sed quamvis vno sub Magistro floreat Equestris Ordo, legitime lex Nostra duos Priores notat, duasque Priorales Dignitates, quibus durate officio honorarium ius cōcessum: De Señoria, quia duæ Communitates Ecclesiasticæ, seu Conuentus Ordinis. Vnus Vclesij in Regno Castellæ, dictus: De Vcles. Alius in Regno Legionis in Ciuitate Legionensi, Titulo: Diui Marci. De quibus, & illorum erectione, aut fundatione latè Mota dict. Tract. Princip. de el Orden de Santiago, lib. 1. cap. 8. & lib. 4. cap. 1. & sequentib.

7 Quæ Cōmunitatum, seu Conuentuum duplicatio ex eo orta, quod cum Primus Cōuentus Ordinis fuisset Sancti Lodi Diocesis Compostellanæ, seu Lucunensi in Dominio Regni Legionensis, in quo Ordinis vnio facta. Regnante Ferdinando II. & in Castella Hdephonso IX. dissidia, ac Bella inter patrum, & nepotem orta fuerunt. Sed cum Castellana Vexilla sequerentur Equites Ordinis Diui Iacobi, odio graui motus Ferdinandus, Equites omnes, tam Sæculares, quam Ecclesiasticos a Regno relegauit, ablatis bonis Ordini competentibus. De quo Marian. Histor. lib. 11. cap. 14. E. stablecimient. de Santiago, fol. 7. cap. 5. relati à Mota dict. tract. Princip. de el Orden de Santiago, lib. 1. cap. 9. Inter alia subla-

tum fuit Ordini Xenodochium Diui Marci in Ciuitate Legionensi fructum ad consolationem Peregrinorum; in quo mutata habitatione, Monasterio Sancti Lodij degebant Prior, ac Clerici Fratres sub Instituto Ordinis Diui Iacobi. Quæ cognoscens Ildephonsus Pijssimus Rex, in Dominium concessit Magistro, Clericis, Equitibus, & Ordini in Castellano Circulo, Oppida, Castraque diuersa; inter alia vero Volufium, vulgò *Vcles*, vbi ab illa ætate erectum, ac fundatum Conuentum sub Priore, & Clericis, sicuti, & in Lodio videmus; ne absque Sacris Laribus Nobilissimus Ordo vagaretur.

8 Sed poenitentia motus Ferdinandus Rex, pristina iura, bona, honoresque concessit in Legionensi Regno, Magistro, Priori, Equiti-

bus, & Ordini; Xenodochio Diui Marci restituto proprio iure, vsque in hodiernum diem. Hinc orta in Ordine distinctio Regnorum Castellæ, & Legionis; & si non quo ad Ordinis regimen, ad hoc quod duo Præceptores sint, seu Commendatores Maiores, quos à Regnorum cognomine Castellanensem, & Legionensem nuncupamus, duasque Dignitates Priorales, duosque Conuentus Castellani Circuli in Volufio, vulgò: *De Vcles*. Legionensis: Diui Marci.

Cæterum, & si dissensio sit circa Originem, antiquitatēque Nobilissimarum harum Communitatum, meum non est in tanto discrimine agere, sed asserere æquali iure Dignitates, Priorales pollere, tam honoris, quam suffragij in Actibus Capitularibus, vt ex Constitutionibus notatur.

A LOS VISO-REYES.

SUMMARIUM.

- 1 **V**ice-Regis officium, idē quod Præsidium Prouinciarum, & 2. Sen Procuratorum.
- 3 Pro-Regum Imperium, & Authoritatem, De Etores referunt.
- 4 Præsidium munus, ex l. 1. de offic. Præsidi.
- 5 Præsides dicti Procuratores Prouinciarum minorum.
- 6 Prouinciarum Cōsiliarium, & Prætoriarum diuersa gubernatio, & 30.
- 7 Vice-Reges, si Præsidium loco habentur, decorandos esse honore: De Señoria.
- 8 Præsides Illustres, Clarissimi, Spectabiles, & 9.
- 10 Præsides Clarissimi, si ex Ordine Patrio electi.
- 11 Præsides Prouinciarum maiorum, Clarissimi.
- 12 Pro-Reges Præsidi Prætores, 13. & 20.
- 14 Præsidi Prætorio iniuncta admi-

- 15 Præsidi Prætores electi à Senatorio Ordine.
- 16 Præsidi omnes Dignitates antehabebat.
- 17 Prætores, Illustres, Excellentes, Sublimes, Eminentissimi, dicti.
- 18 Prætura extra Urbem, Summa Dignitas.
- 19 Prætura Imperium sine purpura.
- 21 Pro-Reges, dicti Præsidi Augustales ab Alciato.
- 22 Guttherius refertur notās, Hispanias sub ditione Præsidi Galliarum fuisse.
- 23 Hispania, ex Guttherio, Prouincia Prætoria non fuit.
- 24 Hispana Prouincia Prætoria fuit abmotio Populi, & Imperij Romani.
- 25 Hispanorum virtus gloriosa omni ætate.
- 26 Consularis Potestas Summa initio Romanæ Reipublicæ.
- 27 Hispania tēpore Reipublicæ Prouincia Consularis.

- 28 Prætoribus, post Consules à Romanis iniunctum regimen Reipublicæ.
- 29 Hispania Prætorica & Trouiacia, 30. & Consularis.
- 32 Hispania viterior Proconsularis, Citerior Prætorica.
- 33 Hispania Prætorica, post Constantini ex Amaia.
- 34 Hispaniarum regimen creditum Maximis Dignitatibus.
- 35 Constantinus Magnus Præturam imminuit.
- 36 Comites creati à Constantino Primi, Secundi, & Tertij Ordinis ad regimen Imperij.
- 37 Comites Primi Ordinis Constituti ad regimen Hispaniarum, sub Imperio, 38. Ex Volaterano.
- 39 Comititia Dignitas Illustris.
- 40 Hispaniarum regimen, post Constantinum incognitum Bellorum intestinarum causa, 56. & 58.
- 41 Hispania Betica Consularis, Lusitania Prætorica post Constantinum.
- 42 Inscriptio Prætorum Hispanorum, refertur ex Lazio.
- 43 Pro-Prætores ad Hispaniam mittebantur, non Prætores, ex Guttherio.
- 44 Præfecti Prætores creati ab Augusto, ex Guttherio.
- 45 Prætorianæ Potestatis Origo, ex l. 2. de Origin. iur.
- 46 Prætorica Potestas ab Augusto aucta, non creata fuit.
- 47 Pro-Prætorica Potestas concessa fuit Gubernatoribus Hispaniarum Summa, 48. & 55.
- 49 Pro-Prætor, cui post annum prorogabatur Imperium, 50. Vel cui commissa tantum Bellica res, 51. Vel qui ad anni finem regens Præturam in Urbe ad Prouinciam mittebatur.
- 52 Pro-Prætor Gubernator Consularis Prouincia: erroneè Guttherius.
- 52 Prætores ad Belligerentes Prouincias mittebantur ab Imperio Augusti.
- 53 Pro-Prætores Superiorum Prouinciarum referuntur ex Tacito, & Apiano.
- 54 Proprætorum insignia eadem, quæ Prætorum.
- 55 Vandali, sub Theodosio Iuniore, Hispanias occuparunt.
- 58 Gothi, sub Imperio Valentis Europam deuastarunt.
- 60 Germani Imperium inuadunt sub Gratiano Imperatore.
- 61 Maximus Militari plausu apud Hispanias Imperator salutatur.
- 62 Gothorum, & Francorum Bella sub Theodosio.
- 63 Romanum Imperium desertum gliscente Bello Gotlazo.
- 64 Gallie gubernatio commissa Comitibus sub Honorio.
- 65 Athaulphus Primus Gothorum Hispania Rex.
- 66 Francorum nomen primò auditum sub Regno Athaulphi.
- 67 Franci sub Arcadio, & Honorio Primum Rhenum transgressi, & 69.
- 68 Francorum Regum initium ignotum.
- 69 Francorum, Rex Primus Pharamundus.
- 70 Clodouæus Primus Francorum Rex, 75. & 76.
- 71 Francorum irruptio Prima in Gallias, sub Honorio Imperatore.
- 72 Ætius Barbaros à limitibus Imperij profligauit.
- 73 Clodius, & Merouæus, non Reges, sed Duces Francorum fuerunt.
- 74 Franci Attila ætate gens incognita.
- 77 Francorum gens ferox, rapinis, & Vastationibus dedita.
- 78 Gothi, subuerso Imperio inter Europæos, Constituerunt Regnum Visigothorum in Hispania, Ostrogothorum in Italia.
- 79 Theodoredus, profligato Attila, limites Hispani Regni in Gallias extendit.
- 80 Eucherius Visigothorum Rex funditus euerfit Romanum Imperium.
- 81 Hispania nunquam Constituta sub Præfecto Galliarum.

DE VICEREGVM MVNERE, AC OFFICIO,

& an hæc Dignitas loco Præfecturæ Prætoris suffecta sit?

Vbi agitur, exploso Guttherio, Hispanias nunquam sub Præfecto Galliarum fuisse.

GLOSSA TRIGESIMANONA.

Vice-Regum officiū, voluit Bobad. lib. 1. Politic. cap. 2. num. 3. 4. & 6. idem esse, quod Munus antiquum, executū manu Præsidum Prouinciārum, ex l. 4. de offic. Præsi. Bulleng. de Imp. Roman. lib. 4. cap. 37. Leuin. Torren. ad Sueton. in Ag. off. cap. 36. Robert. Baltur. de re Milit. lib. 8. fol. 171. Anton. August. lib. 1. emend. cap. 7. cumulat Doctores Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 6. n. 23. (2) Alij vero Scribentes crediderunt, Pro-Reges Procōsulibus, similes fuisse. De illorum Autoritate, Imperio, & Iurisdictione. Vide Pont. de Potest. Proreg. D. Ioan de Solorz. de Gubernat. Indiar. lib. 4. cap. 9. & Politic. Indiar. lib. 5. cap. 12. per tot. quāplures Doctores adducens, quos cōsultō omitto. Adde Theod. Rein. de Regimin. Secular. lib. 1. clas. 2. cap. 2. nu. n. 30. Doctissim. Concolleg. meus D. Lauren. Mattheu de Regimin. Valenc. cap. 2. §. 1. ex num. 1. adducens Giurb. Paul. Xamn. & alios.

4 Sed cum Præsidum Autoritatem, & Imperiū describat Iur. Cōsul. in l. 1. & tot. tit. de offic. Præsid. Bulleng. cap. 37. & 38. Vvolph. Laz. Roman. Reipubl. lib. 2. cap. 8. Rosin. Antiquit. Roman. lib. 7. cap. 42. Pancir. var. lib. 1. cap. 3. Gutther. de offic. Dom. August. cap. 5. Philip. Beroald. ad Suet. in Galb. cap. 10. & in Vespas. cap. 4. Leuin. (5) Torren. in Neron. cap. 17. Ex eis caue, ne absolutè Præsides Prouinciārum Vice-Reges autumes, cum etiam aliquando Procuratores Pro-

uinciārum Præsides indigentur, quia nec ad omnes Prouincias Præsides (6) mittebantur; sed diuersa illarum gubernatio, tū si Consularis Prouincia; tum si Prætoris existeret. De quo Rosin. Antiquit. lib. 7. cap. 44. Salmaf. Not. in Spartian. ad Adrian. fol. 36. & 56. Laz. dict. lib. 7. cap. 7.

7 Sed vt sit, Vice-Reges Præsides dicamus, hæc Dignitas honoranda est venerabili vocabulo: De Señoria. Cum iure Ordinario. Clarissima (8) diceretur, seu: Spectabilis, vt ex l. Præsides, C. de Pignor. deducit Pancir. dict. lib. 1. cap. 3. l. Omnes, C. de Episcop. & Cleric. l. 7. de offic. Rector. Prouinc. Bulleng. dict. lib. 4. cap. 38. Cassiod. lib. 7. cap. 39. Perfectissima, & in l. Cura reis, C. de Pen. Præsides Arabia Vigilantissimis, Iustissimos, l. 3. C. de offic. Rector. Prouin. Bullég. dict. lib. 4. cap. 38. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 4.

9 Adstipulantur, quæ ex Zenonis Constitutione deducit Gutther. dict. lib. 1. cap. 5. Præsides Clarissimos dicens, l. 1. C. vt omnes Iudices: Nemo ex Viris Clarissimis Præsibus Prouinciārum, vel Consularibus, aut Correctoribus, & c. l. 4. C. de iur. & facti ignor. Philip. Beroald. in Suet. ad Vesp. cap. 4. fol. 850.

10 Et ex Vvolph. Laz. Rom. Reipubl. lib. 2. cap. 8. conferente Clarissimum Præsibus; cū Præsides verè dicantur, qui ex Equestri Ordine ad Prouinciā gubernationem mittebantur: quod sufficere visū fuit Alciato, ad hoc vt Titulo Clarissimus condecorarentur; quamvis hunc reiiciat in-

intelle
Anton
in Tyb
rum C
rio O
Baron
(11) t
rissim
Proui
Spart
bus C
batur,
Tarrac
tione.

VIC
PR
M.
NOB
CO
VALE
PR
C

Vbi ill
rissimu
Pancir
teri, V
Republ

12
yes, qui
Prætor
Solorz
num, 1.

Laz. lib
Contz
cap. 22.
Neapol.

13
de Præ
Reges c
iudican
fed illi,
phang.
Quantu
torius di
perio ene
eijs H I
mitibus

intellectum, Gutther. & si Marc. Anton. Sabellic. *Paraphrast. ad Sueton. in Tyber. cap. 41.* Præsides Prouinciarum Clarissimos dicat, dum Senatorio Ordini adscriberetur, Aeguiar. Baron. *in l. Nupta, de Senatorib.* non (11) tamen absolute Præsides Clarissimi erant, vt notamus num. 5. Sed Prouinciarum Maiorum, Salmaf. *ad Spart. in Adrian. fol. 36.* Hique, quibus Clarissima Prouincia designabatur, seu Senatoria, vt de Præside Tarraconensi, notatur ex Inscriptione.

VICTORISSIMO
PRINCIPI IVVENTVTIS
M. AVR. CARINO
NOBILISSIMO CÆSARI
COS. PROCOS. M. AVR.
VALENTINIANVS V. C.
PRÆSES PROVIN. HISP.
CIT.

Vbi illæ litteræ V. & G. Virum Clarissimum significare, notant passim Pancirol. Gutther. Demster. & cæteri, Vvolphang. *Laz. lib. 2. Roman. Reipubl. cap. 1.*

12 Sed Nostro videri: *Los Virreyes*, quidquid dicat Bobad. Præsidi Prætorij dicendi sunt, vt latè notant Solorz. D. Laurenc. Matth. adducti num. 1. *Authent. de Prætor. Pisid. cap. 1. Laz. lib. 2. Roman. Reipubl. cap. 1. Adam Contz. lib. 7. Politic. cap. 21. §. 14. & cap. 22. §. 17. Marc. Anton. Surg. Neapol. Illustr. cap. 13. num. 4. & cap. 22. num. 4.*

13 Quod haud intelligendum de Præfectura ordinaria, nec Vice-Reges censendi Prætores, qui litibus iudicandis tantum constituebantur; sed illi, de quibus in hæc verba Vvolphang. *Laz. dict. lib. 2. cap. 1. fol. 83. Quartum, qui & proprie Præfectus Prætorius dicebatur, Constitutus primum Imperio creatum, qui pluribus simul Prouincijs H. E. integro limiti, vel pluribus limitibus nomine Romanorum Augustorum*

præsidebat, à quo prouocari non poterat, & qui præter Ciuiles, Criminalesque causas, Belli quoque, Armorumque administrationem tractabat. Ex quo, & alijs principijs, ac Doctoribus, quos videre licet, Præfectum Prætorium dicendum esse Proregem, deducit Mastrill. *de Magistrat. lib. 5. cap. 7. per tot. præcipue num. 18. & 22. Cumulat Doctores Giurb. de feud. §. 2. Glos. 13. num. 50.*

14 Præfectis enim (teste Lauren. Vall. *lio. 4. de ling. Latin. & Varron.*) iniuncta erat tam rei Bellicæ Imperium, quam legum præscriptio, *l. vnic. de offic. Præfect. Prætor.* vbi videndi Scribentes, & latè Ioan. Orosc. de quo legem refert Pyghe *Prætores, Iudices, Consules appellantor Milites Summum ius habento*, Cagnol. *in l. 2. num. 163. de Orig. iur. Alex. ab Alex. lib. 2. dier. gen. cap. 15. latè Amaria in l. Curialibus, cap. 2. per tot. C. de De- (15) curion. lib. 10.* Hi enim, nec tantum ex ordine Equestri eligebantur (cui concessum hoc ius honorarium, teste Dion. *lib. 52. Alex. ab Alex. dict. cap. 15. ab Augusto, vsque ad Alexandrum Seuerum.*) Sed è Senatorio ordine, Cassaubon. *in Spartian. fol. 17. num. 38. renouato antiquo iure Patricialis Ordinis. De quo Dracon. de iure Patric. lib. 1. cap. 5. Diximus Glos. 23.*

16 Nec mirum, cum Præfectura, seu Prætura cæteras Dignitates antecelleret, *l. 3. C. de Præfect. Urb. inter Patricias adnumeraretur*, Sydon. *lib. 2. cap. 13. Ioan. Iacob. Dracon. dict. cap. 5. num. 3. latè Glos. 23.* Hinc (17) Præfectis à Iustiniano Constitutis, Procop. *Histor. Arcan. fol. 91. & sequentib.* Illustres, Excellentissimi, Sublimi, Eminētissimi nomine indigatis præter alia Epitheta, ac Titulos, à Gutth. cumulat, *de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 1. Bullég. lib. 3. de Imper. Roman. cap. 2. Vvolphang. Laz. cap. 1. Roman. Reipubl. Pancir. variar. lib. 1. cap. 3. Et si de Prætoribus Urbis*

loquantur Petr. Fabr. lib. 1. Semestr. cap. 1. & 2. Petr. Gregor. lib. 47. Synagmat. cap. 30. Petr. Gilken. in l. 2. nu. 4. C. de Sp. ritul.

18 Præcipue si de Prætoris extra Urbem, eiusque Summa Potestate loqui nurr, Rosin. Antiquit. Roman. lib. 7. cap. 43. Bulléger. d. et. lib. 3. cap. 4. Laz. dict. lib. 2. cap. 2. 3. & 4. Panciroli. lib. 2. variar. cap. 188. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 2. 6. & 7. Munus, vt diximus ex Laz. æquandum Vice-Regale, Salmaf. in not. ad Ed. Capitolin. fol. 85. num. 1. litt. F. De quo Cassaubon. in not. ad Lamprid. (19) fol. 142. num. 29. Cum Imperiũ sine Purpura esse dicat, Steph. Pygh. Ann. Roman. lib. 4. fol. 262. Petr. Fab. lib. 1. Semestr. cap. 2. fol. 15. Andr. Kenischil. de Territor. Origia. cap. 1. ex num. 206. usque ad 212. Adam Contz. lib. 7. Politic. cap. 21. Mastrill. dict. cap. 7. Amaia, l. Curiales 66. cap. 2. per tot. C. de Decurion. lib. 10.

20 Ex quibus Scriptores assensu concordi (vt diximus) notant Præturam equipollere muneri Vice-Regis. Virrey. De quo Marant. de Ordin. iudicior. par. 5. princ. num. 9. Auedañ. in dictionar. verbo Virrey, Borrel. de Præstan. Reg. Catholic. in Præfat. num. 60. Curt. de feud. par. 1. num. 5. Mar. Mutta consuetud. Pan. cap. 11. num. 28. Graf. de Exceptionib. except. 1. num. 43. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 7. n. 1. & 2. Bellug. Specul. Princip. libr. 1. & ibi Borrel. litt. L. Franc. Marc. decis. 616. & præcipue tit. 7. de Assens. Reg. 9. 6. num. 24. Solorzan. de iure Iudiar. lib. 4. cap. 9. & Politic. Indian. lib. 5. cap. 15. Doctissimus Magna iuris, & antiquitatis notitia præditus D. Lauren. Matth. de Regimin. Regn. Valenc. cap. 2. 9. 1. a num. 2. & sequentib. Oliuan. de iure Fisco. cap. 4. num. 58. Fontanel. de Pact. nuptial. claus. 4. Glos. 15. num. 120. Pont. de Potest. Prorog. qui etiam, quatenus Bellicam rem gerant, Præfecti Castrorum dicendi.

21 Sed quamvis hic sit Commu-

nis assensus Scriptorum, Alciatus de Magistrat. Roman. credit, Vice-Reges Præfectos Angustales esse, Ioan. Grosc. Rubric. de offic. Proconsul. n. 19. cui nec assentior.

Cum vero Instituti Nostri non sit agere de Potestate huius muneris, de qua late Solorzan. Mastrill. Pont. D. Laur. Matth. relati num. 1. (omissis, quæ circa illorum Potestatem, & (22) Authoritatem profuse notant.) Extra Chorum non erit, cum de Prætura loquamur, si perscrutemur: qua motus authoritate Gutther. de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 6. & 7. tractus Præfecti Prætoris enumerans, post Constantini diuisionem, sub Prætura Galliarum, Hispanos Circulos describat. Et quamvis temeritatis sit aliquid inscribere post ea, quæ in Guttherium late prænotauit D. Francisc. de Amaia, l. ult. ex num. 8. C. de Canon. largit. lib. 10. cum ex ipso Patriæ amor in omnibus sit innatus, & quadam suaui violentia nos rapiat in suam defensionem. Omissis late, & doctè prælibatis ab Amaia, vt ignorantia Guttherij dignoscatur in antiquitatum, & Historiarum notitia, tæporumque computatione, Circulum Romani regiminis patefacere nõ erubescemus, vt exinde dignoscatur quanta temeritatis fuerit, dict. cap. 7. (23) dicere: Sed mirari ergo satis non possam eorum imperitiam, qui Præfectum Prætoriam Hispaniarum somniant. Vt vero claritatem veritatis denigret, Præturamque Hispaniarum, prosequitur: In Martyrologio, in persecutione Diocletiani Præfecto Hispaniarum Daciano Leocadiam Virginem, dira carceris custodia maceratam legimus: Sed Præfectum Dacianum, non dico Præfecti nomen simpliciter prælatum pro quouis Rectore accipitur, et in eodem Martyrologio sequenti die Dacianus Præses dicitur.

24 Velle enim Guttherium dict. cap. 7. lib. 2. subdictione Præfecturæ Galliarum, Hispaniam describere, Hercle, Commentum est: Et Gallia

Pre
H/p
fent
num
te
expu
de in
Pro
& vl
publ.
(25)
Gall
dum
batu
man
ti O
nia. C
te Re
Liu. 2
trema
cui (i
tulant
Quibu
ferme
Pani
cautiu
uiter i
trepid
quin op
26
rum p
niemu
Nam,
Summ
ciaque
Guber
fules s
de, de O
Liu. D
gor. A
man. lib.
gistrat.
Iacob.
Antiqui
uinciar
Stepha
(27) Ty
publica
cia Con
cad. 3. N
28

Præfectum Præterium habuit, nusquam Hispania. Nam, & si quærerem, quæ sententia, aut assensu fulciretur adnumerandos Prætores Galliarum ante Constantinum, vt Hispaniarum expungeret. Ineptumque Lazium inde incusaret, inter cæteras Prætorias Prouinciâs, Hispanias Citeriorem, & vltiorem recedentem, lib. 2. *Reipubl. Roman. cap. 2.* haud inuenitur. (25) Nam, si verum amamus, nec dum Gallia nomie auribus irrepserat, nec dum inter Orbis Prouinciâs iustrabatur; sed subingali Dominulorum mancipabatur moderamine. Cum toti Orbi terrarum innotuerat Hispania. Omitto Hispanorum glorias ante Romæ ortum, & consulamus, ex Liu. *Decad. 3. lib. 1.* Annibalem ad extrema redactum ob illorû facinora; cui (ni Di; auerterent) in ipsius petulantia exordio parauisset excidium. *Quibus tu multuarijs certaminibus, aut ferme plures Saaguntini cadebant, quam Peni. Vt verò Annibal, dum murum incautus subit adersum ferunt tragula grauius ictus cecidit: tanta circa fuga, ac trepidatio fuit, vt non multum abesset, quin opera, ac vineæ dericerentur.*

26 Porro, si tempora Romanorum perlustremus, Supremum inuenimus Hispaniarum moderamen. Nam, expulso Tarquino, Potestas Summa fuit penes Consules, Prouinciâque illæ Cõsulares erant; ad quas Gubernationis, aut Belli causa, Consules sortiti mittebantur, l. 2. §. *Deinde, de Origin. iur.* vbi Corras. & Orosc. Liu. Dionis. Halicarnas. Petr. Gregor. Andr. Domin. Floc. *de Potest. Roman. lib. 2. cap. 9.* Pompon. Let. *de Magistrat. Roman. cap. 15.* Carol. Sygon. Iacob. Dracon. *de iure Patrie. Rosin. Antiquit. lib. 7. cap. 42.* His enim Prouinciârum gubernatio iniuncta erat, Stephan. Pygh. *Annal. Roman. lib. 2.* (27) Tyrannis, fol. 66. Illa prima Reipublicæ Periodo, Hispania Prouincia Consularis extitit, Liu. lib. 1. *Decad. 3. Nominata antea Consulibus Pro-*

uincia erant. ante sortiri iussit Cornelio Hispania, Sempronio Africa. De quo passim Liuus.

28 Post Consules a crepundijs (vt ita dicam) Reipublicæ Romanæ regimen Prætoribus intinctum fuit, tum litibus iudicandis, tum Bellis gerendis, exigente re. Ad quod duo Prætores creati, Vrbanus scilicet, & Peregrinus, l. 2. *de Origin. iur. §. Post aliquid.* Sed Prouincijs subingalis post Victos Reges, ad illarum regimen Prætores assignatos, ac decretos fuisse, ex *Histor. dict. l. 2. de Origin. iur.* deinceps Petr. Gregor. lib. 47. (29) *Syntagm. cap. 30. num. 11.* Hinc deinceps Hispania Romanæ Reipublicæ ab ipsa die, Prætor illam sortitus est, *dict. l. 2. §. Capta deinde Sardinia, de Origin. iur.* vbi Orosc. Corras. Rosin. *Antiquit. Roman. lib. 7. cap. 23.* Stephan. Pygh. *Annal. Roman. lib. 4. fol. 162.* Aleiat. *de Magistratib. Adam Contz. lib. 5. Politic. cap. 21. §. 3.* Kimisch. *dict. cap. 1. ex num. 206.* Morifat. *Histor. Orb. Maritim. lib. 1. cap. 20.* Liu. lib. 2. *Decad. 5. Prætores deinceps Prouinciâs sortiti sunt. Attilius Serianus, Vrbanam: C. Clauius Saxula inter Cines, & Peregrinos: Cn. Fabi. Buteo, Hispaniam Citeriorem: M. Matienus, vltiorem. Et postea: Prætores deinceps sortiti sunt, Sp. Posthum. Albius Vrbanam; & inter Peregrinos M. Sempronius Tuditenus Sicitiam: Q. Fabius Prætor Flamen Quirinalis Sardiniam: Quin. Fabr. Labeo Classem. L. Plaucius Lapseus, Hispaniam Citeriorem: L. Bibius Dicus, Hispaniam vltiorem. Et lib. 2. *Decad. 5. Lucius Canaleius Hispaniam. Et lib. 4. Prætores, Cn. Bibius, Vrbanam: L. Annicius, Peregrinam. Et se quo S. natus censuisset Cn. Octauius Classem: P. Fonteius Hispaniam. Proficitur lib. 9. Decad. 4. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagm. cap. 30. num. 8.* Volphang. *Laz. lib. 1. Roman. Reipubl. cap. 10. §. lib. 2. cap. 1. Panciroli. not. Anperat. cap. 77. Carol. Sygon. de Antiquit. iur. Prouinc. lib. 1. cap. 51. Marian. Hispan. lib. 2. cap. 25.**



30 Hinc Liuij autoritate motus, Laz. *diēt. lib. 2. cap. 5.* inter Consulares, & Prætorias Prouincias, Hispanias recenset: à quo nec dissentit Strabo, immo Prætorias Prouincias esse apud Hispanos, Bæticam affirmat Alex. ab Alex. *dier. gen. cap. 27.* Sed Alciatus *de Magistrat.* post translata Potestatem in Imperatores, Bæticam, & Lusitaniam Consulares, Ioan. Orosc. *in rubr. nu. 7. de offic. Proconsul.* notat, cæteras Præsidiales, (31) Vvolphang. Laz. *diēt. lib. 2. cap. 5.* ad quas ipse Imperator Præsidentem mitteret. In quo versabatur discrimen ab Augusto Constitutum (vt supra ex Salmas. diximus) inter Consulares, & Prætorias, aut Præsidiales Prouincias.

32 Quamobrem Vvolph. Laz. *diēt. cap. 5. lib. 2. ex Liuij. lib. 5. Decad. 5.* Proconsularem vocat, Hispaniam Vteriorè; Citeriorem verò Prætoriam censet. Quo functus munere Cæsar, Plutharc in Cæsar: *Cæsar. ex Prætura in Hispaniam abiturus.* Sueton. *in Cæsar. cap. 18. Ex Prætura sortitus Hispaniam.* Quo principio, & notis Liuij locis, Philip. Beroald. *ad Sueton. in Cæsar.* ait: Citeriorem autem, & vltiorem Hispaniâ Prouincias fuisse Prætorias, testis est Liuius, qui frequenter ait: Prætores sortitos esse Hispaniam Citeriorem, & Vteriorem.

33 Quibus referatis, Præturam Hispaniarum omni viguisse tempore in propatulo est: quam etiam floruisse post Constantini Constitutionem, comprobatur latè, ac Doctissimè D. Franc. de Amaia *in l. vlt. C. de Canon. largit. lib. 10. ex num. 8.*

34 Et si aliquando Hispaniarum regimen Prætoribus, non creditum inueniatur, fuit tamen cõcessum alijs Maximis, & Supremis Magistratibus Illustriori Authoritate illa ætate fulgentibus, vsque ad Gothorum tempora, quibus Cæterorum Romanorum Magistratum vigor emarcuit, Ioan. Orosc. *rubr. de offic. Prætor.*

num, 30. Anton. Per. *Praelect. in C. ad titul. de offic. Prætor.*

35 Quod elucidius patet, si notamus Imperij Romani regimen post Constantinum. Nam, cum Præfecturam minuere tentasset, & fecisset. Vt ex Euseb. Cæsarien. & Zozim. notum, alias suffecit; illius loco Summas Dignitates, quas Comitibus appellauit. Primi, Secundi, & Tertij Ordinis, vt diximus *Glos. 30. ex num. 30. Anton. Dadin. de Ducib. & Comitib. Prouin. Galliar. lib. 1. cap. 2. Ad (37) Gubernationem Hispaniarum Comites Primi Ordinis misit, qui Clarissima Dignitate fungebantur, & Præfectum Prætorium anteibant post Præfecturæ emacerationem, vt ex Cassan. notat Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 24. & eleganter Claud. Salmas. in not. ad Trebel. Polion. fol. 307. de promiturque ex l. 4. C. Theodos. de Decurionib. Constantin. A. ad Octavian. Comitem Hispaniarum. Et in l. Scriptura 14. C. de fid. instrum. Idem AA. & CC. ad Seuerum Comitem Hispaniarum. Et in l. Data 27. C. de Donat. Idem ad Seuerum Comitem Hispaniarum. Et in l. Cum Seruum 6. C. de seru. fugitiu. Idem A ad Tyberianum Comitem Hispaniarum. Sic, & in l. 1. C. vbi Senat vel Clarissim. Hispaniarum Comes dicitur Octavianus. De quo Pancirol. not. Imper. Occident. cap. 77. comprobatur Andr. Kinisch. de Territor. Origin. cap. 1. num. 209. Diuiso autem Imperio, in Orientale, & Occidentale, quam feliciter liquet ex Panuino in Præfat. & lib. 1. Roman. Princ. Constantinus, non solum Potestatem Præfectorum Prætorio, quorum quatuor Constituit, adstrinxit, vt iudicandis causis tantummodo præessent, diēt. cap. 3. fol. 256. ad fin. Verum etiam Byzantium, seu Constantinopolim Imperium, omnemque Potestatem transfudit, adeò, vt Iudiciorum Summa resideret penes Consistorium Principis, ex quo omnis iuris, & fori antiquitas cum ipsa Roma euersa.*



38 Quare credimus ex Nostra sententia, Comitem Hispaniarum fuisse Maximū Magistratum in Dignitate, & honore, cui commissa moderatio Prouinciæ, Volateran. lib. 2. Geograph. Ab Augustotandem Cantaber omnium ultimus subiugatus est, una cum reliqua Hispania in Prouincia formam redacta, eoque modo per Prætores administrata. Deinde per Comites, vsque ad Honorium Principem. Cui Omnigena, & Belli, & Facis Potestas incumbabat, Marin. Frec. de subfeud. lib. 1. cap. (39) de offic. Admir. num. 10. quem tãquam Comitem Primi Ordinis Cõsulibus æquatum, Illustrissimatuque decoratum patet, ex l. 1. & ibi Rebus. C. de Comitib. rei Militar. Anton. Dadin. de Ducib. & Comitib. Gallia, lib. 1. cap. 2.

40 Bellorum sanè intestinorum calamitate per Hispaniam grassante, ante Constantini Imperium, ob Imperatorum Tyrannidem effectū est, vt Hispanæ ditionis, aut finium veratio haberi non posset, Vvolphang. Laz. lib. 1. Roman. Reipubl. cap. 10. qui

curam Imperatorum in digerendo, ac stabiliendo Hispano limite extol- lit, & commendat; in quo neque parum infudarunt Marcus Imperator media Commodi filij persona; quod postea proprio perfecit labore Carus.

41 Vnde post Constantinum, tẽporeque Honorij, ex Scoto, rectè euincit Laz. lib. 2. cap. 5. Vario regiminis Marte, rem Hispanicam actã; nam, & si Comitibus Primi Ordinis commendatam, notant Scribentes, Cõsularem extitisse Prouinciam Beticam; Lusitaniam verò à Præfecto Prætorio proprio moderatam, testatur Pancirol. not. Imper. Occident. cap. 77. De quo Constitutio Iustiniani, de Præfide Pifidæ, Nouell. 24. Et multi Prætores partim Siciliam, partim Sardiniam Insulam, partim Hispaniam, partim Terra, Marique alij aliud, vel Imperio iecerunt, vel texerunt. Meminit de Præture Hispaniarum, Contz. dist. lib. 7. Politic. cap. 21.

42 Patent hæc ex Inscriptione antiqua à Laz. exhibita:

M. Vivio Solemni Seuero Cos. Adlecto à Secretis Imper. Adriano inter Tribunitios P. R. Peregrin.

Aug. Leg. Prouinc. Beticæ Leg. Legion. XI. CL.

P. F. Leg. Aug. P. R. P. R. Prouinc. Lusitaniæ.

Vbi ex illa P. R. in Inscriptione Præfecturam Prætoriam connotari, satis (43) incomperato est apud Scriptores; quamvis hunc reiiciat intelle-

ctum, Gutther. petulanti rogitanis dubitatione volens Pro-Prætozem denotare, non Prætozem, sicuti alia Inscriptio:

M. PORTIO CATONI XV. VIR S. F.

LEG. AVG. Pr. Fr. PROVINC.

C. ET IN EA DVCI, TERRA, MARIQVE.

44 Cui Guttherij Commento, tantum conferendum est, quantum effugiato interpretamine interpellat eum Laz. præcipuè cum loquenti de Præfectura, invehés in eū hæc extol-

lit verba: Hos à Regibus Institutos scribit: quo tempore, inquit, iudicio, & Militibus præfuerunt. Quis hoc non rideat? Nam Præfectum Prætorium ab Augusto creatum tonsoribus notum. Quod antea

asseruit, *lib. 2. cap. 1.* ipse Gutther.

45 Latè enim possemus huius Doctores convincere figmentum, si vindici indulgeremus calamo. Sed vt initium Prætorianæ Potestatis agnoscas, assertionemque Guttherij explodas, perpende Iur. Consult. in *l. 2. §. Capta deinde Sardinia, de Origin. iur. & ibi scribentes Stephan. Pygh. Annal. Roman. lib. 4. fol. 263. Rolin. Antiquit. Roman. lib. 7. cap. 43. Pancirol. not. Imper. cap. 5. Adam Contz. lib. 7. Politic. cap. 22.*

46 De quo latè Liuius supra traditus, conspirat Sueton. in *Cesar. cap. 18. Ex Prætura sortitus Hispaniam, vbi videndus Philip. Beroald. & cæteri, Mar. Anton. Sabellic. in Paraph. Prætura enim ab Augusto creata non fuit, vt Doctores supra adducti, quibus annectendus Adam Contz. lib. 7. Politic. cap. 21. Quod, & ex ipso Guttherio patet, dict. l. 2. cap. 1. Sed aucta tantum ab eo fuit Prætoria Potestas; de quo Tacit. lib. 4. *Annal. Vm Præfectura modicam antea intēdit. Cui album adiiciunt calculum Lypf. & cæteri Romanæ antiquitatis indagatores. Nec absolutè, vt Guttherius iactat, se res habet, sed distinctione adhibita de Prætura ante Imperium, & de Prætura post Imperiū, vt Laz. dict. cap. 1. & 2. Rebuf. in rubr. de offic. Prætor. Vide Glos. 23. num. 38. & sequentib.**

47 Velle quippe deducere etiam Guttherium ex supradicta Inscriptione P. R. P. R. Pro-Præturam, & non Præfecturam, Diuinatorium est, ratione, ac fundamento destitutum: at cum non gloriæ, ac honorum splendore ita viduemur, vt Commentis facinora effigiemus Hispana; assentior aliquando Hispanici tractus habenas tenuisse Pro-Prætores, & de eo valere intelligi illa verba, seu literas à Laz. exhibitas dicta Inscriptione P. R. P. R.

48 Quale verò Pro-Prætorum existebat munus, vt minor Dignitas,

quam ea quæ Gallicum tractum subigebat, censeatur, perquiramus. Præstantior meo videri Imperatorum tēpore Pro-Prætorum Hispanorum (si fuere) Dignitas extitit, quam Prætorum. Nam si vere notas, Pro-Prætoris officium diuerse habitum est.

49 Velenim trutinamus Reipublicæ, vel Imperatorū tēpora. In primis de Pro-Prætoribus Scriptores notant. Illos Pro-Prætores Prouinciarum dictos, quibus prorogabatur Imperium ultra legitimum tempus, vel hos, quibus denegata gubernatione Iuridica Prouinciæ, Belligerendi Potestas concessa fuit, vt de Augusto Sueton. in *eum, cap. 10. Iussusque cōparato exercitui Pro-Prætoris præfesset, ex Cicer. lib. 2. Epist. famil. De Q. Terma Helesponti Pro-Prætoris, meminit Ioan. Corras. rubr. de offic. Prætor. num. 7. Hoc munere, teste Cicer. Philip. II. functus est Cæsar. Idem Cicer. Philip. V. Demus Imperium Cæsari, sine quo res Militaris administrari, teneri exercitus, Bellum geri non potest: Pro-Prætores faciamus, qui bonos quamquam magnus illi etati, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad Dignitatem valet. Et Cn. Pifo vt Salust. in *Catilin. Postea Pifo in Citeriorem Hispaniam Quæstor Pro-Prætoris missus est adnitente Craso. De Lucio Martio Pro-Prætoris meminit Val. lib. 2. cap. de Disciplin. Militar. I. Martius Pro-Prætor, cuius honoris usurpatione uti cum Patribus conscriptis non placuit, quia Duces à Populo, non à Militibus solerent creari.**

51 Vel Pro-Prætores erant, quibus Prætura in Vrbe gesta ad anni finem in Prouincias profecti sunt, Liui. lib. 4. *Decad. 3. Ex Prætoribus prioris anni Pro-Prætor Q. Mulcius obtineret Sardiniam, Rolin. Antiquit. Roman. lib. 7. cap. 43. Franc. Hotthoman. de Magistr. Roman. verbo Proconsules, & Pro-Prætores, Philip. Beroald. in Sueton. ad August. cap. 10. deducitur etiam ex*

Vvol-

Vvol
cap. 4.
fert d
non re

52
r. se
tem li
Prato
gonum
Leuin
cap. 41
Autho

52
immu
ramen
nas Pr
iniung
tuosas
adscrib
ritim. lu
rius sec
remear
Prætor
cæteris
vt ex l
Hotton
Procon
Antiqui
phang.
4. Bulle
cap. 37.
de Imper

53
Pro-Pr
de Q. C
ci, Tac
Mefio La
lib. 2. de
Prætor
tor fuit
ducit V

54
nia Fasco
itas non
nus, adie
tore disc
ex Dion
Rofin. &

55
mentum

-idi

Vvolphang. Laz. lib. 2. Reipub. Roman. cap. 4. qui eleganter hæc verba profert de Pro-Prætura: *Et nomine solū, non re, à verò Prætore differebat.*

52 Quapropter credimus aberrasse Bullenger. ex Strab. lib. 17. dicentem lib. 4. de Imper. Roman. cap. 31. Pro-Prætores Gubernatores peculiarium regionum esse. Nam, vt videre licet apud Leuin. Torren. ad Sueton. in Tyber. cap. 41. Præfecti Pro-Prætores ab Authoribus promiscuè vsurpantur.

52 A tempore autem Augusti immutatum fuit Reipublicæ moderamen. Nam ipse cum Senatu Romanas Prouincias partitus est, pacatas iniungens curæ Senatorum; tumultuosas vero, ac Bellumgerentes sibi adscribens, Morisot. *Histor. Orb. Maritim. lib. 1. cap. 21.* ea ratione, vt celerius sedarētur, & pacatæ ad Senatum remearent. Ad has Prouincias Pro-Prætores, tam ab Augusto, quam à cæteris Imperatoribus mittebantur, vt ex Dion. lib. 53. & alijs Franc. Hottoman. de Magistrat. Roman. verbo *Proconsules, & Pro-Prætores*, Rosin. *Antiquit. Roman. lib. 7. cap. 43.* Vvolphang. Laz. Roman. Reipubl. lib. 2. cap. 4. Bullenger. de Imper. Roman. lib. 4. cap. 37. & lib. 1. cap. 11. Onuf. Panuin. de Imper. Roman. fol. mibi. 797. & 805.

53 Sic Cæsar, lib. 3. Ciuil. Bell. de Pro-Prætore Thessaliæ meminit, & de Q. Carnificio Pro-Prætore Illirici, Tacit. lib. 2. *Histor. de Pro-Prætore Meso Latinio Pando*, & Apiano, Alex. lib. 2. de Ciuil. Bell. de Mauritaniæ Pro-Prætore, Quintilius Varus Pro-Prætor fuit Germaniæ, vt ex Tacit. deducit Vvolphang. dict. cap. 4.

54 Erant Pro-Prætoris insignia Fasces, Militaris habitus. Potestas non minor Prætoris, nomine tenus, adiecta præpositione Pro, à Prætore discriminabatur, vt videre licet ex Dion. latè apud Hottoman. Laz. Rosin. & cæteros.

55 Hinc patet Guttherij commentum non foueri; licet supradictâ

inscriptionem de Pro-Prætura intelligamus. Nam si de Prætore, vt Laz. rectè voluit, iam patet, Hispaniam Prætoriam extitisse Prouinciã: Si de Pro-Prætura, ad summum deducitur, Hispaniam Prouinciã Cæsari iniunctam esse, non Senatui.

56 Affatim Hispaniarum gloria innotuit toti terrarum Orbi; cuius formam, nec breui celare penicillo ausim venerabundus. Quamobrem difficile Nobis adinventum est, de Gubernatione Politica (vt & notamus *nu. 40.*) aut Bellica Romani Imperij disserere: Cum diè functo Constantino Romanum fuerit disperditum Imperium, partim Hispaniarum cum Gallia, Arcadibus, Britania, & Tyl-læ; Sortito Constantino: Africam, Italiam, & Illiricum, moderante Constantio, qui vario Belli euentu moti sunt. A quo tempore agitatam Imperium diuersis sub Tyrannis, diuersis sub Gëtibus è proprijs Sedibus pulsas, ad nouas Sedes, nouaque Regna quærenda; præcipuè intra Hispanos, Gallicanosque limites, vt ex Historia Imperij Romani depromitur.

57 Honorio enim, & Theodosio Iuniore Imperantibus anno circiter CCCCXI. Vandali Hispanias occuparunt, multisque commissis prælijs eam tandem obtinere, vt diximus de leg. Politic. lib. 1. cap. 6. Pácirol. not. Imper. Occident. cap. 77. ex Casiod. Prosper. Paulo Diacono, & Orosio.

58 Tumultuante Gallia, Constantio Principe apud Persas ob Bellum degente, Iulianus post Apostata indigitatus, Militum auspicio apud Gallos Imperator Salutatur. A quo tempore, vsque ad Valentis Imperium, subito fatis erepto Louiniano, acclamato Valentiniano, de intestino potius Bello actum est, quam de Imperij gubernatione. Vnde notu difficile est, quo pacto Hispaniæ regerentur, præessent Prætores, Præsides, aut Legati, vel an ipsi Imperatores Bel-

Bellicam rem gerent.

59 Tempore Valentis teterrima Clades Romano Imperio incussa est. E proprijs enim Sedibus Gothi ab Hunnis pulsi, exteris, nouumque Imperium quærentes, non iam per Illiricum, aut Afsiam, vt Gallieno Imperatore, seu Perdicæ Atheniensium Rege, aut Sylla, vt voluerunt Treb. Pol. & Lel. Jordan; sed Regnum Occidentale ambiètes, totam Europam deuastarunt.

60 Nec Gothicum Bellum Romanis inditum tatummodo fuit, Valente à Gothis in Tracia interfecto; sed ipsa Gallia Gratiano nouo Imperatori Bellum intulit, triginta millia Germanorum ora Romana, ac fines depopulantium.

61 Nec etiam hac tempestate immunis à Ciuili Bello lætabatur Hispania: Nam Maximus in ea, Militari plausu Imperator inauguratus, in Galliam transijt, cui retundendo Gratianus occurrit. Sed volente facto ex subita Militum defectione confertus Gratianus Lugduni è medio tollitur.

62 Erupit post Theodosij Maximi mortem Ruffini, apud Orientales: Gildonis in Affrica: Styliconis nefaria in Europa Tyrannis: Stylico Vvandalus genere, Vvandalos accedit ad invadendas hostiliter Gallias. Commisisis ex aduerso prælijs cum Gothis, vario Marte certatum, tandem Alaricus Styliconis perfidiam notam faciens Honorio per Legatos, cum eo pace inita, Stylicone è vita sublato, Gallia partem Gothis quæsiuit.

63 Hoc glifcente Bello, Vrbs, quæ totum cepit Orbem, capta fuit. Ex hoc Vice-Gothi, Vvandalis, Suis, Alani, Galliam primò, mox Hispaniam rapinis, ac Bellis foedarunt, sic in ea abolito Romani Imperij nomine, vt postea ad harum Prouinciarum aures non pertingeret: penitus Romano detracto, & excluso Do-

minio. Testantur hæc Paul. Oros. Nicephor. Calixtus, Lel. Jordan. Sigibert. Marc. Anton. Sabellic. Profper. Aquitan. Luithprand. Cassiod. Gregor. Turonens. Paul. Emil. Venerab. Beda, Procop. Rober. de Monte. Adon. Vienen. Baron. Olympiodor. ne ad hoc Hispanos, tam antiquos, quam Neotericos Scriptores in medium afferam.

64 Verumtamen sub Honorij Imperio, teste Paulo Orosio, lib. 7. cap. 42. Vener. Beda lib. 1. Eccles. Histor. Gentil. Angl. cap. 11. Bellicam rem Gallia, non Prætori Galliarum, sed Constantio Comiti iniunctam comperimus. Nam, vt prænotauimus; à tempore Constantini Magni Summa rei Bellicæ, ac Politicæ Comitum incumbere curæ, non Prætorum, cuiam Prætura post Maxentij Tyrannidem emarcuisset.

65 Honorij Imperatoris tempore, duo Magna Europæ regna à Romano Imperio auulsa fuere, Hispanum nempe, & Francicum. Ataulphus quippe, post captam Urbem, Placidiamque Honorij Sororem in vxorem ductam, ex Italia ad Hispanias transfretauit, vbi legitimum, iureque Belli quæsitum Imperium sibi, suisque firmavit.

66 Tuncque primò Francorum nomen auribus irrepsit, Gens Barbara, ferox ab Honorio dicta; à cuius tempestate Franci iuste, siue iniuste Romanorum Imperio, Bellum tulerunt, Sabellic. Anead. 7. lib. 9. His sub (67) Arcadio, & Honorio, mutandæ Sedis causa, Rhenum transgressis in Treueris, Leucis, alijsque finitimis locis confedere; sed manu Vvandalorum è Gallia finibus pulsi, eo vnde dicefferant remeare coacti fuere.

68 Suis vero non contenti Sedibus Franci, in Imperij excidium, & tetrâ cladé irrupere; sicuti, & cæteræ Barbaræ Nationes: Illorum regnum, (suorumque Regû, siue Regulorum, vel Vice-Regum incognitû) initiû, sibi-

fibi
Gre
2. ca
6
raru
riun
rum
Bur
vt et
ludi
rent
Fran
Se
Gall
Chron
dum
mum
& in
tum,
dican
7
script
ricum
habui
se Ge
dem a
lorum
Vnde
Clodi
indict
71
Anton
Hono
noriu
in spem
omni B
omniun
pania e
dubiam
Barbar
sine Imp
tur, fac
72
sensus e
Præfec
baros p
Francos
Rheini
que Gall
coegit re

sibi que abstrusum recenset antiquus,
Gregor. Turonens. *Histor. Franc. lib.*
2. cap. 9.

69 Nam Colluvies illa Barbararum Gentum in Romanum Imperium irruens Vandalarum, Suecorum, Gothorum, Visigothorum, Burgundionum, & aliarum effecit, ut etiam Franci ora Meothidis Paludis, habitantes proprium effligerent Principem, Paul. *Æmil. de reb. Francor. in princip.*

Sed licet ipse Paul. *Æmil.* alijque Gallici Scriptores, ut Ioan. Till. in *Chronic.* & Sigisbert. Pharamundum Ducis Marcomiri filium, Primum Francorum Regem prædicent, & in eo Regnum Francorum creatum, ad totius Galliarum dimensionem dicant.

70 Nobis verò ipsorummet scripta rimantibus, usque ad Childe-ricum, ac Clodouæum, Regem non habuisse credimus, sed Francos fuisse Gentem Barbaram, propriam Sedem ambientes per calamitosam illorum Bellorum intercapedinem. Vnde, teste *Æmilio*, illa Periodo Clodius, non (ut ipse) Rex, sed Dux indictus fuit.

71 Deducuntur hæc ex Marc. Anton. Sabellic. *Anead. 8. lib. 1.* de Honorio Imperatore loquente: *Honorius Italia, Gallia, & Africa pacatis in spem certam venit Romani Imperij ab omni Barbaria vindicandi, ac primum omnium Gothos, qui nuper Citeriori Hispania erant potiti, quibus victis nulli dubium erat, quin Vandali, & omnis Barbarorum coluuiæ; qui sine Regibus, sine Imperio remotioribus terris vagabatur, facile deleberetur.*

72 Fulcitur quoque Noster assensus ex ipso Sabellico, qui de *Ætio* Præfecto Exercitus Honorij Barbaros profligante, subiungit: *Idem Francos, Germanorumque Gentem, qui Rheni ripam insederant, imminabantque Gallia, armis disiectos in suos fines coegit retrohabitare.*

73 Et quamvis Clodionis, & Morouei ductu Galliam invaserunt, & Parisiorum, & Aurelianorum terram occuparunt (ut ex *Chronic.* Sigisbert. Ioan. Till. *Æmil.* & Sabellic. depromitur) non ut Reges, sed ut Duces rem Bellicam agebant.

74 Porro notatu dignum è vulgo, eo habitam Francorum Gentem hac temporis intercapedine, ut cum post Cathalaunicam Cladem, in qua Attilam Hunnorum Regem *Ætius* fuderat, suas Gentes Attila alloqueretur, ut denuo in aciem irruerent, de Francis nulla mentio fit: licet omnes Imperiales, & Barbaras Nationes suam detrectates iugum enumeret.

75 Ex quo, cum de Regibus Francorum agitur à Marco Antonio Sabellic. *Anead. 8. lib. 2.* Primum Francorum Rex *Clodouæus* dicitur.

76 Gregor. Turonens. *Histor. Francor. lib. 2.* Et si accurate Regum Francorum initium indagare conetur, nullum verum, usque Childe-ricum, & Clodouæum adinvenit, cæteras Francorum irruptiones trans Rhenum, & reliquas Galliarum partes, non manu Regali, sed ductu Pharamundi, ac Clodij inundasse autumat, sicuti, & Duces Marcomirum, Genebaldum, & Hunonem extitisse affirmat.

77 Hac quidem tempestate, licet conuieamus Francos, Crinitos habuisse Reges, erat inculta gens, ferox, rapinis, & vastationibus imbuta, Gregor. Turonens. *lib. 2.* Sygibert. & Adon. *Vienens. in Chronic.* & Paul. *Æmil. Histor. Regn. Francor. in Clodou. & Childe-ric.* testatur Marc. Anton. Sabellic. *Anead. 8. lib. 1.* nullum gloriæ specimen ambiens, sed prædam tantummodo suspirans, ut ex his colligitur Scriptoribus, & Paul. *Orosio lib. 7.*

78 Gens verò, quæ hisce temporibus terrorem Orbi, Imperioque Romano incuserat, fuit Gothica, Vvandalica, Hunna. Hæ omnes subvertère Imperium: Hæ abdicato Gallia Sceptro, depopulata Hispania, subversa Italia, Affrica deuicta duo regna constarunt, Vvifo Gothorù in Hispania, Ostro-Gothorum in Italia, Sigisbert. Adon. Vienenf. in Chron. Paul. Oros. lib. 7. Gregor. Turonens. lib. 2. Histor. Francor. Beda Histor. Gener. Angl. lib. 1. Paul. Æmil. in Pharamund. & Clodou.

79 Paruerunt Gallia partim Gothis, partim Honorio, Constantio, & Valenti, vsque ad irruptionem Attilæ, qui strenuitate Theodoretæ Gothorum Regis profligatus, & Gothis gloriam adauxit, & Regnum stabiliiuit, cui successerunt Theodoretus, Thurismundus, & Theodoricus filij.

80 Eucherius Theodoretæ filius, funditus Imperium Romanum ab Hispanis eradicaui, & cum iam ipsum in Italia à Barbaris subuersum iaceret, & Bello Italico arma Imperij tenerentur, subacta Gallia, sua limina, Regnumque ad Rhe-

mensem vsque, & Lemouicensem tractum protelauit, Regiumque Thronum in Arlem Ciuitatem fixit: vbi anno circiter 485. Victorij refectus, licet Arriana Hæresi denigratus diem clausit extremum.

Inter hos Belli clangores diu elaboraui perquirendo, quo iure Guttherius, siue tempore Constantini Magni, siue aliorum Imperatorum, iactitet Hispanias Præfecto Galliarum additas paruisse. Maximè, cum (vt latius alibi agemus) Gallia Narbonensis, Guiennia, & Aquitania; præcipuaque Galliarum pars, si ius Belli irreuocabile maneat, nec armis temerari possit, legitimo iure Hispanis Regibus competat; Nam Eucherius, & Amalaricus Gothorum Reges, etiam Galliarum Salutati sunt, à quibus ius Nostri Catholici Reges deducunt, vt in comperto est. Cuius comprobationi non indulgemus, cum hic tantum Guttherij iuscitiam interpellare, & invicem eius placitum euincere duxerimus firmantes: nunquam Hispanias Gallijs additas morem tulisse; licet Hispania, & Gallia Imperio subderentur Romano.

GENERALES DE EXERCITOS.

SVM MARIVM.

- 1 Exercitus Ductorum Munus maximum in Republica.
- 2 Ductores Exercituum dicti Reges, Duces, Imperatores.
- 3 Romani à Romulo, vsque ad Casarem Imperatores dixerunt: Ductores Exercituum.
- 4 Militaris res distincta in Terrestri, & Nauali.
- 5 Hispani Gothi Duces appellabant: Ductores Exercituum.
- 6 Alferes, inter Hispanos præcipua Dignitas Militaris.

- 7 Alferes Mayor, el Cid Rodrigo Diaz de Vibar.
- 8 Condestable, Militaris Summa Dignitas, creata inter Hispanos, sub Sceptro Regis Henrici II. 9. Concessa Supremis Viris.
- 10 Comeftabilis vox, Origo, & Ethimonia.
- 11 Comeftabili res Bellica commendata.
- 12 Comeftabilis Dignitas concessa familia Velascorum, & num. 15.
- 13 Comeftabilis Dignitas varijs honoribus ornata.
- 14 Comeftabilis Dignitas inter Fran-

- cos Summa, sed varie laudata, ac suspen-
 16 Exercitus diuersi necessarij ad regi-
 men Hispanum.
 17 Mariscalis Francie leuati ad Sum-
 mam rei Militaris, suspenso munere
 Comestabilis.
 18 Capitā General, loco Comestabilis.
 19 General, Dignitas equalis Magi-
 stro Militum.
 20 Magister Militum, quando creatum,
 & num, 22.
 21 Capitan General, Maior in Hono-
 re, ac Potestate, quā Magister Militum.
 23 Capitan General, Honorandus ap-
 pellatione de Señoria, quia Illustris-
 simi, Magnifici, ac Gloriosissimi
 Titulis honorabantur, & 29.
 24 Capitan General, qui praest exerci-
 citui.
 25 Capitan, el que tiene debaxo de
 su mandado. Compañia de Sol-
 dados.
 26 Capitan, vox Itala à Gracis re-
 cepta.
 27 Capitaneus Regius, Dignitas Rega-
 lis, & 28.
 30 Dux eligendus rei, ac disciplina Mi-
 litaris gnarus.
 31 Dux Vulgi commendatione eligen-
 dus, nec admittendus inuitus pro po-
 pulo, & Militibus.
 32 Amor Militum in Ducem necessarius
 ad bene agendum.
 33 Romani Ducem, & si à Senatu ele-
 ctum rejiciebant si exitiosus erat po-
 pulo.
 34 Bonum Omen in Duce necessarium.
 35 Felicitas quarenda in Duce, vt com-
 probatur exemplis Atheniensium, &
 Romanorum.
 36 Imperium à Deo.
 37 Ducis electio à Principe facienda,
 attentis electi virtutibus.
 38 Ducis Magni Fundisalui à Cordua
 virtutes, ex Paulo Iouio.
 39 Ducis, scientia Militaris necessaria
 ex leg. Hispana.
 40 Dux omnia cognoscere, agere, prou-
 dere tenetur,
 41 Belli casus irreparabile.
 42 Ducum Atheniensium, & Romanorum
 scientia exemplis comprobatur.
 43 Ducis virtus, apud Nos Esfuerzo,
 necessaria ex leg. Partit. 45. Compro-
 batur exemplis Atheniensium, Lacedae-
 moniorum, & Romanorum, 47.
 44 Ducum ignauia periculosa.
 46 Marchionis Pischariae virtus in Bello
 apud Rauenam, ex Paulo Iouio, & 52.
 48 Prudentia necessaria in Duce, ex leg.
 Hispana: Buen Sello, 49. Compro-
 batur exemplis.
 50 Consilium in Duce necessarium ad agē-
 dum, exemplis probatur.
 51 Sforcia Dux magis praeditus virtu-
 te, quam prudentia.
 53 Dux animos Militum allicere debet,
 exemplo, 54.
 55 Probatum exemplis Alexandri, Cesa-
 ris, 56. Pescenij Nigri.
 57 L. 4. & 5. tit. 23. par. 2. de virtuti-
 bus Ducum referuntur.
 58 Auaritia criminossissima in Duce.
 59 Dux de stipendijs Militum accipien-
 s acriter puniendus, 61.
 60 Dux stipendia Militum fraudans, an
 sit in perniciem Reipublicae?
 62 Dux de lachrymis Prouincialium, ni-
 hil ultra stipendium recipiat.
 63 Ducum continentia laudata exēplis.
 64 Dux non se, sed Milites dicere debet.
 65 Ducum crimina acrius punienda, 61.
 66 Dux de stipendijs Militum, aut Pro-
 uincialium, ultra debita percipiunt,
 tenentur legibus repetundarum, 67.
 68 Ducum auaritia induxit excidium
 Legionum Romanarum in Germanias.
 69 Auaritia Lupicinij, & Maximi Go-
 thos à Romanis auertit.
 70 Vindicta publica anteponenda omni
 rei.
 71 Respublica interest, vt delicta puniā-
 tur, 73.
 72 Pietas aliquando dānosa bono cōmuni.
 74 Principis est iustitiam agere, ac ne de-
 licta impunita maneant, praecipue Mi-
 litaria.
 75 Delicta militaria, veniā nō admittūt.

- 76 *Pœna Militares, remissiuè.*
 77 *Fidelitas in Duce necessaria, & qualitas, 79.*
 78 *Fides qualiter attendenda in Duce?*
 80 *Dux Natiuus præferendus ad regimen.*
 81 *Ducum fidelitas commendatur exemplis.*

- 82 *Infidelis Principi, ex omni iure damnandus.*
 83 *Infidelitas, omnium criminum maximum.*
 84 *Infidelitas, & punitio Ducum, referuntur.*
 85 *Punitio criminum necessaria Principi ad firmitatem Imperij.*

DE OFFICIO AC MVNERE IMPERANTIS,
 Ducisve Exercitus, dicto: *Capitan General*, illiusque
 virtutibus ac munere.

GLOSSA QVADRAGESIMA.

P Ræcipuus, seu Maximus Honor inter Rerum-Publicarum Illustrissimos, fuit Imperium, Authoritas, Iurisdicctio, Manus, Munus Ductoris Exercitus; cum ex eo pendeant Regna, Imperia, Ciues, Omnisque res, & Salus publicæ. (2) ca. Ob id, hic (vt diximus) Honor per Gentes à Mundi crepundio Maximis Honoratus Titulis, Primo Regum, vt ex Ægyptijs, Laconibus, Atheniensibus, Israelitis, diximus *Glos. 4. post Ducum, & Comitum; vt Glos. 30. de Origin. Dignit. & vltra ibi relatos, Georg. Schomb. Politic. lib. 5. cap. 38. Adá Contz. Polit. lib. 10. cap. 22. Bessold. dissert. de iur. Bell. cap. (3) 2. ex num. 13. Inter Romanos, à Romulo, vsque ad Iulium, Imperatorum voce honorabantur accitis ad Militatem Supremam Authoritatè, Manum, Potestatem, & vt vna voce dicamus, Imperium, à quibus ad cæteras translata Gentes, Liu. lib. 8. Cicer. lib. 5. Epist. 20. Tacit. lib. 3. Annal. Sueton. in Iul. Casar, cap. 76. & in Tyber. cap. 26. vbi Cassaubon. Beroal. & Leuin. Torren. Ioan. Valtr. de re Milit. lib. 7. cap. 1. Steuuech. ad Vegec. lib. 2. cap. 5. Lypf. de Milit. Roman. lib. 2. Dialog. 12. Roman. Repub. de el Mundo, lib. 4. de la Republ. Gentil. cap. 5. Anton. August. Dialog. 4. & 7. Adam Contz.*

Polit. lib. 10. cap. 22. Iul. Ferrec. de re Milit. tract. de virtut. bon. Imper. Simon Sterovols. de re Milit. lib. 2. ca. 1. Hug. Groc. de iur. Bell. lib. 1. cap. 4. num. 21. Redin. de Maieft. Princip. verbo Imperatoriam Maieftatem, Conrad. Templ. iudic. lib. 1. cap. 1. num. 4. Ioan. Corraf. l. 2. §. Nouissimè, num. 12. de Orig. iur. Petr. Greg. de Republ. lib. 9. cap. 9. & lib. 47. Syntagm. cap. 20. Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 2. cap. 1. ex Lypf. & Thob. Paurmeist. Theod. Hoep. de iur. insig. cap. 22. num. 52. Salmut. ad Pancir. tit. 46. Arnold. Clapm. de Arcan. rer. public. lib. 1. cap. 22. ex Anton. Matth. & Petr. Heig. & Ioan. Harpret. Commēt. Institut. in Procem. num. 14.

4 Sed cum Militaris res in Terrestre, & Nauale distincta sit, Ælian. de instruē. acie: Duplices esse copias nouimus, aut Terrestres enim, aut Nauales. Sintque Duces, seu Imperatores Exercituum, & Classiū; sic distinctè se habuit lex Nostra, & Nobis ideò hic agendum de Imperatore, seu Duce Terrestrium armorum, suoque in loco, Naualium.

5 Quo prælibato sciendum, Hispanos cæterarum gentium Mores secutos, sub Regno Gothorum Ducem dixisse illum, cui commendabant Supremam rei militaris manum, vt ex Gothicis Monumentis prænotat Loais.

Loais
 & par
 (6) P
 Regn
 merc
 lus ex
 panor
 nensi,
 ageba
 bebat
 Bellu
 & Au
 reBel
 ris: D
 tierras
 tanto
 las Hu
 ña, sã
 Moros
 tianos,
 rez. E
 el mas
 mostrac
 Hueste
 cuerpo
 de el M
 cap. 4.
 7
 ctio, E
 cum D
 Titulo
 Castel
 co Rey
 El Rey
 do el of
 cuerpo
 Recibid
 Rodrig
 ro, y fu
 fue su A
 el offico
 22. B. E
 mo que
 ser Cona
 pos anti
 Reyno,
 Cui ser
 doz. Or
 lib. 3. cap
 11. vsq

Loais. in not. ad Conc. Tolet. 8. fol. 455. & patet in l. 16. tit. 9. par. 2. supra Glos. (6) Postquã verò Hispano-Gothicũ Regnum Maurorum potentia, & numero extinctum fuit, Ducum Titulus extinctus etiã; renatis verò Hispanorum virtute Asturicensi, Legionensi, ac Castellano Regnis, dum Rex agebat militarem rem, ipse Dux habebatur: si verò sub alterius manu Bellum gerebatur, illius Imperium, & Authoritas summa erat, in omni re Bellica honorabatur Titulo honoris: De Alferex, dict. l. 16. E en algunas tierras los llaman Duques, que quiere tanto dezir, como Caballos, que aducen las Huestes. Estos nomes usaron en España, fasta que se perdió, è la ganaron los Moros. Ca desue que la cobraron los Christianos, llaman al que este oficio faze, Alferex. Et postea: E de estos, el primero, è el mas honrado es el Alferex que auemos mostrado. Ca à el pertenece guiar las Huestes, quando el Rey non va, è por su cuerpo, Fr. Geronim. Roman. Republ. de el Mundo, lib. 6. de la Republ. Gentil. cap. 4.

7 Sic invenimus sub Rege Sanctio, Era 1104. anno 1066. Rodericum Diaz, dictum El Cid, honoratum Titulo: De Alferex, maximo inter Castellanos, Sandou. Histor. de los cinco Reyes, en el Rey Don Sancho f. l. 21. B. El Rey Don Sancho salio contra ellos, dando el oficio de Alferex, y General de su cuerpo à Rodrigo Diaz el Cid. Et fol. 22. Recibio el Rey Don Sancho de Castilla à Rodrigo Diaz, lo criò, y lo hizo Cauallero, y fue con el contra Zaragoza, y que fue su Alferex, que era como Condestable, el oficio mas honrado de el Reyno. Et fol. 22. B. Era el oficio de Alferex Real lo mismo que despues de Don Henrique II. fue ser Condestable, y tuuieronle en los tiempos antiguos los mayores Caualleros de el Reyno, Infantes, y Señores de Vizcaya. Cui sententiæ assensit Salaz. de Mendoz. Origen de las Dignidades de Castilla, lib. 3. cap. 19. Tenens à Rege Sanctio II. vsque ad Henricum II. Supremã

Authoritatem Militarem fuisse penes: Alferex Mayor: Alferex Mayor de el Rey es el que oy es Condestable.

8 Ab Sceptro Ioannis I. & Henrici II. Dignitatem Militarem creatam notamus dictam, vulgò: Condestable (forsitan à Gallis ad Nos translata, Petr. Gregor. lib. 6. Syntagmat. cap. 8. num. 6. & lib. 19. cap. 18. num. 6. Cassan. in Cathal. glor. Mundi, par. 6. consider. 7. Kirner. de offic. & Dignit. Chancellar. lib. 4. cap. 5. num. 17. ab eis leuatam ab Regno Ludouici Pij, & Caroli Calui, Ioan. Lymn. not. Franc. lib. 2. cap. 26. litt. L.) ad quam creditã Authoritatem, ac Imperium Supremum Militarem Terrestrem, notat ipse Salaz. de Mendoz. dict. lib. 3. cap. 19. De qua post Luc. de Pen. in l. fin. C. de re milit. & alios Mastrill. de Magistratib. lib. 5. cap. 13. ex num. 1. Caued. decis. Lusitan. 98. par. 2. Sicuti apud Gallos, quã sic Supremam, notat Ioan. Lymn. not. Franc. lib. 2. cap. 26. vt Militaris disciplinæ, ac Bellicarum rerum arbiter sit, ac moderator totius Exercitus, in quo omnibus Imperat, etiam Principibus sanguinis.

10 Hæc Dignitas De Condestable (de illius vocis Origine, ac Ethimologia, an à Comite-Stabili, an secũdum Goropium, à compositione vocum Comes, & Stabil. vidẽdus Ioan. Lymn. not. Franc. d. cap. 26.) Cui credita Summa Terrestrium Bellicarum rerum, perdurauit inter Hispanos Nostros, Illustribus concessã Viris, Nobilissimarum Familiarum, Primum tenentium Ordinem in Regno, à Sceptro Regis Ioannis Primi, vsque (12) ad Regẽ Henricum III. à quo data fuit, ann. M. CCCC. LXXIII. A Pedro Fernandez de Velasco, Conde de Haro, Señor de Frias, y Virviesca, Camarero Mayor de el Rey Don Iuan el Segundo, Salaz. de Mendoz. Orig. de las Dignidad. lib. 3. cap. 19. 20. & 21.

13 A qua ætate coalita fuit hæc in domo, & Familia, decorata illis

Illustribus ornamentis honorum, in quibus nata fuerat sub Primis Regibus. Audiamus Sandou. *Historia de el Emperador Carlos V. lib. 11. §. 9. Lleuana el Condestable, como Capitan General de el Reyno, y Iusticia Mayor, vna espada metida en la vayna (porque estaua el Rey presente.) Luego seguia al que lleuaua la espada el Herald, o Rey de Armas, con la cota de Armas vestida de la Casa de los Velascos, que esto se tomò en España de las costumbres, y vsos antiguos de los Romanos, en semejantes desafios, y empresas de armas. Como llegò el Condestable à la Plaza, en llegando al Trono donde el Emperador estaua, le hizo vna gran reuerencia, y hecha, se boluì al Trono, o Sitial, que para el estaua aparejado, y sentòse en la silla. Cumque Summa auctoritate, ac Imperio, ad quod euectum ipsum Munus Comestabilis, inter Francos, quod sic laudatù fuit, vt de eo dicat Lymn. *dict. cap. 26. litt. NN. Verum, vt ceteris, plerisque rebus, haud constans, & perpetua facies, ita etià Comestabilis officium, modo Summo in cultu, post inquietè, modo renouatum fuit: post vero iterum cessauit, quemadmodum Nostra aetate sub Ludouico XIII. Rege. Et in testimon. dict. litt. NN. OO. & PP.**

15 Apud Nos vero Hispanos fecus notamus, cum huius Dignitatis *De Còdestable*, perpetua sit facies, quia in Feudum concessa (vt diximus) Illustrissimæ Familiæ Velascorum, in Progenie: *De Pedro Fernandez de Velasco*; quam tenet Excellentissim. D. Inigo Fernand de Velasco. De quo supra *Glos. 25. num. 18.*

16 Sed cum Hispana Dominatio extens. sit, totque in illius tutamen, defensionem, & regimen, ac diuersi exercitus manusque Militaris necessaria habeantur ad Summam rerum Bellicarum Terrestrium, non extincto munere, honore, ac Dignitate: *De Condestable*, in genere (sicuti inter Gallos, notat Lymn. *notic. Franc. dict. lib. 2. cap. 22.*) His tēporibus exemplo Francorum ad res

Bellicas instituentium officium Mariscalium Franciæ, Ioan. Lymn. *dict. (18) lib. 2. cap. 27.* Suffectù fuit munus, Dignitas, ac Officium in Titulū ornatum, decoratumque Epitheto, Voce, ac Nomine: *De Capitā General*, Didac. Perez *ad tit. C. de Comitib. rei Militar. lib. 12. Bobadill. lib. 4. Politic. cap. 2. num. 28. & 72. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 7. num. 1. Generalis Capitaneus, Solorz. Politic. Indian. lib. 3. cap. 33. fòl. 493. Como Capitan General. Et lib. 5. cap. 18. fòl. 918. & 919. Co-uarr. Tesoro de la lengua Castellana, litt. G. verbo Capitan, ibi: Sobre todos estos es el Capitan General. Et litt. G. verbo General, ibi: General en la Milicia, la Cabeça Suprema en el Exercito, o Armada, que lleua las vezes de el Rey.*

19 De hoc Munere: *De General*, meminit Mastrill. *dict. cap. 13. num. 9.* ex Frec. & Marc. Anton. Surgenf. Garcia Toletan. *ad tit. C. de Comitib. rei Mil. lib. 12. num. 1.* Credens idem esse Munus, quod Romanorum Imperio Magister Militum; ad sensu ex Mastrill. Valenç. Corraf. Ponte, Camil. Borrel. & alijs latè Solorçan. *de iure Indiar. lib. 4. cap. 9. per tot. & Politic. Indian. lib. 5. cap. 18.*

20 Sed liceat tatorum salua pace virorum, prænotare Magisteriale Authoritatem, & si Summam, fuisse creatam multis retro annis, antequam ortum Imperij, vt aliqui, vt alij ad vltimum illius spiritum, subque Còstantino, Præfecti Prætoris extincta Authoritate, vt notamus *Glos. 33. & infra Glos. 41. & patet ex l. Magisteria, C. de iurisdict. omn. iudic. directa Anthemio, Honorio, & Theodosio Imperatoribus. De quo Pancirol. notic. Imperat. cap. 30. Petr. Gregor. lib. 47. Syntagmat. cap. 18.*

21 In quo immorandum nò est: notandum verò Supremam Authoritatem Militarem competentem: *A lot Capitanes Generales*, ex iure communi, & *dict. l. 16. tit. 9. par. 2.* non coæquandam Magisteriæ Dignitati ab-

solu
(22)
Ron
nitas
fular
Trib
toriu
cemu
Dion
tio er
quen
quet
De q
omn.
Mil
nus R
Dict
ro his
Supr
pitan
Glos. 4
23
ral, le
ñoria,
dict. l.
ex In
mens
vt nec
Titul
nanim
corum,
l. 1. &
C. de Ca
Theodo
& The
24
ro, ac a
menda
Bellic
tan Gen
Castella
extra r
maxim
(25) S
fan. Cat
rat. 18.
baxo de
quasi c
neral, q
est: quo

solutè, sed temporum distinctione (22) Constituta. Prima enim, ortu Romanæ Reipublicæ Militaris Dignitas, & Munus Senatorium, Consulare, Dictatorium, Decemvirale, Tribunitium, Imperatoriū, & Prætorium fuit, vt de Historia Iuris edocemur in *l. 2. per tot. de Orig. iur.* & ex Dion. Liuius, Lamprid. Tacit. Vegetio euincitur, vsque ad Constantinū, quem Magistros Militum creasse liquet cum Authoritate, ac Imperio. De quo in *dict. l. Magisteria, de iurisd. omn. iudic. & tot. tit. C. de offic. Magistr. Milit.* Et si Magistri Militum Munus Romanæ Reipublicæ ætate, cum Dictatorio gemellum fuerit, non vero his decoratū Infulis, vt coæquetur Supremo Honori Nostro: *De el Capitan General*, vt videre licebit in *Glos. 41.*

23 Vt cumque vero sit. *Al General*, legitimè permissus Honor: *De Señoria*, tam ex honore Constituto in *dict. l. 16.* quam credito huic Muneri, ex Imperatorum placito, quorum mens fuit, sic eum habere Illustrem, vt nec dedignati sint illum honorare Titulis *Insignium, Præclarorum, Magnanimorum, Gloriosissimorum, Magnificorum, l. 1. C. de offic. Præf. Prætor. Affric. l. 1. & ult. C. de offic. Magistr. Milit. l. 56. C. de Curs. public. in Cod. Theodos. Nouell. Theodos. tit. 14. & p. ssm in Iustiniani, & Theodosiani Codicibus.*

24 Cum verò, dum Magno viro, ac armis excellenti à Rege commendatur Summum Imperium rei Bellicæ, honoretur Titulo: *De Capitan General*, Couarr. *Tejoro de la lengua Castellana, litt. G. verbo Capitan.* Haud extra rem erit, vnde ortus hic Honor maximus supra omnes Reipublicæ? (25) Sanè Couarr. *dicto loco*, ex *Cassan. Cathalog. glor. Mund. par. 9. considerat. 18.* inquit: *Capitan, el que tiene de baxo de su mando compañía de soldados, quasi caput tenens, vnde: Capitan General, qui omnis rei Militaris caput est: quo ad sensum Hottoman. de verbis*

Feudalib. litt. C. verb. Capitanei, P. Marian. Histor. Hispan. lib. 27. cap. 10. v. (26) luit: *Capitan*, Græcam vocem fuisse, ab Italis acceptam, cum Græci Duce *Capatan*, Maritima Neapolitana ora appulerūt, Regni que Neapolitani partem incoluerunt, quam à Duce: *Capatania*, dixerunt nunc: *Capitanatà: Quedòle este nombre de tiempo, que los Griegos poss. à in aquella parte de Italia, cuyo Governador llamaron Capatan, y la Prouincia se dixo Catapania, y de alli se formo el nombre que aora tiene; y assimismo el nombre de Capitã tan usado.* Huic assensui conuenit Petr. Gregor. *lib. 6. Syntagmat. cap. 7. num. 7.* à Græcis notans Capitaneos, dictos Ductores Exercituum: *Et Capitaneus ideò dictus, qui præest exercitui.*

27 Hæc vox, seu Titulus, & si sic receptus acceptione in communi, attamen Feudali vsu, ac lure attentò, *Capitaneus Regius*, qualiter apud Nos: *El Capitan General*. Supremus habebatur, interque Regales Dignitates numerabatur, vt ex *tit. Quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, lib. 2. tit. 10 Feud. cap. 1. de natur. Feud. Marchiones, Comites, & ipsos, qui propriè hodie appellantur Capitanei, vbi Aluarot. & Scribentes, ex quo inter eos, qui Supremæ Authoritatis iure infeudare possunt, connumerantur Capitanei Regij, tanquam Regalium Dignitatum, ac Iurium participes, cap. 1. de his, qui Feud. dar. possunt, ibi: Notandum est, quod illud beneficium, quod à Regijs Capitaneis, & ibi Gotthofred. & in *dict. cap. 1. tit. Quis dicatur Dux*, vbi Afflic. *num. 26.* Neuius in Syxtin. ex Scharder. & alijs Rosent. *de Feud. cap. 2. conclud. num. 8.**

28 Quare inter Summas Dignitates Ducum, Comitumve, Capitaneorum Regionū Honorem designauit, Bessold. *dissertat. de Comit. & Baron. Imper. cap. 4. num. 20.* Capitaneum quoque Regni, vel Regis, Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib. 3. tit. 26. num. 1.* Hi etentur Feudorum legibus a-

pitanei Regni propriè nominantur, quasi Summi Copiarum Duces.

29 Ex quibus nil mirum, quod reuerentialis appellatio: *De Señoria*, huic Supremo, ac Maximo Muneri præscribatur, tam Iurisdictionis, Imperij, Authoritatisque causa, quâ Excellentia, ac Virtutum, qualitatumque quibus decoratus esse debet, qui ad tantæ Dignitatis onus, & honorem eligitur.

30 Dux enim, cum, vt diximus, Summam habeat rei Militaris, eique omnes pareant, eligendus est magna cum deliberatione, omnique disciplina Militari præditus, cum per illam stet omnis res publica, Tacit. lib. 2. *Histor.*

31 Primo enim agere debet Princeps, vt *El Capitan General*, cui Summa Bellicæ rei mandatur, Populo inuisus nõ sit, Sym. Sterouolf. lib. 2. *Instit. rei Militar. cap. 10.* Non parum enim præsidij erit eum eligere Vulgi commendatione probatum humanitate, amabilique comitate, vt executum à Tyberio Germanicum ad componendos motus mittente, vt Sueton. notat in *Caligul. cap. 4.* Communis enim in eum dilectio cõpresfit seditionem Legionum, Tacit. 1. *Annal. Amorem apud ceteros auxerat.* Militumque animos ferocitate, ac crudelitate imbutos, incitauit ad agendum alacri Spiritu, ad Imperij reuerentiam, necessario, vt de pariter à suis dilecto Marchione Pischariæ, narrat Paul. Iouius *de vita illius, lib. 4.* *Tanta enim Piscarij Consilij, & dictis fides inerat, vt nemo vel Militum, vel Maiorum Ducum eo auspice, & Duce quicquam incommodi recipi posse existi-* (33) *marit. Quod summè ab omnibus Principibus acceptum, præcipuè à Romanis, qui, & electum à Senatu Ducem rei, ciebant si exitiosum esse ceasabant, & odiosum Militibus. De quo mirabile notatum à Liu. lib. 2. Cum enim ad Bellum Volscum Dux crearetur Apius, quia Imperatoris persona inuisa erat populo, odio Du-*

cis Romani vinci voluerunt, Liu. lib. 2. Non enim vincere tantum noluit, Favianus exercitus: sed voluit, productus in aciem Turpi fuga petit Castra. Tantum enim necessarium habetur assensus communis ad electione Ducis, quantum ex verbis Liuij dignoscitur, qui loquens enim de Bello in Equos, li. 2. Fabio aliquãto plus negotij cū Ciuibus, quam cum Gentibus fuit. Vnus ille vir, ipse Consul Rempublicam sustinuit, quam Exercitus odio Consulis quantum in se fuit, prodebat; nam, cum Consul præter Imperatorias artes, quas parendo, gerendoque Bello edidit plurimas, ita instruxit aciem, vt solo equitatu emissos, Exercitum hostium funderet, insequi fessos pedes noluit, nec illos, & si non adhortatio inuisi Ducis, suum saltem flagitium, & publicum in præsentia deæcus, postmodo periculum, si animus hosti reddisset, cogere potuit gradum accelerare: aut si aliud nihil instare instructos, iniusu signa referant: mastique (credere vietos) exccrantes nunc Imperatorem, nunc nauata ab equitibus operam redderent in Castra.

34 Nihil enim æque Militum animos extollit, quam de Duce bonum Omen, vt accidisse comperitur Marco Valerio, Dictatori dicto ad Bellum cõtra Volscos, Liu. lib. 2. *Nihil ex ea familia triste, nec superbum timebat, Contz. Politic. lib. 10. cap. 21. §. 4. Morisot. Histor. Orbis Maritim. lib. 1. cap. 25. fol. 84. Kokier. in Onosuand. cap. 1. num. 8. Nec parum quidè erit præsidij electo Duce vulgi commendatione probato, quem enim homines spontanea voluntatum inclinatione cordi habent, eius facillimè Imperio parent, dicto audiunt, periculis subueniunt, desertam rēque protegunt.*

35 Secundo, in Duce felicitas seruanda, Ayala *de iure Bello, lib. 2. cap. 2. num. 6.* Gregor. Schomborn. *Politic. lib. 3. cap. 11. num. 7.* Sym. Sterouolf. *Instit. rei Militar. cap. 13.* Ea Imperium Scipioni Affricano contulit ad Bellum contra Anthiochum, &

forte omiffa Græcia ei decreta est, L. Cornelio Scipione, & C. Lelio Consulibus reiectis: *Experiri libuit, utrum plus præsidij Antibioco in Annibale esset, an Consuli, & Romanis Legionibus in Scipione*, Liu. lib. 37. *Lyps. de Milit. Roman. lib. 2. Dialog. 12.* Marc. Anton. *Sabellic. lib. 6. Anead. 5. Morisot. lib. 1. Hystor. Orb. Maritim. lib. 1. cap. 25. fol. 84.* Lacedæmonij in Bello Attico Ducem crearunt Agefilaum, quia Fortunatum. Ex ipso ab Atheniensibus Conon: Alexander, & si multum virtuti debuerit, plus fortunæ, ut accidisse Alcibiadi ad Syimbriam, narrat Sabellic. *Anead. 3. lib. 8.* Et si inter Romanos summa fuit in Scipione virtus taliter, ut Græciæ Hispaniarum, Affricæ, Imperia decreta, quod ei fuerint, *Stirps eam Diuinæ virum esse crediderunt Romani*, Liu. lib. 26. Tamdiu floruit Romana res, quamdiu Ducum fortuna, & omen perduravit, mutata, abdicatum fuit ab ea Imperium: *Observabat igitur (inquit Sterobolus. Instit. rei Militar. lib. 2. cap. 14.) Diligenti cautione Romani, apud quos Magistratus Cōsularis annuus status fuerat, ut si Imperator felix esset, ne mutaretur anno Magistratus sui exacto, sed ei officium Imperatoris confirmabant, in plures annos ita Scipioni in Bello Hispanico, & Africano: F. Flaminio in Bello Macedonico: C. Mario in Cymbrico: & Julio Cæsari in Bello Gallico.*

36 Hæc ad fatum pertinent, à quo traditum Imperiū Augusto, cecinit Horat. lib. 4. *Odd. 14.*

Te copias, te Consilium, & tuos præbente Divos.

Ouid. lib. 11. de Tristib.

Auspicium, cui das grande, Deosque tuos.

37 Ad Principē verò: strenuum eligere Ducem, habentemque virtutes præscriptas, à Salust. in Jugurt.

Hostes ferire, Præsidia agitare, nihil metuere, nisi turpem famam, Hyemen, & Astatē iuxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam, laboremque tolerare, Kokier. in Onosoand. cap. 2. Equus, benignus, affabilis, facilis, intrepidus.

38 Omnia enim hæc, & si in Duce invenire difficile est; in vno tamen Gundisaluo Ferdinando Corduæ Magno Duce inventa, notat Paul. Iouius, *in eius vita, lib. 1.* qui post laudatas virtutes Ducum suo tempore vigentium Tribulcij, Scilicet, Petilianii Mantuani Ducis, Vitellij, Liuiiani, Fosci, Nauarri, Columnæ: *Cæterum eorum, quos modo præstantissimos fuisse memoravimus, nemo omnes simul Militarium virtutum numeros ad Bellum attulisse prædicatur, cum alijs in gerendis rebus expeditus vigor; alijs matura Consilia, alijs sincera fidei, nitidior fama; plerisque vero fortuna ipsa, quæ iam sibi ex professo rei Bellicæ gubernacula vindicavit omnino defuerint: ita ut planè perfectum Imperatorem, quem frustra oculis, & cogitatione requirimus, neque nos vidisse, neque unquam in posterum visuros esse fateamur; quod si miscere in unum singulas omnium virtutes, absolutumque Ducem detractis ingentibus vitijs sfigere animo, & expectandum, comparandumque cæteris proponere velimus, ei certe Magnus Gorsalvus, cum felici meritoque cognomine, tum virtute lugentis animi, lineamentisque excelsi corporis longè omnium nostræ ætatis proximus ad illum accesserit.*

39 Quæ omnia ab Hispanis Nomothetis cognita, partes, seu virtutes ad Ducis electionem necessarias præscripserunt in *dict. l. 1. tit. 22. par. 1.* quas, cum de hoc Munere agamus, breuiter commendabimus. Habeant enim Primò Duces Sapienciam, sic lex: *La primera Sabiduria: nihil vtilius Sapienti Imperatore, cum illius Munus sit omnia cognoscere, agere, nulla omittere, distinguere tempora, providere necessaria, neque prius de hoste victoriam spectare;* sed

sed ne ipse ante vincatur prospicere, Paul. Iouius *in vita Ferdinand. Daual. lib. 2.* arripere congreendi tempora, cum irreparabile sit in Bello, (41) quod amittitur; triste, quod omittitur; turpe, quod negligitur, Marc. Caton. *Alijs in rebus errata post modum corrigi possint: in Bello autem delicta emendationem non recipiunt*, Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 2.* Inemendabilis est error, quod violentia Martis committitur. Et Nostra. *5. & 8. tit. 13. par. 2.* Que los fechos de guerra son tan llenos de peligros, desventuras: E demas, el yerro que azi viniere, no se puede enmendar, Patric. *lib. 9. de Repub. tit. 3.* Bobad. *lib. 4. Politic. cap. 2. num. 39.*

42 Laudantur inter Athenienses Militaris Sapientiae Themistocles, Pausanias. Damnantur Menander, & Adimantus, qui reiecto Alcibiadis Consilio, nec agitates, nec prouidentes à Lacedæmonijs victi exitium fuere, & sibi metipsis, & Atticis rebus. De Alcibiadis scientia, vulgò dictum referunt Scriptores, rem Atticam sua prudentia seruasse. Corbulus inter Romanos, non solum genere, & viribus; sed Sapientia rei Militaris emicuit. Prouidè ergo lex Nostra, Primum Scientiam Militarem in Duce requirit, Adam Contz. *Politic. lib. 10. cap. 22. §. 3.* Georg. Schomborn. *lib. 6. cap. 11. nu. 3.* Sym. Sterovolf. *Instit. rei Militar. lib. 2. cap. 3. & 4.* Ayal. *de iure Bell. lib. 2. cap. 2. num. 6.* Bessold. *de iure Bell. cap. 6. d. num. 2.*

43 La segúda: Es fuerço, Kokier. *in Onofandr. cap. 2.* Virtus in Duce necessaria, nec de Ignauo cõfidendum. (44) Desidia Sardanapali ad Medos traduxit Imperium, cum eo in Pyra Regio ornata instructa, excessit Assyriorum Regnũ; Xerxis fuga gloria Themistoclis fuit, & Atheniensium. (45) Sed quid dicendum de Milciadis virtute? de quo fatentur antiqui; quod, & si ad Marathonem sic strenue ab omnibus dimicatum fuit, vt

difficile sic iudicare quis primã laudem reportauit: attamè remansit penes Milciadem, cui illa die Summa rei Bellicæ commissa fuit. Hæc virtus in Leonide Spartano Xerxem ad Termopylas, Persasque repressit. Audi Ducem suis alloquentem. *Fertur Dux ipse de aliorum salute sollicitus, alios hortatus, vt dum liceret in pacatum abirent: sibi non licere creditam ab omni Gracia stationem turpiter deserere, quin aut retento loco sibi deinceps honestè viuendum esse, aut in vestigio cadendum pro Salute Patriæ*, Marc. Anton. *Sabellic. Anead. 3. lib. 2.*

46 Nec omittendum est, quod de Piscario Duce, refert Paul. Iouius *de vita Ferdinandi Daual. lib. 1.* Dum à Magna vi Gallici Agminis circuiretur in Bello ad Rauenam: *Herebat eius lateri Placidius Sangrius, Nobilitate, virtuteque eques insignis. Is paulo ante animaduerso imminentis Cladis periculo animaduersus ad Piscarium, non virilis (inquit) est animi mactè virtute iuuenis, sed penitus insania, tamdiu cum infesta fortuna colluctari: quin potius dum integer equus, viresque sufficiunt, te morte eripis? & melioribus fati reseruas?* Ad hæc ille: *Parerem (inquit) fidissimè Sangri, Salutari Consilio, si tam decora, quam tuta suaderes; lugeant me potius amici honesta morte defunctum: quam ego ex turpi, & ancipiti fuga, tot funera Magnorum Ducum domi cum ignominia defleam.* Et postea: *Pugnant: ante alios Piscario equus interficitur. Hi sũt quærendi, ac eligendi Imperatores: Hi (47) Principi gloriam quærunt, & Imperium: quid aliud attulit Romanis, nisi gloriam, Cincinnati virtus? Nam cum ingens Sabinorum multitudo ad Urbis mænia stetit, Dictator consensu omnium dictus, composito agmine, prælio magis, quam itineri apto Legiones duxit, Liu. lib. 3. equosque circumvectus, contemplatusque tractus Castrorum, quæque forma esset, ipse strenuè dimicans vicat, illosque sub iugo missit. Audi de*

A.

A. Po
Liu. li
moò
fis cor
mina,
aut illa
Etatore
ton. T
trepida
aut for
carsat
plurim
Manu,
eo post
xillariu
rit; mox
tit, quo
tes resti
- 48
Buen Se
tit. 23.
otrofi ca
todo, qu
tural, p
ça alli d
duria, ca
so es sob

Virib
Iu
Robu
F

Kokier
verò, au
Consilio
probant
ciunt, n
Sapient
deficient
citur. S
Tacit, a
sed quia
eligend
Consili
dici val
notant
gitandun
ta essent
Anead.

cill et

A. Posthumo Dictatore, in Latinos, Liu. lib. 2. Non enim Duces ad regendam modò Consilio rem affuere; sed suis met ipsis corporibus dimicantes miscuere certamina, ne quisquam Procerum ferme, hac, aut illac ex acie sine vulnere, præter Dictatorem Romanum excessit. De Anton. Tacit. lib. 3. Histor. Nullum in illa trepidatione Antonius Constantis Ducis, aut fortissimi Militis officium omisit, occursat pauentibus, retinet cedentes, ibi plurimus labor, vnde aliqua spes Consilio, Manu, Voce insignis, hosti conspicuus suis, eo postremo ardoris prouectus est, ut vexillarium fugientem hasta transueruerat; mox raptum vexillum in hostem vertit, quo pudore, haut plusquã cætum equites resistere.

48 Habeat, & Dux: La tercera, Buen Sefso natural. Ad quid enim? l. 5, tit. 23. par. 2. Verba respondeant: E otrofi cataron los Sabios antiguos sobre todo, que el Caudillo ouiesse buen sefso natural, porque supiesse guardar la vergüença alli do conuiene, è el esfuerço, ò la sabiduria, cada vna en su lugar, porque el Sefso es sobre todo, Adrian. Iun. Embl. 13.

Viribus Cyllenius integris stat

Iunctus cum sinu graui

Robur inuinctum est Sapiaentia si

Firmes, qua sine, concidet.

Kokier. in Onosoandr. cap. 1. num. 8. Qui verò, aut corporis vires, absque ingenij Consilio, aut Consilium, absque viribus probant, falluntur, neque vllum proficiunt, nimirum omissa prudentia, nihil Sapienti calliditate consultitur, viribus deficientibus nihil rectè consultum perficitur. Sic docuit suis Cæcina, apud Tacit. ann. 1. Vnam in armis Salutem, sed quia Consilio temperanda. Ex quibus eligendus Dux, sic vniformiter, & Consilio, & manu strenuus, vt de eo dici valeat, quod de Atheniensibus notant Scriptores: Viros fuisse ad excogitandum veloces, & ad ea quæ excogitata essent, celeriter exequenda, Sabellic. Aenead. 3. lib. 5.

49 Georg. Schomborn. lib. 6. Polit. num. 3. ex Dione laudat Corbulum prudentissimum, quod summe commendat Principibus in eligendo Duce, Bessold de iure Bell. cap. 6. num. 1. Ayala lib. 2. cap. 2. num. 9. & 10. Cum ad Constituendum perfectum Imperatorem necessaria prudentia sit, Scipio ille Africanus Calumniatoribus respondisse fertur, Imperatorem illum genuisse Matrem, non Bellatorem, significans in Imperatore, ac Duce plus habere momenti solertiam, ac prudentiam in Consilij, quam vires in prælijs, Laert. lib. 6. cap. 1. Tutissimum esse murum, prudentiam, quod is neque collabatur, neque proditur. Nulla quidem mania sunt tam munita, quin machinis, aut suffossionibus, aut vt nihil horum, prodicione capiatur. Prudentis autem decreta sunt inexpugnabilia.

50 Munia strenui erunt Imperatoris, nec tatum manu omnia agere, sed Consilio, ac iudicio, Tacit. lib. 3. Histor. Sed diuisa inter Exercitum, Ducesque Munia: Militibus cupidinem pugnandi conuenire: Duces prouidendo, consultando, cunctatione, sapius quam temeritate prodesse, vt pro virili portione, armis, ac manu victoriam iuuerit, ratione, & Consilio proprijs Ducis actibus, profuturum. Exploratoque euentu non dubiam, sed securam victoriam firmare, quæ accidere possunt prouidendo. Vt de Piscario Marchione, Paul. Iouius in vita, lib. 5. Qui cuncta Diuino iudicio longissimè prouidebat. Prouisa ponderado, Tacit. lib. 2. Annal. Plura Consilio, quam vi perfecisse. Aristides non solum armis dicebat, sed Consilij vtendum contra hostes. Themistoclis prudentia fecit, vt Ionnes à Xerxe desisterent, quorum defectioe Xerxiana Clasis ab Atheniensibus victa Alcibiadis prouidentia vicit Lacedæmonios; Mindarum, atque Pharnabazum illorum Duces; Sylimbriamque occupauit, Sabellic. Aenead. 3. lib. 8. tanta enim fuit præ-

di-

ditus, vt Athenienses crediderint. Quod re Atticam iam maris Imperio expoliatam sua virtute restituisset, Sabellic. *Aenead. 4. lib. 3.*

52 Magnus Sforcia, cum potior manu, quam Consilio esset, nullus paruit ei felix exitus, Paul. Iouius in vita Magni Sforciae, cap. 72. E contra Piscariae Marchio æqualiter præditus virtute, & Consilio, omnia feliciter assumpsit, & perfecit, Iouius in eius vita: Summa virtute aduersus omnia aspera inuictus, absque vlla de generis animi suspitione, atque item manu, & Consilio, omnium longe promptissimus habebatur.

54 Ad prudentiam Ducis pertinet, allicere Militum animos, comitate, & exemplo, vt de L. Papirio Dictatore, notat Liu. lib. 8. *Securitatem miscendam Comitati. Itaque adhibitis Legatis ipse circum saucios Milites inserens in Tentoria caput: singulos, vt sese haberent rogans curam eorum nominatim*

----- Dum primus Arenas

Ingrediar primusque gradus in pulvere ponam,

Me calor atereus feriat, mihi plena veneno,

Occurrat serpens, fatoque pericula vestro

Pertentate meo, stiat quicumque bibentem

Viderit, aut umbras Nemorum quicumque petentem

Æstuet, aut Equitem peditum precedere turmas

Deficiat, si quo fuerit discrimine notus

Dux, an Miles eam.

57 De Pescenio Nygro, Spartian. in eum: Idem in omni expeditione ante omnes Militarem Cibum assumpsit ante papilionem; nec sibi vnquam, vel contra Silem, vel contra Imbres quasiuit tenti suffragium. Tantum denique Belli tempore ratione Militibus demonstrata sibi, & seruis suis, vel contubernalibus portauit, quantum à Militibus ferebatur: Idem in concione iurauit se quando in expeditionibus fuisset, essetque adhuc futurus, non aliter esse acturum, quam Militem.

58 Apud Nos de hac re præcipua est l. 4. 5. & sequentib. tit. 23. par.

*Legatis, Tribunisque, & Præfectis de mandabat; rem per se popularem ita dexter egit, vt medendis corporibus, animi multo prius Militum Imperatori reconciliarentur. Germanico, Tacit. 1. Annal. Vtque Gladii memoriam etiam comitate lenirent, circumire sanos, facta singulorum extollere, vulnera intues, alium spe, alium gloria, cunctos colloquio, & cura sibi que, & praelio firmabat. Alex. (55) Macedo Tyrum opugnans, cū amplam fossam manibus adiectam superare cuperet, primus ipse corbem arenæ apportauit, edocens exemplo, alliciens commilitones, vt crederent vnam ipsi, & Imperatori in Militia esse fortunam; quod Macedones, videtes, Regemque suis manibus opus facere, confestim abiectis clamydibus loca æquarunt. Quid dicam de exemplo Valerij, Catonis, ac Parmenionis. Vide Schomborn. lib. 6. (56) cap. 11. num. 1. De Comitatu Cæsaris, Lucan. lib. 9. *Farsalis.**

2. Xenophon. in Cyroped. Vegec. de re Milit. lib. 5. cap. 10. Plin. lib. 25. cap. 5. Cel. Rodigin. lib. 9. lect. antiq. cap. 11. Cepol. tract. de Imper. Milit. eligend. in Præfat. num. 5. Cotereus lib. 2. cap. 5. Bellin. de Bell. par. 1. tit. 9. Ayala de iure Bell. lib. 2. cap. 2. Luc. de Pen. l. Tribun. C. de re Militar. lib. 12. Carol. Sygon. de Republ. Hebraeor. cap. 9. lib. 7. Lypf. de Milit. Roman. lib. 4. Dialog. 4. latè Adam Contz. lib. 10. Politic. cap. 22. Paschal. dict. cap. 3. Bessold. dissertat. Philolog. de Art. iur. Bell. cap. 2. num. 13. Sym. Sterovolf. dict. lib. 3. cap. 29.

59 His annexum virtutibus esse, notat Kokier, in *Onosōā tr. dict. cap. 1. num. 1.* Ut Imperator non sit avarus. Si enim nihil turpius avaritia in gregario milita, & inter atrociora crimina numerantur cupiditas, Luxuria opam, cum Salust. *Bello Catilinario: Avaritia fidem, probitatem, ceterasque Artes bonas subvertit:* grauiori censura digna illa creditur in Imperatore, Plutharc. in *Lacon. Per igi...* est, ut delicti penas dent præ cæteris. In quo di- (60) stingendum est; nam, aut Dux de stipendijs Militum lucrum acquirit, & turpissimum, ac perniciosum, l. 2. C. de offic. Præf. Prætor. Affric. Magis enim debent esse Duces, & Tribuni supra deputata sibi emolumenta secundum labores suos de Nostra largitate remunerationem sperare, & non de comæatis Militum, aut eorum stipendijs lucrum, sibi acquirere.

61 Si enim de stipendijs Militum, vel non soluendo, vel dimittendo Milites lucra propria Duces quaerunt, tendunt in euersionem Reipublicæ, & illius comodis insidiari videntur, Petr. Greg. lib. 19. *Syntagm. cap. 6. num. 4. & lib. 35. cap. 2. num. 11.* ut Iustinian. notat dict. l. 2. §. Vnumquæque, C. de offic. Præf. Prætor. Affric. Et nullum audeant Duces, aut Tribuni Comenstalem de ipsis dimittere: ne dum sibi lucrum student conficere in custoditis nostras derelinquant Prouincias, Barbol. l. 1. par. 7. num. 3. solut. matrim. Bessold. de iure Bell. cap. 7. num. 6. Nihil frequentius est quam, ut pauci quidam subtrahendo stipēdia Militibus ditiores reddantur: & interim Principum laudabiles conatus (62) impediatur. Quare grauius puniendi sunt, ut factum à Pescenio, & alijs patet apud Spartian. in *Pescen. Lamprid. in Seuer. Andr. Alciat. ad tit. C. de erog. Milit. annon.* Petr. Greg. lib. 9. *Syntagm. cap. 6. & lib. 36. cap. 30. nu. 16. & de Republ. lib. 11. cap. 7. n. 36.* Addit. Contz. lib. 10. *Politic. cap. 54. §. 3.* Lyps. de *Milit. Roman. lib. 5. Dialog. 18.* Sim. Sterovols. *Instit. rei Milit.*

tar. lib. 3. cap. 28. Georg. Schomborn. *Politic. lib. 6. cap. 29.*

63 Aut de lachrymis Prouincialium, si pariter damnatum hoc in Milite diximus supra, in Duce quid dicemus? Tyber. teste Sueton. in eum, cap. 30. *Præf. de vi, & rapinis reum causam in Senatu dicere coegit.* De Luculo Romano, sic Sabel. *Anead. 6. lib. 5. Criminari in eo avaritiā, cuius impulsu post Ciliciam captā, Asiā, Bythiniam, Paphlagoniam, Gallaciam, Pōtum, & Armeniam ad diripēdam Tygranis regiam per aqua, & iniqua duxisset Exercitum, velut ad spoliandos Reges, non debellandos esset a Populo Romano missus.* Hæ voces ex Prouincia ad Urbem delatæ causa extiterunt, ut non multo post, sit (64) Imperium illi abnegatum. Pausanix avaritia Græcorum studia à Lacedæmonijs alienarunt, quem à suis fuisse capitali supplicio damnatum, narrat Trogus; è contra Aristidis continentia, summa gloria Atheniensibus fuit, post tot Imperia, victorias Ducatus obiit tanta parsimonia, ac virtute, ut domestico sumptu funerari nequiverit, qualiter de Publio Posthumio narrat Liu. lib. 2. *Publ. Posthumio Consule moritur gloria ingenti, copijs familiaribus ad eum exiguis, ut funeris sumptus deesset, de publico stellatus.* Quid exemplis egemus apud Nos Nobilissimus, Strenuus Magnusque Vir D. Gōsaluus Cordubæ, verè Magni alterius Gōsalui nepos, post diuersos, æqualesque auo suo triumphos obiit diuitijs pauper, victorijs gloria, & virtutibus sic diues, ut æquari cum Posthumio, & Aristide debeatur. Lamachus Atheniensis tam modeste vixit, talis Imperator fuit, ut postquā gloriosè pro suis gessit arma, ut Pe- (65) Ioponesiaci Belli tēporibus ad Bellū Siculum Dux crearetur, cū Nicia, & Alcibia de adhuc pauper erat, ut necesse fuerit decernere aliquantulum pecuniæ ad pallium ei, & crepidas comparandas: Optimi Imperatoris est (dicebat Agefilus) non se, sed

*Exercitū ditare. Sic Cincinnatus apud Liu. lib. 3. Prædā ab Aquis quasitam nõ sibi, sed Militibus dedit. Curius Victo Pyrro Epirotarum Rege, ex opulenta præda nihil, præter fagineū attigit. Laudabile est Pyrri responsum, nam cum ad Eracleā Romanos vinceret, Paul. Oros. lib. 4. cap. 1. Legati Romanorum ad eum venerūt, vt Captiuos redimerent, quibus respondisse Regē fertur: *Se certaturū cum Populo Romano de gloria, & Imperio, non Magonum more negotiari.* Captiuos sine pretio restituit, quos mille, & octingētis numero fuisse traditur. Quare Sim. Sterovoll. sic docet Duces, *Instit. rei Milit. lib. 2. cap. 9. Maxime autem auaritiā fugiat, quia ea sola summa auctoritas in Duce est, incorrupte, & Magnifice præfese Exercitui.**

66 Ideò hoc crimē auaritiæ fur-
ti, repetundarū maiori pæna punien-
dum in Duce, Iuvenal:

*Omne animi vitium tãto cõspectius in se
Crimen habet: quanto maior, qui pec-
cat habetur.*

Principum peccata grauius coercen-
da, Anneo Robert. lib. 1. rer. iudic. cap.
4. Stephan. Anaten. instit. vuln. tit. 3.
cap. 7. num. 3. Ioan. Bapt. Frag. Regim.
Reipubl. Christian. lib. 1. disp. 1. §. 4. Cū
periculosio: a damna condonēt, Sal-
uian. lib. 4. de Gubern. Criminosior culpa
est ubi honestior status, si honoratior est
persona peccantis, peccanti quoque maior
invidia, furtum in omni quidem est homi-
ni, malum facinus sed damnabilius absque
dubio si Senator furatur. Inde grauiores
(67) pænae statuta cõtra Duces, qui
vel de stipendijs Militum, vel de la-
chrymis Prouincialiuũ lucra quærūt,
Repetundarum eos teneri, notat C. in
l. 3. ad leg. Iul. Repetund. & Imperator in
l. 1. C. cod. statuit: *Vt vnius pæna metus
possit esse multorum Ducem, qui male egit
ad Prouinciam, quam nãdauerit, cum cu-
stodia competenti tradi præcipimus, vt nõ
solum quod eius non dicam Domesticus, sed*

*Manipularius, & Minister acceperit; ve-
rum etiam quod ipse à Prouincialibus no-
stris rapuerit, aut sustulerit, in quaru-
(68) plurim exoluat inuitus. Sic cū Gn.
Pisone factum: nam cū postularetur,
quod auare habuisset Hispaniã, Au-
relius Cotta Consul in eum rogauit
sententiam, teste Tacit. lib. 3. Annal.
*Nomen Pisonis radendum fastis censuit,
partem bonorum publicandam. Cum Ca-
io Syllano, qui repetundarum postu-
latus, captarumque pecuniarum in
Proconsulatu Afsiæ: Aqua, atque Igne
Syllano interdicens censuit, ipsumque
in Insulam Gyarum relegandum, Tacit.
diēt. lib. 3. Marc. Priscus repetundarū
conuictus iussus fuit, vt septingenta
millia, quæ acceperat, Ærario infer-
ret, Vrbi, & Italia interdictus, ex
Plin. Petr. Gregor. lib. 26. Syntagmat.
cap. 28. nam. 16. Tyber. Decian. tract.
crimin. lib. 7. cap. 15 & lib. 8. cap. 34.**

69 Prima Principum æquitas sit
in punitione huius criminis à Duci-
bus inchoare, magno enim, qui Impe-
rio sunt præditi, cū in excelso agant
eorum facta cūcti mortales notuere;
ideò curandum est, ne illorum exem-
plo auide Milites in perniciem Pro-
uinciarum procedant: Imperatorum
auiditas, nec tantum auertit discipli-
nam, sed affert excidium Reipublicæ.
(70) Luxuria Quintilij Vari. (De
quo: *Syriam diuitem pauper ingressus,
diues egrediens pauperem reliquit*) post
Drusi mortē Germanias regentis, sic
Germanos oppressit, vt Arminio
Duce, reiecto Romanorum Imperio,
arma caperent, Quintilium cum tri-
bus Legionibus penitus abolerent,
cæciderunt Legatos, rapuerūt Aquil-
as, sic ignominia afficerent Romanū
nomen, vt cogerent Tyberium præ-
ficere Germanicum in Germanos:
*Abolenda magis infamia ob amissum cum
Quintilio Varo Exercitum, quam cupidine
proferendi Imperij, Tacit. 1. Annal.*

71 Quid dicā de auaritia Lupi-
cini, & Maximi Romanorum Du-
cum? De his Oros. li. 7. cap. 33. Deinde
prop-

propter
Ducis,
Iurgeni
Fracta
dibus,
quod l
Getit. l
compel
auariti
Boumq
mandor
magn
cipiun
in vna
mancip
filios eo
eesit at
occasione
tissimi
cere, &
ximini
dies Got
curitat
iam non
Graes, &
tot a squ
Danub
72
ponen
præcip
tinent
pulo a
na Imp
publica
l. Brutu
antea in
73
cæque
ceat, q
Cassio
tus ad l
dian, re
Guid.
lib. 4. ti
13. dif.
num. 4.
Farin.
do proce
(74) S
missa c
ic

propter intolerabilem auaritiam Maximi Ducis, fame, & iniurijs adacti in arma surgentes, Victo Valentis Exercitu per Thraciam, se se miscentes simul omnia cadibus, incendijs, rapinisque sadarunt: quod latius narrat Lel. Jordan. de reb. Getit. Verum quid non auri Sacra fames compellit acquirere? Caperunt Duces, auaritia compellente, non solum ouium, Bouumque carnes; verum etiã Canum immundorum animalium, morticina eis pro magno contrahere adeo, vt quodlibet mancipium in vnum panem, aut decem libras in vnam carnem mercarentur; sed iam mancipijs, & suppellectili deficientibus, filios eorum auarus mercator victus necessitate exposcit. Et postea: Qui nacti occasionem votiuam elegerunt viri fortissimi in Bello magis, quam in fame desicere, & illico in Ducum Lupicini, & Maximini armantur occisionem; illa namque dies Gothorum famam, Romanorumque securitatem ademit, caperuntque Gothi, iam non vt aduena, & Peregrini, sed vt Graes, & Domini possessoribus Imperare, totasque partes Septentrionales, vsque ad Danubium suo iure tenere.

72 Publicæ vindictæ omnia postponenda sunt à iusto Principe, in his præcipuè, quæ ad stabilimentum pertinent Imperij. Sic audi Papiriũ populo alloquentem, Liu. lib. 8. Manliana Imperia, & posthabita filij charitas publicæ utilitati, iactabantur, hoc etiam Brutum Conditorem Romanæ libertatis antea in duobus liberis fuisse.

73 Necessè enim est, Reipublicæque interest, vt vindictæ subiacet, qui prauis moribus obsecudat, Casiod. lib. 4. Epist. 49. l. Ita vulneratus ad leg. Aquil. Anton. Marin. quotidian. resol. crim. cas. 294. num. 71. Guid. Pap. quæst. 65. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 15. dif. 10. num. 5. & lib. 9. tit. 15. dif. 2. num. 8. Cæf. Barz. decis. 145. num. 4. Lancellot. de attent. num. 90. ex Farin. & Thusc. Marius Burg. de modo proced. ex abrupto, quæst. 13. num. 25.

(74) Sciat Princeps, quod si commissa crimina cõdonat, secundum ef-

fugium non desperat, qui laqueos criminis prioris euasit; pana leuior turpi exemplo maiorem peccadi occasionem suggerit; dum cunctos latere sperant, aut si detegantur, non dif-

(75) ficulter euadere. In exemplum scelera puniantur in Castris, ne delicta, quæ mali sunt exempli, in perniciem vertantur communem, cap. Præcipuè 11. quæst. 3. Menoch. de arbitr. cas. 358. num. 4. Tiraq. de panis temper. cas. 44. nu. 53. Farin. in Prax. quæst. 18. n. 65. Petr. Cauat. resol. crim. cas. 214. (76) num. 5. Maiores nostri ex parua magnam fecisse Rempublicam, cõperimus; non armis tantum, sed iustitia. Et si enim comitas, amor, indulgètia speriosum reddant subditorum amorem; paulatim tamen, & occultè disciplinam, ac obedientiam minuunt, Hirc de Bell. Alex. lib. 1. Proinde proficiat Princeps, ne in Castris, vel minimum etiam scelus impunè trãseat, si authoritatem conseruare velit. Nã si delicta neglecta, vel leuiter castigata fuerint, disciplina dissoluitur, &

(77) Principis oritur contèptus. In Militaribus delictis veniam non dandam; ex Iul. Cæsar, notat Sim. Sterovols. lib. 3. Instit. rei Milit. cap. 30. At delicta Militũ nulla venia prosequi vsus a librè, & misericordia melius semper apparuit, Petr. Cauat. resol. crim. cas. 294. n. 70. quia ad Reipublicæ statum spectant, Bessol. dissert. de Panis, & Legib. cap. 3. n. 9. & 10. & de iur. Bell. cap. 7. n. 3. Ayala de iure Bell. lib. 3. cap. 8. n. 8.

78 His piaculis, si quid aduersum Militiæ leges peccatum est, vt èdum Militum nota, ignauorum sanguine, strage filiorũ: hæc disciplina acriter retèta Principatum Romano Imperio peperit, & quãdiu viguit, res Romana stetit, Sim. Sterovols. Instit. rei Milit. lib. 3. cap. 29. Sed si non punias excessus, non habebis tibi obedientes, quare nihil tam deterius in Castris.

79 Vltimo, lex Nostra addit: La quarta se altad. Quæ enim fides necessaria in Duce? Credo, non esse iust-

ligendam hanc legem tatum de fidelitate, quæ ad Regiam Maiestatem pertinet. De qua *l. 1. ad leg. Jul. Maiest. l. 1. & tot. tit. Cod. l. 1. & 3. tit. 19. par. 2.* Sed de fide, animo, ac voluntate ad rem bene gerendam, quæ in Imperante Exercitum perquirat lex: *Mis sobre todas las cosas obviene que sean heales, de manera, que sepan amar su ley, y su Señor natural, è la campaña que guiã, è que defamor, ni mal querencia, ni codicia no les mieuca à fazer cosa, que contra esto sea.*

80 Fidem enim in Duce dupliciter attende, vel ex parte Principis, vel ex facto ipsius Ducis: à Principe curandum est, sic Duces eligere, ut si triste aliquid occurrat fato, non vitio attribuat; malumque quod eveniat vi hostium, non fraude; Tacit. *lib. 4. Histor.*

81 Agendumque, ut Nativum Ducem, non externum eligat. Achimenes frater Xerxis reiecit Demarati comilitium in subigenda Sparta, cum illum, ut Spartanum parum fidum haberet. Laudantur Atheniensium Duces Menander, & Ardimantus; quia Alcibiadis Consilia vilipendio habuere; fidem enim de eo suspectam habebant.

82 Ex parte Ducis, gloriosa fides querenda est, Tacit. *lib. 4. Histor. Esse sibi Vitellium Principem, pro quo fidem, & arma, usque ad Supremum Spiritum retenturos. Hæc est fides querenda in Duce, quæ neque auditu contaminanda, Tacit. 1. *Annal. Faustis in Germanicum hominibus: & si velle Imperitii promptos ostentare. Tum vero quasi scelere contaminaretur, Præses Tribunali desiluit, opposuerunt abeunti arma ministrantes, ne regrederetur. At ille morturam potius, quam fidem exuere clamitans, ferrum à latere diripuit, elatumque deserebat in pectus, ni proximi prebensam dextram di tenuissent.**

83 Laudabilis est ad casum Nostræ Legis, Themistoclis pietas in suos, qui, & si Ostracismo à Patrijs

laribus eiectus, à Xerxe ditatus, ab eo Græciæ expeditione oblata, Charitatis Patriæ memor, ne suo ductu violaretur, Taurino sanguine Magnetis epoto periit. Nicias tanta fidem Atticam gessit in Bello Siracusanico, ut, & si à Collega vtilia afferrentur, ut à Siracusa obsidione discederet; infamiam tamen veritus: Ne pecunia corrupti abscessisse crederentur curandum duxit, impensisque omnia facere deberent. Quid dicam de C. Fabricio Romano, qui ad Pyrrum Regem Epirotarum missus, ut Captivos redimeret, experiri voluit Rex an auro, & muneribus corrumpere illum posset? quartamque sui Regni partem ei pollicitus, si secum Militare vellet, Patriamque deserere, frustra à Regentatum, Liu. *lib. 13.* nec ab similem in Piscario Marchione fidem invenimus; nam à Clemente VII. Sforcia, Venetis, oblato Neapolitani Regni Sceptro, totiusque Italicarum rerum Imperio, id adiecit, ut fidem, & operam Cæsari reseruet, latè Paul. Iovius *de vita Ferdinandi Daual. lib. 7.* Illesc. *Histor. Pontif. in vita Clemente VII.* Sandou. *Hist. Caroli IV. lib. 6.* Suam in posterum fidelitatem absque labis nota incolumen seruante, cum infamia forti viro, formidolosior sit, quam mors. Sic Blessus apud Tacit. *lib. 1. Annal. Mea potius cede imbuite manus, leuiore flagitio legatum interficietis, quam ab Imperatore desiscitis, aut incolumis fidem Legionum retinebo, aut iugulatus penitentiam accelerabo.*

84 Econtrario, sicuti fidem Divina diligunt, mortalia venerantur, Cassiod. *lib. 5. Epist. 40.* Infidelitatem omnia iura abhorrent: Quare à Principe curandum est, ut Dux sic fidelitate nitatur, ut nec suspicionis nebula deformetur. Attilam virum in confusione Gentium natum, terrarum omnium metum, vnam præcipue habuisse virtutem notat Lel. Jordan. *de reb. Gothic.* quod fidelissimus fuit his, quos semel in fide recepit.

Si

Si vero turbato fidelitatis ordine in damnum molitur Principis Status, exercitusve, in eum omnia euaginentur arma Iurium; cum nihil turpius, nihil criminiosius infidelitate in Principem. Cum enim Euribades, & Adimatus Corinthiorum Duces, à Themistocle in perniciem propriæ Patriæ Chalcidensi pecunia (85) corrupti fuissent. Quidquid in eos executum, & si durum habitum pium. Quid vilius Tysapherne, quem Docylides Lacedæmoniorum Dux, pecunia perpulit, vt ab armis discederet, Iustin. lib. 6. Xenophont. lib. 3. cap. 1. Quid criminiosius, Tacit. lib. 1. *Histor. Damnatos fidei crimine grauissimo inter desciscentes; quam quod Xerxiana munera Pausaniam raperent; Ptholomaica Aratum Achæorum Ducem? Schomborn. Politic. lib. 6. cap. 11. num. 6. Attentè agat ergo Princeps, ne sui infideli manu profiliant. Quid deterius Bleso? Regem suum perimente propria manu, cui hostis Alexander pepercit. Quid Arbacene infidelissimo, qui apud Viennam Valentinianum Imperator (86) rem strangulauit? Nicephor. Calixt. lib. 12. *Histor. Ecclesiast. cap. 38. Paul. Oros. lib. 7. cap. 35. O infida hominum natura! Gildus Comes, Africae Præfectus, sub Theodosio, eo defuncto, Affricam molitus fuit ab Imperio segregare, Paul. Oros. dict.**

lib. 7. cap. 36. Stilico perfida Gente & dolosa editus parui pendens, quod sub Imperatore imperabat, Eucherium filium suum in Imperium substituire nitebatur.

Abstinendum ab his præcipit lex Nostra; sed si misera, vel naturæ, vel avaritiæ vi in hoc crimen inciderit Dux, & Fædifragus in Regem proprium molitur, inque Patriam reiecto Lacedæmoniorum exemplo, qui Pausaniam in exilium miserunt, sequantur Principes Alexandrum de Bleso loquentem, Sabel. *Aenead. 4. lib. 5. Quem ego in Crucem tollere iam dudum meditor omnibus Regibus, Gentibusque meritas luiturum pœnas.* Nouius Donatus, Domilius, & Calpurnius fidei crimine damnati occisi sunt, Tacit. 1. *Histor. Stiliconis sceleribus ab Honorio patefactis mortis pœnam luerunt ipse, & Eucherius, Nicephor. Calixt. dict. lib. 13. cap. 35. Paul. Oros. lib. 7. cap. 38. Lel. Jordan. de reb. Gotbic. Hoc enim pœnarum genere vtendum necessario ad Salutem publicam, edocuit ex Vitellio, Tacit. lib. 1. *Histor. Plures, quam CXX. libellos præmia exposcentium ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius postea inuenit, omnesque conquiri, & interfici iussit; non honore Galua, sed tradito Principibus more, munimentum ad præsens, in posterum, ultionem.**

MAESSES DE CAMPO GENERALES.

S V M M A R I V M.

- 1 **M** Aesse de Campo General, idem, quod sub Romanorum Imperio, Magister Militum, 4. 10. & 22. Vel Præfectus Castrorum, 5.
- 2 Magister Militum creatus loco Legatorum, 3. De illius officio, ac munere, 24.
- 6 Magister Militum idem, quod Princeps Exercitus.

- 7 Magistri Militum Dignitas, quando creata?
- 8 Magister Militum, ac Equitum idem munus.
- 9 Magister Equitum electus munere Dictatorio ad agendam rem Militarem.
- 10 Magister Militum inferior Præfecto Prætorio.
- 11 Señoria, al Maestre de Campo General.
- 12 Magistri Militum Dignitas Mag-

- nifica, Illustris.
- 13 Maestro de Campo General, *Sūma Dignitas ex munere, & Scientia.*
 - 14 *Militaris Scientia necessaria in Bello.*
 - 15 *Alcibiadis Militaris virtus, Imperium contulit Atheniensibus.*
 - 16 *Magistri appellati gnari rerum Militarium, 17. Et qui Tyrones exercebant.*
 - 18 *Milites Institutio facit, & disciplina.*
 - 19 *Milites exercendi in armis, & exercitio Militari.*
 - 20 Maestro de Campo, qui præest vni Legioni, seu Tercio.
 - 21 Maestro de Campo General, cui commissa cura totius Exercitus.
 - 22 Maestro de Campo, Titulus ignotus inter Hispanos.
 - 25 Maestro de Campo General, *Dignitas Suprema.*
 - 26 Maestro de Campo General, reparte las ordenes que dà el Capitan General, en todas las partes que se halla, 28. & 31.
 - 27 *Legatorum Romanorum Militare munus, ex Ayala.*
 - 29 Maestro de Campo General, voz de el General en dar la orden, y el nombre, seña, y contraseña.
 - 30 *Tessera Militaris inter Romanos, qualis, & vnde recepta? 32. Qualiter executata?*
 - 33 Maestro de Campo General, acampaña el Exercito, y le forma para la batalla, señalando à cada Tercio, ò trozo los pueustos.
 - 34 *Aciei instructio, pars præcipua Belli.*
 - 35 *Acampañar el Exercito, scientia Militaris in Magistro necessaria. Ideo dictus apud Nos: Maestro, cui hac cura commissa.*
 - 36 *Pyrrhus Epirotarum Rex Primus, qui metationem aciei in orainem reduxit, à quo illa acceperant Romani, 37. Et si contra sentiat Lyps.*
 - 38 *Disciplina in Exercitu necessaria.*
 - 39 *Militum genus licentiosum.*
 - 40 Maestro de Campo, *agere curam debet circa obseruationem disciplinae Militaris.*
 - 41 *Obedientia, Primum Militia Sacramentum.*
 - 42 *Segnicies in Militia lethale.*
 - 43 *Audacia contra Ordinem, aut sine ordine, Lethalis in Militia, 44. Exemplo comprobatur.*
 - 45 *Disciplina Militaris necessaria, ex Lypsio.*
 - 46 *Leges in Militia necessariae ad conseruationem disciplinae Militaris.*
 - 47 *Venus separanda à Castris.*
 - 48 *Militares Leges contra venerem, Antigonem, Iustiniani, & Frederici.*
 - 49 *Milites, nec propriam uxorem ex lege Opia ad Exercitum ducebant; reuocata, tam en ex Senatus-Cõsulto.*
 - 50 *Anaritia, crimen grauissimum in Militia.*
 - 51 *Furta graniter punita à Pescenio Nigro, 56. Et ab Auid. Cassio. 61.*
 - 52 *Milites Prouinciales grauare non debent indebitis exactionibus, sub pena grauissima.*
 - 53 *Leges latae ab Imperatoribus de disciplina Militari seruanda, remissiuæ, 54. Doctores in eas Scribentes.*
 - 56 *Furta Militaria exemplo punienda ex Aureliani præcepto.*
 - 57 *Tyberius Militem capite punit ob subceptum ex Viridario pauonem.*
 - 58 *Pescenij Nigri disciplina Militaris refertur ex Spartiano.*
 - 59 *Militibus vinum bibere prohibitum ex Præcepto Piscenij Nigri.*
 - 60 *Pistores ab Exercitu expulsos à Pescenio.*
 - 62 *Disciplina Castrorum charior, quam charitas Liberorum.*
 - 63 *Dux metendus magis, quàm inimicus.*
 - 64 *Castigatio aspera necessaria in Militia.*
 - 65 *Seueritas securior in Bello, quam misericordia.*
 - 66 *Disciplina Militaris violatur, si Militaria crimina non puniuntur.*
 - 67 *Militia Nostra aberrauit à disciplina antiqua.*

68 Romana arma, terror Gentium.

69 Hispani, rati ad Bellum, quia strenua est ad Militiam illorum natura.

70 Hispanorum virtutes ex Velleio Paterculo.

71 Alexandri virtus Militaris ex Quinto Curtio.

DE MVNERE, OFFICIO, AC HONORE
debito: Alos Maesses de Campo Generales.

GLOSSA QVADRAGESIMA
primera.

STatuit Lex Nostra, vt Titulo possit decorari: De Señoria. El Maestre de Campo General. Ex antiquitatum monumentis Magistrum Militum fuisse, quem hodie dicimus: Maesse de Campo General, deducit Petr. Gregor. lib. 47. Syntagmat. cap. 18. num. 3. qui cum Fensfela refert Summam fuisse illius muneris Dignitatem, primamque post Dictaturam. Veget. lib. 2. de re Militar. cap. 9. & Ayala de iur. Bell. li. 3. cap. 1. num. 2. & 3. tenent, loco Legatorum (2) creatos fuisse Magistros Militum, à quibus binæ legiones, seu plures (3) res gubernabantur. De hoc officio agit, l. 1. & toto tit. C. de offic. Magistr. Milit. Bullenger. de Imper. Roman. lib. 3. cap. 2. & lib. 3. cap. 12. Rosin. Roman. antiquit. lib. 6. cap. 20. Vvolphang. Laz. lib. 4. Roman. Reipubl. cap. 10. Marc. Anton. Sabellic. ad Suet. in August. cap. 38. & ibi Philip. Beroald. & in Caesar. cap. 5. & in Tyber. cap. 41. Pancirol. not. Imper. cap. 30. Galgagnet. de iur. public. lib. 1. tit. 8. num. 12. & 13. Anton. Perez ad tit. C. de Comitib. rei Militar. lib. 12. num. 3. Fr. Geronym. Roman. Republ. del Mund. lib. 5. cap. 12. Guther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 15. Ioan. Baltrin. de re Milit. lib. 3. cap. 10. & 11. Simon Sterovolf. lib. 3. Instit. rei Milit. cap. 7. 8. & sequentib. Basconcel. art. Milit. par. 1. fol. 133.

4 Sanè, & si difficile est antiqua

munera nostris æquare Dignitatibus, cū quàm plures fuerint apud Romanos; Nostro videri: Maesse de Campo General, erat quod Legatus Consularis, cui Summa rei Militaris credebatur, sed sub Potestate Imperatoris, aut Ducis, Lypf. de Milit. Roman. lib. 2. Dialog. 9. Adam Contz. lib. 10. (5) Politic. cap. 26. §. 3. Seu erat idè, quod Præfectus Castrorum, si huius Dignitatis, aut officij functiones recolimus ex Veget. de re Milit. lib. 2. cap. 20. Adam Contz. dict. cap. 27. §. 1. vers. Præfectus Castrorum.

6 Variè enim in hoc Munere agitantur Scriptores: nam Tiraquel. de Nobilit. cap. 8. num. 15. Magistrum Militum idem, quod Ducè, ac Principem Exercituum fuisse narrat. Noster Bobad. lib. 1. Polit. cap. 9. num. 26. asserit: En otra parte dize el misino Ioan de Platea, que el Prefecto Pretorico, y el Prefecto de la Ciudad, y el Maestro de los Milites, no se auentajan, sino por la antiguedad. Adfensit Fr. Geronim. Roman. Republ. de el Mundo, dict. lib. 5. cap. 12.

7 Dissentiunt Bullenger. de Imper. Roman. lib. 3. cap. 1. & Steuvech. in Comment. ad Veget. lib. 2. cap. 9. Circa tempus, quo creatum fuit hoc officium; nam videbatur à Constantino Magno erectum, ex Zozim. lib. 8. Histor. Et si sub Aureliani Imperio Magistros Militum fuisse comperiatur, Veget. de re Milit. lib. 2. cap. 9. De quo

Ama-

Amaya lib. 66. cap. 2. num. 14. cum sequentibus. C. de Decurionibus. lib. 10. Petr. Gregor. lib. 19. Syntagm. cap. 18. num. 5. & 6.

8 Petr. Rebuf. in l. Quibus 57. de verbor. signific. voluit Magistrum Equitum, ac Militum idem esse, Petr. Gregor. lib. 47. Syntagmat. cap. 18. num. 1.

9 Magister verò Equitum ex l. 2. §. Post deinde, vers. Et his Dictatoribus, de Orig. iur. l. 1. de offic. Præf. Prætor. ab incunabulis Romanæ Reipublicæ creatus invenitur, allectus Ministerio, seu officio Dictatoris, qui primam in Republica habebat Dignitatem; Magisteriū verò sub Dictatore iniunctam habebat curam rei Militaris, Ioan. Corraf. dict. l. 2. §. Post deinde, num. 19. de Orig. iur. vbi Oros. & Æguinar. Adam Contz. lib. 10. Politic. cap. 27. §. 2. Petr. Gregor. dict. cap. 18. num. 1. Alex. ab Alex. lib. 4. diem. genial. cap. 23. Is autem Dictator simul atque dictus erat, Magistrum Equitum, velut Imperij Socium nominabat, cui Summa rei Bellicæ dabatur. Quam Magistri Authoritatem, seu Potestatem per Comestabilem apud Gallos exequi demonstrat. Idem Rebuf. Petr. Gregor. lib. 6. Syntagm. cap. 18. num. 10. & lib. 19. cap. 1. num. 5. Ioan. Corraf. rubr. de offic. Præf. Prætor. num. 2. & in l. 2. §. Populo deinde cauto, num. 20. de Orig. iur.

10 Sed, & si Bobad. dict. cap. 9. num. 15. ex Ioan. Platea haud voluit, vt Magister Militum tanto fruere-tur honore, quanto Præf. Prætorius: Dize mas el dicho Ioan de Platea, y otros Doctores, que en la Orden de los Magistrados, vnos son muy Ilustres, como el Patricio, y Consul; y otros Expectables, como el Maestro de los Militos, & el Proconsul.

Nihilominus credimus Summā hanc fuisse Dignitatem, Romanorum tempore, Munusque: De el Maesse de Campo General, idem esse quod Magister Militum, siue attenda huius officij

creatione Reipublicæ, siue Imperatorum, aut Constantini temporibus: ex quo ei iuste: Señoria præscribitur; cum si Imperatorias Constitutiones perlegimus, Magnifica appelletur Magisteria Dignitas, l. Viros l. vlt. C. de diuers. offic. lib. 12. Illustrisque, l. 2. C. ut Dignitat. ord. seruetur, (12) lib. 12. Æqualique honore præfulget, æquaturque Præf. Prætorio, Tiraquel. de Nobilit. cap. 8. num. 15. Petr. Gregor. dict. lib. 47. cap. 18. Claud. Seifel. l. 1. §. 1. de iurisdic. omn. iudic. Hotthoman. Verrutio, Calvino, Brisonio, Scharder. in Lexic. verbo Magistri Militum, Bulleng. de Imper. Roman. lib. 3. cap. 12. Vvolphang. Laz. de Republ. Roman. lib. 4. cap. 9. Gutther. de offic. Dom. August. lib. 1. cap. 15.

13 Ex hoc ergo principio (reiecto Doctorum dissensu) Credimus: Maesse de Campo General, rectè apud Nos summam habere Dignitatem, tam ratione Muneris, ac exercitij, quam Scientiæ Militaris, qua decoratus esse debet, qui ad hoc Munus sufficitur. Dictumque: Maestre de Campo General, à Magisterio Militaris Scientiæ, qua præditus esse debet ex Cōstitutione, l. 11. tit. 23. par. 2. ibi: E por ende los vnos los llaman llaue, è los otros freno, è los otros Maestro. Et postea: E Maestro fue llamado, porque en èl yaze toda la Maestria de como los hombres deuen vencer sus enemigos, è fincar ellos honrados: Ca bien afsi como el Navio va por el mar, maguer se muevan velas, è con remos, no pueden llegar los que en èl van, do quieren, è han de peligrar muchas vegadas, si el Maestro que tiene el gonnalle, no los endereza: Otrosi, los que quieren gouernar, no pueden acabar su voluntad, è son vencidos, è desvaratados muchas vezes, quando no son bien acatadillados.

14 In re enim Bellica Militarè scientiam, & virtutem necessariam in Duce, diximus Glos. superiori, & dignoscitur ex Bessold. de Arte iureque Bell.

Bell.
Etio
ni
ce ta
rò l
suffic
ritta
nem
Alci
tari,
(15)
in v
ximi
fueri
trans
lib. 2.
dum l
rator
tia g
vtere
16
indig
pana
in l. C
rut. l.
(17)
Mag
inexp
Virg
Su
Ma
gola
Aff
gnic
Quod
ab Al
nus ve
natore
litie n
Exiul
ad Ale
18
Axion
cap. 2.
facit. C
lopem
Plutar
(19) I

*Bell. cap. 2. num. 15. Placuit Hispanis ele-
ctio Ducis Albani. Militis enim Hispani
virtus inutilis esse videbatur, si Du-
ce talibus digno destitueretur. Albano ve-
rò Duce, etiam quemcumque Exercitum
sufficere putabant. Et postea: Magis pe-
nitiam, quam virtutis, & morum ratio-
nem in Duce habendam existimarunt. De
Alcibiadis virtute, & Scientia Mili-
tari, refert Morisot. *Histor. Orb. Mari-*
(15) tim. lib. 1. cap. 9. fol. 40. Tantum
in vno Viro fuisse momenti, vt Ma-
ximi Imperij Consiliator, & Author
fuerit, & vnde steterisset, eo se victoria
*transferret. Ex eo notat Lypsi. *diēt.**
lib. 2. de Milit. Roman. Dialog. 11. Quod
dum Bellum gerebant Romani cum Impe-
ratore ac Duce, Legatos mittebant Mili-
tia gnaros, quorum operibus, & Consilijs
*uteretur.**

16. A quo Militaris rei gnaros
indigitatos Magistros, Præter His-
panam legem Nostram, comperimus
in l. *Quibus 57. de verbor. signific. Ver-*
rut. Hotthoman. Brisson. Scharder.
(17) in Lexic. verbo Magistros. Inde
Magister, qui Tyrones exercebat,
inexpertesque operum Militarium,
*Virgil. lib. 8. *Aeneid.**

Sub se tolerare Magistro
Militiam, & graue Martis opus tua
cernere facta,

Affuescat: primis & ta miretur ab
annis.

Quod D. Iuliu fecisse, testatur Alex.
ab Alex. *dier. genial. lib. 1. cap. 20. Di-*
nus verò Iulius Equites Romanos, aut Se-
natores armorum peritos, sub quibus Mi-
litia nescij erudirentur, Magistros dedit.
Ex Iul. Capitol. Herodian. Tiraquel.
ad Alex.

18. Ob id laudat antiquorum
Axioma, Bessold. *de Arte iureque Bell.*
cap. 2. num. 6. Institutio, non aer Milites
facit. Quibus cognitis à Cæsare, Phi-
lopermenisque Præcepto in Acheos,
Plutarchus in Philomen. in Arte
(19) Bellica Milites exercebat; si-

cuti, & Pyrrus, qui exercitatione Ta-
rentinos Milites fecit, Bessold. *Mi-*
litari olim gloria exceuerant Romani,
Parti, Germani, sed exercitio magis,
quam natura. Idem Bessold. ead. dissert.
cap. 7. de Nostra Militia, num. 1. De Hs-
panis fertur, nullam hodie Gentem esse,
nullum Populum in Vniuerso Orbe terra-
rum, quæ æque polleat disciplina Milita-
ris laude. Et postea: Palcherrimum vi-
su est inter eos Militem nouitium statim,
atque in numerum est relatus, erudiri à
Veteranis. Hinc ortum Magistri Mi-
litum Munus, vt que suos Milites in-
struat, & disponat acies.

20. Inde indigitatus: *Maestro de*
Campo, qui certæ Legioni præest, apud
Nos: Tercio; de eaque curanda agit
Simon Sterovols. de re Militar. lib. 3.
cap. 7. Didac. Perez ad tit. C. de Comi-
*rib. rei Militar. lib. 12. *Maesse de Campo**
(21) General, seu Legatus Præto-
rius, Magister Militum, aut Legatus
Consularis, qui toti Exercitui, Lypsi.
Dialog. 11. Ayala de iure Bell. diēt. lib. 3.
cap. 2. & 3. Petr. Gregor. lib. 10. Syn-
tagm. cap. 16. num. 6. Steiovol. diēt.
lib. 3. cap. 7. Sed sub Imperio Ducis,
Demster, ad Rosin. lib. 5. cap. 25. Pa-
rallypom. est.

22. Hoc Munus: *De Maesse de Cã-*
po General, inter antiquos Nostrates
ignotum, Couarr. Tesoro de la lengua
*Castellana, litt. M. verb. *Maestre*: à Ro-*
(23) manis ortum annotans, inquit:
Maestre, es Dignidad tomada de aquella
*antigua de los Romanos: *Magister Equi-**
tum. Cui conveniunt Germanorum
Ordinum Militarium Constitutio-
*nes, in quibus, qui apud Nos: *Maesse**
*de Campo General, *Magister Equitum,**
dicitur, vt ex Legibus Militaribus
relatis ab Adam Contz. Politic. libi
10. cap. 60. art. 21. 24. 39. & 40. & in
annot. art. 1. dignoscitur.

24. Postquam verò Militia No-
stra reiecit antiquos Militiæ Roma-
næ Titulos ad nouam formam reda-
cta, loco Legatorum Romanorum,
seu Magistrorum Equitum, Summa

cum

cum ipsa Authoritate accepit Dignitatem: *Del Maesse de Campo General.* Simon Sterovolf. *Institut rei Militar.* lib. 3. cap. 7. Magistros Militum viros Illustres substituiimus, quos vsitato nomine, Duces Campestris appellamus; Imperatores verò ipsos Supremos Exercituum Duces: Germani autem, & alij Occidentales, illos Campi Mariscalos vocant; istos Generalissimos Belli.

25 Sed cum hoc Munus, seu Dignitas Maxima sit, & si sub Potestate: *De el Capitan General.* Placartes: *De el Principe de Parma,* Editos 15. Maij, anno 1587. art. 1. Por quanto queremos, y es nuestra voluntad, que ninguna persona, de qualquier condicion, o calidad que sea de este Exercito, fuera de (26) *el Maesse de Campo General.* Haud extra rem erit agere, quale illius Imperium, ac exercitium? Et omisis, quæ ab antiquis Scriptoribus prænotantur circa vsum, & manum, D. Francisc. Deza, *Discurso Milit.* cap. 17.

26 Consecutiuamente deue tener la Armada vn Teniente General, o Maestre de Campo General, el qual toma las ordenes de el General, y las distribuye à todo el Exercito, y las haze executar tan absolutamente como el mismo General. Y si bien se han visto estos dos puestos ocupados en vna mesma Armada, no se yo que pueda ser sin mengua de la autoridad de alguno de los dos sujetos: si ya no es, que el Teniente General sirua solamente de cerbatana por donde passe la orden de el General al Maestre de Campo General, que la ha de distribuir, y haze executar. (27) Hoc Imperium Magisteriale Legatis Romanis, creditum ad Nostros Maesses de Campo Generales, deriuatum, notat Ayala *de iure Bello,* lib. 3. cap. 2. num. 2. his verbis: Legati verò erant Comites expeditionis, & Adiutores negotiorum, qui Consulibus, & Imperatoribus decernebantur, & ipsorum vires gererent, & eorum Consilio rem administrarent; Consilio quoque, & fortium factorum, ac merita virtutis, & ignauia

cuiusque: qua cura, qua fide, & diligentia, quaque disciplina Militari Duces Exercitui, & Castris præessent, si quid scierim, vanumque, aut parum integra veritate afferrent, locupletissimi testes erant Legati; quorum etiam Authoritas, tam in administranda Prouincia, quam ducendo Exercitu, acieque instruenda tanti fuit, vt absentibus, vel impeditis Consulibus, vel Imperatore Summam Imperij teneret, Alex. ab Alex. *dier. genial.* lib. 6. cap. 3. Vasconcel. *Arte Milit.* par. 1. fol. 135. 28 Ex quibus credimus acceptum, vt generaliter omnia Mandata, Præceptaque tam generalia, quam particularia; & si à Ducis voluntate procedant, seu: *De el Capitan General,* manu exerceantur. *De el Maestre de Campo.* (29) General, cum verè sit vox Suprema, à quo inferiores Magistratus Militares Ordines recipiunt in Castris, in motione illoꝝ dicta: *Marcha,* in vigilijs, & statione; ideo signum vocale datum ad executionem, vel ad regimen Exercitus, omnium Militum cognitionem in conflictu, Vigilia, excubijs, dictum apud Nos. *El Orden,* idest: *El nombre, y contranombre,* ad libitum Ducis; vel etiam: *Seña, y contra seña.* Apud antiquos: *Tessera Militaris,* Vegec. *de re Militar.* lib. 3. cap. 5. & ad eum Sterovolf. lib. 2. cap. 7. Lypf. *de Milit. Roman.* lib. 4. Dialog. 12. Vvolphang. *Laz. Roman. Reipubl.* lib. 7. cap. 3. Rosin. *antiquit.* lib. 10. cap. 5. vbi Demster. Theodor. Hoeping. *de iure insign.* cap. 17. ex num. 56. Simo Sterovolf. Georg. Schomborn. *Politico.* lib. 6. cap. 20. Sterovolf. *Instit. rei Militar.* lib. 3. cap. 17. Exequatur manu: *De el Maesse de Campo General.* Sicut in Vigilijs pro signo dicitur: *Iesus, vel Maria,* vel vtrumque simul, aut simile aliquod, Solorzan. *Politico. Indian.* lib. 5. cap. 18. Mos equidem ab antiquis receptus ex Palamedis invento in Bello Troiano, Plin. lib. 7. cap. 56. Lypf. lib. 4. Dialog. 9. ad quem accipiebant Deorum nomina, vt de Cyro notat Xenophon. in *Cyroped.* dante *Iouen. Sog.*

cium.
Deum
Cæsa
tricen
Lyp
ci. l. m
d. c. t. o.
61. lo
20. de
31
nu: De
explic
17. La
que el
de el G
les de B
al Com
Assimij
Artille
de Vna
lleuan a
son las
con lo q
didas en
gun res
persona
Campo
à sus A
ra bien
que no
en ellas.
32
litaris
ductus.
per Cast
banum
Eques B
Ex eo,
9. Fuit
ni Milit
accipian
nes, Dec
Decuria
Reipubl.
Hoepin
33
Maesse d
Belli ac
ri, locaq
Nos: Te

cium. Inter Romanos Marius: Larem Deum. Sylla: Appolinem Delphicum. Cæsar in Bello Ciuili: Venerem Genitricem, Cæs. de Bell. Ciuil. lib. 1. cap. 5. Lypf. dict. Dialog. 12. Pompeius: Herculem Inuictum, Steuuech. ad Veget. dict. cap. 7. Hoeping. dict. cap. 17. num. 61. Ioan. Corraf. l. 2. §. Fuit post. num. 20. de Orig. iur.

31 Exequitur (vt diximus) manu: Del Maesse de Campo General. Tessera explicatur, Dez. dict. Disc. Milit. Disc. 17. La forma de distribuir las ordenes, es, que el Maestro de Campo General las recibe de el General, y da à los Sargētos Generales de Batalla, las q̄ tocan à la Infanteria: al Comissario General las de la Caualleria. Assimismo al Teniente de el General de la Artilleria: y al de el Proueedor General de Viueres, las que le tocan: los quales las lleuan à sus Superiores, y con su permission las distribuyen en sus jurisdicciones: con lo qual quedan promptamente entendidas en todo el Exercito. Quando por algun respeto particular no pueden estos personages acudir a casa de el Maestro de Campo General; y por esta causa embian à sus Ayudantes à tomar las ordenes, se-
rá bien que las lleuen por escrito, para que no venga a hallarse algun equiuoco en ellas.

32 Mos equidem, seu vsus Militaris etiam à Romana disciplina deductus. De quo sic Liu. lib. 27. Tessera per Castra à Litiuo Consule data, vt Tribunum Tribanus: Centurio Centurionem: Eques Equitem: Pedes Peditem acciperet. Ex eo, & alijs sic Corraf. in dict. l. 2. §. Fuit post. de Orig. iur. num. 20. Tribuni Militares sub noctem ab Imperatore accipiunt; y autem celerrimè ad Cēturiones, Decuriones, & ij tandem ad singulos Decurie sua Milites, Vvolphang. Laz. Reipubl. Roman. lib. 7. cap. 3. Theodor. Hoeping. dict. cap. 17. num. 65.

33 De manu etiam est: De el Maesse de Campo General, ad conflictū Belli aciem disponere, Castramentari, locaque vnicuique Legioni (apud Nos: Tercio, regimiento inter pedites:

Trozo, ò Batallon inter Equites, apud Gallos: Brigada. Garcia Toletan. ad tit. C. de Comitib. rei Milit. lib. 12. n. 1.) Signare, Deza dict. Disc. 17. En dia de Batalla, el Maestro de Campo General señala à cada vno de los cuerpos de el Armada el puesto que ha de ocupar, y luego los Sargentos Generales de Batalla ponen los Esquadrones de Infanteria de sus Brigadas en los lugares destinados: y el Comissario General haze lo mismo con su Caualleria: y antes que salga el General à ver el Exercito en Batalla, tendrá el Maestro de Campo General reconocido si estan sus ordenes bien executadas. De quo accipe Demster. ad Rosin. lib. 5. cap. 25. Paratypom. Est enim Campiductor idem, qui Castrorum Praefectus, cui scilicet incumbit loca in Castris designare, idoneam Castrametationibus stationem eligere.

34 In enim collocanda acie, occupandisque locis ad instructionem Exercitus, magna pars est victoriae, vt ex Vegec. doct. lib. 3. cap. 4. Aelian. de instr. acie: Locis convenientibus instruemur. Laudatur, & in C. Flaminio prudentia ad instruendam aciem, cum ex ea Gallos victos notet Polibius, lib. 2. Et cum in eo praecipua impendenda sit cura, cum Summa sit rerū Militarium, pendeatque in Instructione aciei, seu: Acampar el Exercito, virtus Militum, victoriarum gloria, merito iustè commendatur huic Supremo Muneri, Liu. lib. 4. Copias omnes partim Praetor ipse, partim Legatus, Tribunusque Militum instruxit, Ioan. Baltrin. de re Militar. lib. 5. cap. 3. Hæc enim instruendæ aciei disciplina, & ordo, à quo motio Exercitus praecipua pars Bellicæ Scientiæ, Aelian. de instr. acie, Georg. Schomborn. Polit. lib. 6. cap. 19. Annibali ad Canas gloriam quæsiuit; Alexandro in Perlico Bello; Scipioni, Metello, & alijs Magnis Ducibus. De quibus latè Iulius Frontin. Stratag. lib. 2. cap. 3. Vegec. de re Militar. lib. 3. cap. 15. & 16. Lypf. de Milit. Roman. ex Poliu. lib.

lib. 4. Dialog. 1. & sequentib.

35 Nec Græcorum, aut Romanorum disciplina Militaris, illiusque necessitas, & utilitas ignota fuit Nostræ Hispaniæ Regibus. Quare Rex Ildephonsus dum suis in Legibus necessaria ad Bellum præscribit: Primo Magistratibus dicitis: *Caudillos, Castramentationem Exercituum, locaque necessario occupanda, & formam Constituendæ aciei ex antiquis moribus, ac disciplina vt notû in l. 7. & 9. tit. 23. par. 2.* Ille verò, qui bene aciem secundum Militarem disciplinam instruxerit, Magistrum dici, ac denominari, ipse notauit in *l. 11. dict. tit. 23. par. 2. E Maestro fue llamado, porque en el yaze toda la Maestria de como los homes deuen vencer sus enemigos, (36) è fncar ellos honrados.* Quod sic honorificum habitum, vt inter antiquos Illustrissimos Duces vt Militiæ Magister, Collaudetur Pyrrus Epyrotarum Rex, cum fuerit Primus diligentissimus Bellator, qui aciei Instructionem in ordinem reduxit, à quo illum accepere Romani, Iul. Frontin. *Stratag. lib. 4. cap. 1. Pyrrus Epyrotarum Rex Primus, totum Exercitum sub eodem Vallo continere instituit. Romani deinde, victo eo in Campis Arusinis circa Urbem statuentium Castris eius potiti, & ordinatione nota, paulatim ad hanc, vsque metationem, quæ nunc effecta est, peruenunt.* Et si hunc assensum reiiciat, Lyps. *Milit. Roman. lib. 5. Dialog. 1. Homerica Originem credens Militari disciplinæ, vtinam ex Ælian. in princip. de instruct. acie.*

38 Huius equidem est Muneris, seu: *Al. Maess. de Campo General, cura aciei pertinet circa disciplinam Militarem, l. officium, de re Milit. quæ in omni bene Constituto Exercitu præcipua, immo, & necessaria, Valer. Maxim. lib. 2. cap. 7. Nicephor. Callixt. Eccles. Histor. lib. 18. cap. 10. Egesip. de excid. Urb. Hierosolym. lib. 5. cap. 24. Cum nullum licentiosius genus hominû Militibus, Sterovolf. Instit.*

(29) *rei Militan. lib. 3. cap. 29. Quibus licita, quæ in alijs prohibita, immo detestabilia sunt, Diu. August. de Ciuit. lib. 1. cap. 1.*

40 Quare Magister attente agat, vt illos contineat intra Militari disciplinæ limites, Sygon. *de antiquitat. Ciu. Roman. lib. 1. cap. 15. Aliam enim disciplinam Militarem esse voluerunt, aliam Urbanam, itemque aliam ad parandum terrorem Exercitui, aliam populo esse propositam.*

41 Primum Militaris disciplinæ est Sacramentum obedientiæ, vtque Milites Ducis Mandata, nec negligant, nec omittant, in eo omnis culpa lethalis, *l. Omnis, §. Contumacia, de re Milit. l. 13. tit. 18. par. 2.* Siue à (42) segnicie orta, vt de Piscario Duce, Paul. Iouius *in vita, lib. 1. Nec multo post vt negligentia, vel ignavia delictum, si non atroci, insigne tamen ad exemplum pana puniretur: Corueriam ignominia notauit. De Hortensio Tribuno Plebis diem dicente C. Sempronio Consuli ob negligentiam habitam in Bello Volseo, Liu. lib. 4. Si (43) ue à temeritatis audacia contra ordinem Militarem, & si victoria consequatur, Capitale, l. 3. §. in Bello, de re Milit. Ayala de iure Bello, lib. 3. cap. 2. num. 3. & 4. Bessold. de iure Bell. cap. 7. num. 5. Sic executum legitur à Dictatore Posthumio, à Lucio Papyrio Dictatore, cum Q. Fabio Maximo Rutiliano, Liu. lib. 8. Sic, & si in filio victore à Tiro Mælio Torquato. Idem Liu. lib. 2. Ioan. Koxier. *Theaur. Politic. lib. 2. cap. 2. in not. num. 2. Sygon. dict. lib. 1. cap. 15. Epaminondas capite punit Stefymbrum, ex quo sine ordine cum Lacedæmonijs pugnam adortus est; & si triumphum reportauit, neque omitendum factum Magni Nostri Imperatoris Caroli V. qui Hispanum Militem strenuum in Bello Germanico, dum Castram entatus esset Inglostat occidere iussit, ex quo cum Germano Milite priuata extra ordinem pug-**

na dimicauit, & si victor redijt. Charior enim fuit inter Romanos disciplina Castrorum, quam liberorum charitas, cæterarumque rerum omnium. Quare inuenimus apud Liu. lib. 8. Papyrium Dictatorem, oblita gloria, & victoria à Fabio reportata, ad intuitum violatæ disciplinæ, dicentem: *Quirites, vicit disciplina Militaris, vicit Imperij Maiestas.* De quo, post notata à Marc. Anton. Sabellic. *Anead. 4. lib. 3.* De Publio Valerio, qui ad pugnam à Gallo milite euocatus exijt recusante in consultoque Duce, videdi Alex. ab Alex. *dier. gen. li. 2. cap. 13. & lib. 3. cap. 5.* Ros. *antiq. li. 10. c. 25.* Cel. Rodigin. *antiq. lib. 10. ca. 5.* Gel. *lib. 8. not. atticar. cap. 13.* Petr. Greg. *de Republ. lib. 11. cap. 10. & lib. 19. Syntagm. cap. 10. & 11.* Petr. Herod. *rer. iudic. lib. 2. tit. 4. cap. 14.* Petr. Relin. *de re Milit. par. 8. tit. vnic.* Ayala *de iurat. offic. Bell. lib. 3. cap. 1. & 10.* Tyber. *Dec. lib. 7. crimin. cap. 15. n. 45.* Adā Contz. *lib. 10. Polit. cap. 4. §. 12.* Lyps. *de Milit. Rom. Hug. Grot. de iure Bell. Paschal. de vir. Patr. Potest. 3. p. cap. 30.* Thom. Henriq. *tract. de Bell. cap. 18.* Georg. Schomb. *lib. 6. Polit. cap. 29.* Ioan. Baltrin. *de re Milit. lib. 1. cap. 3.* Simon Sterovoll. *Inst. rei Milit. lib. 3. cap. 28.* Carol. Sygon. *de antiq. iur. Roman. lib. 11. cap. 15.* Carleu. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. num. 467.*

45. Huius disciplinæ Militaris vtilitatē si scire velis, Cōsule Valer. *lib. 2. cap. 7.* Salust. *de Bell. Catil.* Ayala *de iure Bell. lib. 3. cap. 1. & pro omnibus vide quod adducit Lyps. dict. Dial. 1.* Itaque per annos septingentos tot triumphos penā, quot annos numeret, & Imperio suo sabiecerunt, quidquid validū, aut bonum in Orbe terrarum: nam alios quosdam latius Imperasse fortasse dixeris, aut nunc Imperare (cente Magnum Nostrum Regem) sed in tam selectis gentibus, aut terris nō dices: Hispanos, Macedones, Assyrios viscerunt, & Imperium in eos usurparunt, qui ante imderant, quid Hispanos, aut Gallos quos vincere non gloria

fortassis maioris, sed opera fuit ita paulatim molem illam maximi secundū Deorum opes, Imperij (Liu.ij verba agnoscit) constituerunt; idque in optima Europa, Asia, Africa parte, qua autem alia re, nisi Militia hac, quam laudamus; nam ingenia, numerum, robora hominum, si vides singulis, aut omnibus sape vincebantur. Superabat ordo, & disciplina ergo, aut vanē olim vaticinatus apud Liuium Romulus nullas opes humanas armis posse resistere Romanis. Quid Romulus? Ipse Romanorum hostis Taxides: ille à sinu, & latere Mitridatis libero ore apud Tygranem fassus, rem Inuictam Romana arma, atque hæc ita olim fuerunt, quamdiu disciplina, & Sæctitas quedam, ut ita dicam, armorum viguit, postquam sanguine Ciuili infecta ea, & corrupta sunt, postquam rapere, & lancinare, atque etiam lasciuire, in morem vertit, resedit illa virtus, & quod sequitur fortuna, nec aliud, quam umbra, & nomen fuit Militiæ Romanæ, Schomborn. *dict. lib. 6. Politic. cap. 29.* Simon Sterovoll. *Inst. rei Milit. lib. 3. cap. 28.* Ioan. Baltrin. *de re Milit. lib. 1. cap. 3.* Ayala *de iure Bell. lib. 3. cap. 1.*

46. Ex his enim euincitur, quantum bono conveniat publico in Militia, disciplina, ad quam plurima necessaria esse (notant leges) præcepta Militaria, quæ à manu Ducum pendent. Primo, & præ omnibus Continentiæ leges seruandæ, abstentionis, (47) Veneris, & furti. Exemplar conferunt Diuinæ litteræ: ob lasciuam Iudæorum quantum passus Israeliticus populus, *Numer. ca. 25.* Luxuriosa voluntas vires eneruat, animos tollit, hæc Troianū euertit Imperium: nihil turpius est Martialibus viris solitis vincere, à foemineo subiugari sexu. Capuanæ delitiæ Annibalem Pænorū Ducem cum Exercitu suo euerterunt, Ayala *dict. cap. 1. n. 2.* (48) Ideo omnes Politici Scriptores Ducibus suadēt, vt luxuriā omnino à suo repellant Exercitu, sic ex legibus Iustiniani, *Pet. Gre. li. 19. Syn. c. 12. n. 1.* Militi, qui puellā corrupserit, nasus am-

putatur. Quæ lex inter Militares, ab Imperatore Frederico lata refertur:

*Non est in nostris nobiscum femina Castris,
Qui reuerterit spolijs nudatus abibit
Turpiter, & naso mutilabitur illa resecto.*

Iul. Frontin. lib. 4. ca. 1. Antigoni legem refert: *Ne quis minor quinquaginta annos natus hospitio matris familias uteretur.* Vt illo præcepto libidinum occasionibus occurreret. Inter res detriorem Constituentes Militem mulieres enumerat ipse Pet. Gregor. lib. 11. de Republ. cap. 9. num. 11. Iul. Ferret. de re Milit. cap. De Continentia, fol. 14. ex num. 31. & cap. De conseruando Exercitu in afeminat. fol. 91. per tot. (49) Et in iure cautum esse patet, vt miles, nec propriam ducat vxorem dum in procinctu est, aut in statione Militari munus gerit, neque etiam illam denuo in matrimonium recipiat, l. *Præfectus*, l. *Eos*, de ritu nuptiar. l. *Quicumque*, de re Milit. lib. 12. Ex quo Scipio duo millia Scortorum è Castris reiecit, narrat Liū. Ayala dict. lib. 3. cap. 1. num. 3. Cuius prohibitionem Tacit. lib. 3. Annal. rationemque sic enumerat: *Ne quem Magistratum, cui Prouincia obuenisset, vxor comitaretur: haud enim frustra placitum olim ne feminae in socijs, aut Gentes externas traherentur inesse mulierum comitatu, que pacoem luxu, Bellum formidine morentur,* & Romanum agmen ad similitudinem Barbari incessus conuertant, non imbecillum tantum, & impari laboribus sexum; sed silicentia adsit, seuum, ambitiosum Potestatis auidum, Lata ad id Lege Opia, & si derogata ex Senatus-Consulto, Cotra, & Messalla Consulibus decreto, Ayala dict. cap. 1. n. 5. Lyps. de Milit. Roman. lib. 5. Dialog. 15. Adam Contz. lib. 3. Polit. cap. 17. §. 11. & lib. 10. cap. 24. §. 9. Marquez Gubernator. Christian. lib. 3. Paschal. dict. cap. 3. Thom. Henric. de Bell. cap. 18. num. 8. Sim. Sterovolf. Instit. rei Milit. lib. 3. cap. 28. & cap. 29. Bessold. dissert. de in-

re Bell. cap. 7. num. 4. Petr. Cauall. cas. 294. latè de his Bobad. Nauarret. Mastrill. Solorz. de Gubernat. Indiar. lib. 4. cap. 9. num. 75.

50 Huic proximum à Militia auertere auaritiã, quod omni animo conentur Duces, cum Exercitum præcipitet in profundum vitiorum, Iul. Ferret. de re Milit. cap. De Continentia, fol. 25. n. 4. Hæc fures, ac raptores facit Milites. Petr. Antibol. de muner. 3. par. de excusat. muner. nu. 83. Ex quo ab omnibus cõtra auaros latè cautum, ac præceptum fuit: Contra officiales de emolumentis Militũ lucrantes, l. 2. §. *Pro limitaneis*, G. de of. (51) sic. Prator. Affric. Quæ sic executum à Pescennio Nigro, notat Spart. Nam, & Imperator Tribunos duos, quos constitit Stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab Auxiliarijs iussit. Id siue ab ipsis Militibus, siue à Prouincialibus subreptum æquali damnadum pœna, l. 38. de erogat. Milit. annon. dict. l. 2. notat Cassaubon. in not. ad Spartian. in Pescen. fol. 223. num. 12. & Claud. Salmer. ibidem, fol. 145. nu. 13. Petr. Gregor. lib. 11. de Republ. cap. 4. num. 2. Bessold. de iur. Bell. cap. 7. nu. 6. Sic Imperator in l. *Coenaticorũ*, G. de erogat. Milit. annon. Cõstituit, vt Milites com. (52) moda ab stipedijs proprijs percipiant, detrimento Prouinciales nõ afficiãt. De quo mirabilis est lex Militaris Aureliani, tradita à Vospico: *De præda hostis, non de lachrymis Prouincialium habeat miles*, Petr. Gregor. lib. 11. de Republ. cap. 10. num. 6. & lib. 19. Syntagym. cap. 13. num. 3. Ayal. de iur. Bell. lib. 3. cap. 1. num. 11.

53 Pro quo ad conseruationem disciplinæ Militaris, latè sunt quam plurimè ab Imperatoribus leges, l. 2. & toto tit. ff. de re Militar. tit. C. de Metat. & Epidim. tit. C. de Salgamo Hospitibus non præstand. tit. de Commeat. tit. C. de Tyronibus. & tit. C. de Desertoribus. lib. 12. vbi Scribentes Bart. Angel. Luc. de Pen. Plat. Rebuf. Gujac. And. Baruh. Neuiio, Engleberneus, & alij.

54
gibu
dict. l.
lib. 11
tagm
10. Pe
Milit.
vech.
dissert.
ad Par
Petr.
55
ri disc
ta fun
uincia
infere
tat, re
Syntag
iure Be
lit. par
Contz
(56) r
verbis
viuere,
lum rap
quam n
rat, sal
content
chrymi.
57
rio, no
Milit
è Viri
rit. Et
cont. Go
29. Sin
dict. lib
58
gridisc
rator a
rum est,
simus. L
quod ac
re Milit
eo miles
extorsit
Tribun
Nam, &
constitit
bus obru

54 De quibus Militaribus Legibus & illarum pænis videndi Lypf. *dict. lib. 5. Dialog. 5. Petr. Gregor. dict. lib. 11. cap. 5. & 7. & dict. lib. 19. Syntagm. cap. 10. & 11. Adam Contz. lib. 10. Polit. dict. cap. 58. Iul. Ferrec. de re Milit. Paschal. dict. cap. 3. par. 3. Steuvech. ad Vegec. lib. 3. cap. 4. Bessold. dissert. de iure Bell. cap. 7. Salmut. in not. ad Pancir. tit. 53. de morib. in Bell. & sarp. Petr. Cauat. ref. crim. cas. 294 ex n. 13.*

55 Sanè acriter furta in Militari disciplina, siue Republica, vindicata sunt. Auidius Casius Milites Prouincialibus iniuriã, vim, aut furtum inferentes in crucem sustulit, vt notat, relata lege Petr. Gregor. *lib. 19. Syntagm. cap. 10. num. 1. Ayal. lib. 3. de iure Belli, cap. 19. Petr. Bellin. de re Milit. par. 8. de delict. Milit. num. 89. Adã Contz. lib. 10. Polit. cap. 24. §. 3. Au-* (56) *reliani Epistolam refert sub his verbis: Si vis Tribunus esse, immò si vis viuere, manus militum contine: nemo pulum rapiat alienum; ouem, nemo cõtingat, ouam nullus auferat; segetem nemo deterrat, sal, lignum nemo exigat, annona sua contentus sit. De prada hostis, non de lachrymis Prouincialium habeat.*

57 Quod sic executum à Tyberio, notat Sueton. in eum *cap. 10. vt Militem Prætorianum ob subreptũ è Viridario Pauonem capite punierit. Et à Bellifario ex Aretin. de Bell. cont. Gothos, Schomb. lib. 7. Politic. cap. 29. Simon Sterovolf. Instit. rei Milit. dict. lib. 3. cap. 28.*

58 Mirabilis fuit Pescenij Nigri disciplina, de qua Seuerus Imperator apud Spartian. in Pescen. *Miserum est, vt imitari eius disciplinã non possemus. Latè enim de eo Spartian. Sed quod ad Nos attinet sic: Et re vera in re Militari uehemens fuit, nunquam sub eo miles Prouinciali lignum, oleum, operã extorsit: ipse à Milite nihil accepit, cum Tribunatus ageret, nihil accipi passus: Nam, & Imperator Tribunos duos, quos constitit stellaturas duas accepisse lapidibus obrui iussit. Laudes enim Pescenij*

sic profequitur Spartian. *Fuit ergo Nigler, miles optimus, Tribunus singularis, Dux præcipuus, Legatus Seuerissimus, Consul insignis, Vir domi, forisque conspicuus. Ex quo enim? Ex illis Militaribus legibus, de quibus sic profequitur Spartian. Hic tantã fuit seueritatis, vt cum Milites quosdam in cauo argenteo expeditionis tempore bibere vidisset, iussit omne argentum submoueri de usu expeditionali; addito vt ligneis uasis uterentur, quod quidem illi odium Militare concitauit, dicebat enim: posse fieri, quod sarcina Militares in Potestatem hostium uenirent. Contrarium verò Cõstitutũ apud Græcos, notat Alex. ab Alex. lib. 4. dier. gen. cap. 2. De qua re videndus Petr. Greg. lib. 11. de Repub. cap. 9. num. 7. & 11. Adam Contz. lib. 10. Polit. cap. 53 & 54. Iul. Ferret. de re Milit. cap. Qua sint considerata ante pugnam, num. 52.*

59 Profequitur Spartian. *Idem iussit vinum in expeditionem neminem bibere, sed aceto uniuersos esse contentos. Ratio enim huius Constitutionis adducitur ab Adam Contz. dict. lib. 10. cap. 21. §. 3. cap. 24. §. 2. & Petr. Gregor. lib. 11. de Republ. cap. 9. num. 1. & cap. 9. num. 7. Fuit enim ad auertendam ebrietatem, quam periculosissimam censuerunt antiqui in Bello, & Nostra, in ætate Germanorum Militiã statuentes Imperatores in ordinationibus Germanicis relatis ab Adam Contz. Politic. dict. lib. 10. cap. 60. ait 56. Eum sibi quisque computandi modum statuito, vt & ipse sibi à tamalentia temperet. Quare inter annonas Militares vinum vno die, altero acetum dare constituit ad euitandas ebrietates, Imperator in l. 1. C. de erogat. Milit. annon. lib. 12. De quo Hispana Lex Nostra, l. 9. tit. 25. par. 2. E vinagre deuen otrosi lleuar, que es cosa, que les cumple mucho en sus comeres, ò para haber con el agua, quando ouieren gran sed: Ca la sidra, y el vino, como quier, que los homes lo amen mucho, son cosas, que embargan el seso,*

lo que no conviene en ninguna manera à los que han de guerrear sobre mar. E por ende los Antiguos defendieron, que no traxessen estos Viueres à tales en las grandes guerras, tambien de mar, como (60) de tierra: Idem Pistores sequi expeditionem prohibuit buccellato iubens Milites, & omnes contentos esse, Adam Contz. dict. cap. 24. §. 2. & 3. & dict. cap. 21. Petr. Gregor. dict. lib. 11. cap. 9. num. 7. Iul. Ferret. de re Milit. cap. de bon. Milit. num. 29.

61 Idem ob vnus Gallinacei direptionem Commanipulones, qui raptum ab vno comederant, securi percussi sunt, & fecisset nisi ab omni Exercitu prope, vsque ad metum seditionis esset rogatus, & cum pepercisset: iussit, vt denorum Gallinaceorum pretio, Prouinciali redderent decem, qui simul furto coniunxerant, addito eo, vt tota in expeditione in comanipulatione nemo focum faceret, ac nunquam recens costum cibum sumerent; sed pane ac frigidis vescerent, appositis Speculatoribus, qui id curarent. De hac enim pena latè scripsere Doctores, Petr. Gregor. lib. 11. de Republ. cap. 7. num. 36. & lib. 19. Syntagm. cap. 10. & 11. per tot. Adam Contz. lib. 10. Polit. cap. 24. §. 5. Lyps. de Milit. Roman. lib. 5. Dialog. 15. Philip. Beroald. in not. ad Sueton. in Tyber. cap. 60. Iul. Ferret. de re Milit. cap. de Milit. inst. num. 2. quia furtum in Militari Republica, lethale, seu Capitale erat, Aul. Gel. lib. 6. cap. 4. Poliu. traditus à Lyps. dict. Dialog. 15. Iul. Ferret. dict. cap. 5. num. 5.

62 Hæc enim disciplina pulchra & laudabilis dicitur à Lypsio, dict. Dialog. 15. nec cruenta, immo necessaria taliter, quod etiã Paterna Charitas oblita pro illius conseruatione sit, cum antiquior fuisset Parentibus Romanis, quam charitas liberorum, l. Postulimium, §. Filios, de Captiu. & Postblim. reuers. Tit. Liu. lib. 8. Imperiũ Inuictum Populi Romani, & disciplina rei Militaris, & Dictatoris editum pro numine semper obseruatum: & Manliana Imperia, & posthabita filij charitas pu-

blica vtilitati iactabantur. Quod etiam in Tito Scauro, notat Liu. lib. 24. Posthumio Manlio, & Epaminonda Scriptores. Vide Addit. l. 29. tit. 23. Glos. vnic. num. 41.

63 In Bello etiam ex Præcepto Clearchi potius Duci metuendum, quam inimico, l. 29. tit. 23. par. 1. Petr. Herod. lib. 10. rer. iudicat. tit. 5. cap. 2. Ayal. de iure Bell. lib. 3. cap. 15. Schöborn. dict. lib. 6. Polit. cap. 29. Simon Sterovol. Instit. rei Milit. lib. 3. cap. 28.

64 Aspero enim castigationis genere indiget disciplina Militaris, (65) Valer. Maxim. lib. 8. cap. 2. In illa securitas longe misericordia salubrior, Tacit. lib. 3. Annal. Nec quicquam omittendum, nec remittendũ: Polluta (inquit Liu. dict. lib. 8.) semel Militari disciplina non miles Centurionis, non Centurio Tribuni, non Tribunus Legati, non Legatus Consulis, non Magister Equitum Dictatoris pareat Imperio: nemo hominum, nemo Deorum verecundiam habeant: non edicta Imperatorum, non auspicia obseruentur, sine comæatu vagi Milites in pacato, in hostico errent, immemores Sacramenti, licentia sola se vbi vellent exhaustarent, in frequentia deserant signa, neque conueniant ad edictum, nec discernant media nocte, equè, iniquo loco, iussu in iussu Imperatoris pugnent, & non signa, non ordines seruent latrocinij modo caeca, & fortuita, pro solemni, & Sacrata Militia sit, Veget. de re Milit. lib. 3. cap. 10. Petr. Greg. lib.

11. de Republ. cap. 7. num. 4. Petr. Bellin. de re Milit. num. 48. Claud. Coter. de iure, & Priuileg. Milit. lib. 3. cap. 8. & 13. Cauat. resol. crimin. cas. 294. nu. 76. Ayal. de iure Bell. lib. 2. cap. 4. & lib. 5. cap. 9. Bobad. lib. 4. Polit. cap. 2. nu. 27. & 73. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 15. num. 1. Carol. Scrib. in Polit. 1. tom. cap. 36. Petr. Herod. dict. lib. 10. tit. 5. cap. 18. & 19. Petr. Fab. lib. 1. Semestr. cap. 18. Adam Contz. lib. 10. Polit. cap. 24. Paschal. dict. cap. 3. Simon Sterovol. Instit. rei Milit. li. 3. cap. 26. Bessold. dissert. de iure Bell. cap. 7. n. 5.

66 Carpitur Dux, qui omnia
punitio delictorum violat disci-
plinam, vt de Piscario Duce, qui ad-
missum scelus per Milites non punit,
dum Gallos pacto admissos Comen-
semque Ciuitatem diripuerunt sub
fide traditam, & quamvis disciplina
postulabat, vt ad abolendam ignomi-
niam in eos more Militari animad-
uerteret in eum omnes ingēti inuidia
onerabāt, quod impunitum delictum
dimisit. Quare sic Paul. Iou. in vita
Piscar. lib. 2. *Audiui ego postea Prospec-
rum columnam predicantem Piscarium
famæ suæ iure optimo fuisse consulturum,
si totum Exercitum, vel saltem stationis
cohortem secura lege decumasset.*

67 Sed cum Nostrum non sit de
hoc tantum agere, vide, quæ Spar-
tian in Pescen. prosequitur, & quæ
Doctores supra adducti notant, &
forsan deplorares Nostrorum tem-
porum Militiam, quantum aberrat
verit ab illa, quæ, & Nos, & Roma-
nos Imperij vniuersi dignos fecit. De
quo sic Piscarium Duce dixisse fer-
tar, Paul. Iou. in eius vita, lib. 2. *Quan-
do mos Bellicus in hac corruptela Militia
à Iustitia, & Religione penitus auersus
esse videretur.*

68 Si Nostrates Hispani anti-
quorum obseruarent disciplinam,
crederem omnibus Mundi Nationi-
bus terrorem fore; sicuti de Roma
Plutarch. in Lucul. *Rem Inuictam Ro-
mana arma, Liu. lib. 1. Nullas opes hu-
manas armis Romanis posse resistere. Cui
(69) enim latent Hispanorum vir-
tutes, strenua Militum natura? 1. 2.
tit. 18. l. 9. tit. 19. par. 2. Gregor. Lop.
diēt. l. 2. Glos. fin. Redin. de Maest. 1.
Princip. verbo Non armis, num. 17. Cam-
mil. Borrel. de Præstant. Reg. Catholic.
cap. 82. num. 17. Valdes de Dignitat.
Reg. cap. 4. num. 5. Alderete Origen de
la lengua Castellana, lib. 1. cap. 5. Valen-
çuel. Discurs. Stat. & Bell. consider. 18.
par. 2. num. 78. consider. 28. num. 24. Pe-
tr. Gregor. lib. 4. de Republ. cap. 4. n. 5.
(70) De Hispanorum enim gloria,*

Virtute, Constantia, sic Veleins Pa-
tercul. *Per quinquennium diiudicari non
potuit, Hispanis, Romanis ne in armis
plus esse roboris, vt vter Populus alteri
imperaturus esset. Et Liu. de Hispanis:
Gentem natam instaurandis reparandis-
que Bellis. Si eis addas disciplinam il-
lam Militarem. De qua Lypf. lib. 1.
de Milit. Roman. Dialog. 11. Delectum
vide nihil accuratias, ordinem nihil ap-
tius, disciplinam nihil seuerius, sanctius-
que. Et vt vno ore dicam, si penes
Hispanos esset antiqua disciplina,
totus Orbis fuerat, & erit suæ vir-
(71) tutis trophæum, sicuti de Ale-
xandro notant Quint. Curt. lib. 3. de
reb. Alex. Macedonum acies torua sanè,
& inculta: Clypeis, hastisque immobiles
cum eis, & contorta robora virorum te-
get. Ipsi phalangem vocant, peditum sta-
bile agmen, vir viro, armis arma contor-
ta sunt ad nutum momentis intenti, se-
qui signa, ordines seruare; dedicare, quod
imperatur omnes exaudiunt, obistere,
circuire, discurrere in cornu, mutare pug-
nam, non Duces magis, quam Milites cal-
lent, & ne auri, argentique studio, pu-
tes teneri, adhuc in illa disciplina pau-
pertate Magistra, stetit fatigatis humus
cubile est: Cibum quem occupant satiat,
tempora somni artiora, quam noctis
sunt, Thom. Henriq. tract. de Bell. cap.
18. de disciplina Militar.*

S V M M A R I V M.

- 1 **D**elicta Militum sunt, vel priuati-
uè Militaria, vel communia.
- 2 Militare delictum, ex Modestino, &
Menandro, quidquid committitur con-
tra disciplinam Militarem.
- 3 Delictum commune, quod committitur
extra disciplinam Militarem.
- 4 Delictorum Militarium coercitio, ad
Militares Iudices pertinet.
- 5 Magisteria Potestas inter Milites,
qualis, 6. Inter Romanos creata à
prima Reipublicæ ætate.
- 7 Magisteria Potestas in Milites con-
cessa Magistro Equitum post Regum

- Romanorum repulsam.
- 8 Magistros Equitum nominatos, Dictatura durante.
 - 9 Magistri Equitum Iurisdictio, & Auctoritas inter Romanos in Milites.
 - 10 Magistri Equitum, & Dictatoris Potestas Semestris.
 - 11 Dictatura legimus in Magistratura fuisse.
 - 12 Magister Militum una cum Dictatore, usque ad tempora Sylla perauit.
 - 13 Dictatura à Cesare, Imperio extincta.
 - 14 Præfectus Prætorius loco Magistri Equitum creatus.
 - 15 Præfecto Prætorio commissa res Militaris.
 - 16 Præfectura Prætoris extincta à Constantino.
 - 17 Magisteria Potestas renata sub Imperio Constantini, cum Potestate in Milites.
 - 18 Stylico fuit Magister Militum.
 - 19 Militaris Iurisdictio Magisteria dicta, quia concessa Magistro Militum.
 - 20 Militaris Potestas, an ad omnes Militum causas concessa.
 - 21 Miles in communi crimine atrocis, punitur à Iudice Ordinario, in medio-cri remittitur post cognitionem ad munus Iudicis Militaris, 26.
 - 22 Delicta communia à Militibus perpetrata per ordinarios Iudices punita iure antiquo.
 - 23 Reus puniendus à Iudice Territorij, ubi crimen committitur.
 - 24 Forus delicti cæteris præfertur.
 - 25 Reus atrocis criminis Priuilegium amittit ex ipsius perpetratione.
 - 27 L. Miles, §. Irreuerens, de re Militari. exponitur circa Iurisditionem Iudicum ordinariorum. Inter Milites, 29. Qualiter intelligenda, & 33.
 - 28 Iudex ordinarius dictus principalis.
 - 30 Principalis in Exercitu dicebatur, qui primo militabat, 31. Seu, qui primum locum obtinebat, 32. Seu Princeps cohortis.
 - 34 Militares Iudices absolutè cognitionem habet inter Milites omnium criminum, ac delictorum, 35. Præcipue inter Hispanos.
 - 36 Milites Constituti ad defensionem publicæ rei.
 - 37 Priuilegia labore quaesita, seruanda ex Tertuliano.
 - 38 Priuilegium fori Militibus concessum generale habendum ad omnes causas, & num. 62.
 - 39 L. Magisteria, C. de iurisdict. omn. iudic. correxit antiqua Iurisconsultorum responsa, quo ad Iurisditionem Iudicum Militarium.
 - 40 Milites subsunt Ordinarijs Iudicibus in causis extractionis auri, & argenti; & in introductione prohibitarum mercium.
 - 41 Delicta irreuerentia, vulgò: Refistencia, punitur etiam inter Milites per Iudices Ordinarios.
 - 42 Iusticia vindicatiua habet in se virtutem ex iure naturali ad procedendum contra irreuerentes, illiusque contemptores, ne ex eo violetur ordo publicus.
 - 43 Miles Mercator in causis tangentibus mercaturam non habet fori Priuilegium, 45. & 47.
 - 44 Miles armata Militie omni casu gaudet fori Priuilegium, ex Cujac. Militaria Priuilegia concessa insuauitibus, ac laborantibus in bonum commune, 49.
 - 48 Militibus negotiatio prohibita, & qualiter intelligendum, 50. & 57.
 - 51 Milites Mercimonia agentes priuabantur honore, & Cingulo Militari, 52. Etiam si sint de Constitutis ad custodiam Principis.
 - 53 Milites, vulgò: Soldados de la Guarda, in causis ad Mercaturam. seu Questuram tangentibus, non habent Priuilegium fori, 58.
 - 54 Militaris prærogatiua amittitur per exercitium Mercatura.
 - 55 Mercatura obest Nobilitati.
 - 56 Miles, cui non supetunt stipendia ad sustentationem, non possit agere Mercaturam.

ca
59
gi
60
ma
61
tor
63
gi
co
64
tis
65
66
67
iud
68
len
tot
69
uile

DE
Iudi

G

I
nander
l. 3. tit.
verba
Milita
miles
lib. 3. ca
Milit.
cap. 7. n
min. lib
de defen
Petr. C
num. 1.

- caturam sine amissione Priuilegiorum?*
- 59 Miles Agricola non amittit Priuilegia, & quare?
 - 60 Miles ab honesto exercitio non remouetur, per Militiam.
 - 61 Lucius Quintius Cincinnatus Dictator Agriculturam agebat.
 - 63 Miles non ualet renuntiare Priuilegium fori, 64. Contra ex l. Si quis in conscribendo, C. de Pact.
 - 64 Priuilegia Militaria, ac Nobilitatis renunciari possunt.
 - 65 Scholaris potest renuntiare forum.
 - 66 Mulier potest renunciare Velleianū.
 - 67 L. Si conuenerit, de iurisd. omn. iudic. exponitur.
 - 68 Clerici forum renunciare, non ualent, quia concessum illud Priuilegium toti ordini.
 - 69 Milites non possunt renuntiare Priuilegium fori, nec pacto nudo, neque per stipulationem.
 - 70 Renunciatio Priuilegij non est permissa, si causam publicam tangit concessio.
 - 71 Iurisdictio actiua Suprema Militaris residet penes Iudices, cuius causae fori Priuilegium irrenunciabile.
 - 72 Militares Iudices retinent actiuam Iurisditionem Militarem irrenunciabilem etiam consensu Militum, & iuramento.
 - 73 Militares Iudices qui sint?
 - 74 Miles ad hoc, ut Priuilegio Militari gaudeat necesse est, ut in Militari Matricula adscriptus, 76.
 - 75 Miles notabatur, & scribebatur in Matricula, seu numero, ut pro Militate haberetur.
 - 77 Miles delicto ante Militiam commisso, remittendus ad Iudicem delicti.

DE IURISDICTIONE, MEROQUE IMPERIO Iudicum Militarium: & an Magisteria Potestas inter Milites habeat priuatiuè cognitionem omnium causarum, tam Ciuilium, quam Criminalium.

GLOSSA QUADRAGESIMA secunda.

Delicta Militum, vel Militaria, vel Communia cū Paganis esse, dixit Menander in l. 2. l. Militum, de re Militar. l. 3. tit. 19 par. 2. à quo ipsius secuti uerba Doctores dixerunt proprium Militare esse delictum, quod quis uti miles committit, Ayala de iure Bell. lib. 3. cap. 8. num. 3. Ioan. Baltrin. de re Milit. lib. 6. cap. 8. Besold. de iure Bell. cap. 7. num. 5. Tiber. Decian. eract. crimin. lib. 7. cap. 15. num. 2. & 3. Guacin. de defension. reor. defens. 1. cap. 3. nu. 30. Petr. Gregor. de Republ. lib. 11. cap. 7. num. 1. Giurb. cons. 59. num. 64. Petr.

Cauat. crim. resol. cas. 294. ex num. 71. Carleu. de Iudic. lib. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 4. num. 462. Galganet. de iure publ. lib. 4. tit. 19.

2 Quæ ne sic absolutè reciperetur, Modestini. in l. 3. & ipse Menander delicta Militaria præscriperunt in l. omne delictum, eod. tit. de re Militar. Cassius, Cæsar, Piscen. Niger; Aurelian. ut Vopiscus in Aurelian. Vulcan. Gallican. in Auid. Cæsar. quam plura, quæ delicta non erant, criminali Decreto Militibus uti crimen Constituere, Petr. Gregor. lib. 11. de Republ. cap. 5. & 9. & lib. 19. Syntagm. cap.

cap. 10. num. 2. Cum absolute Militare delictum, sub Vexillis, intraque Castra, vel extra sit, quid contra Militarem disciplinam committatur: contraque formulam, ac viuendi rationem à Superioribus, aut ordinationibus Militaribus præscriptam.

5 Commune delictum à Milite perpetratum id erit, quod extra disciplinæ rationem committitur, vt ex dict. l. 2. tenet Petr. Gregor. dict. lib. 19. cap. 10. num. 2. Ioan. Baltrin. de re Milit. lib. 6. cap. 8. Franch. decis. 88. num. 2. Giurb. dict. conf. 59. num. 64.

4 Delictorum Militarium coercionem, ac cognitionem, de quibus Iuris-Consult. in d. et. l. 2. et in l. Omne delictum, de re Militar. ad Iudices Militares pertinere absolute, fatentur iura, & Scribentes dict. l. Magisteria, C. de Iurisdict. omn. iudic. vbi post Accur. Bald. Angel. Salicet. & Fulgos. l. 1. §. Si vero Miles, C. de fals. monet. l. Tam Collatores, §. Intentum, et §. Quoniam, C. de re Milit. lib. 1. 2. l. Si quis postea quam, de Iudic. l. Desertorem, l. Officium regentis, §. Officium, de re Militar. l. De Militibus 8. de custod. reor. l. 16. tit. 9. par. 2. l. 11. tit. 18. par. 4. Azeued. l. 1. num. 70. tit. 16. lib. 8. Recopil. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 16. num. 5. Bobad. lib. 4. Polit. cap. 2. ex num. 67. Bellug. Specul. Princip. §. Sapissimè, num. 2. et 3. Ponte de Potestat. Proreg. tit. 7. §. 7. num. 11. Cauat. resolut. crim. cas. 225. num. 29. et cas. 294. ex nu. 52. Bos. de for. co. n. pet. ex num. 3. Castill. decis. 105. num. 8. Giurb. conf. crimin. 56. num. 64. latè Carleu. de Iudic. lib. 1. tit. 10. disp. 2. quest. 6. sect. 4. n. 461. Barbof. l. Si quis postea quam, num. 164. de iudic. Solorzan. de Gubernat. Indiar. lib. 2. cap. 31. num. 9. et 10. et Politic. Indian. lib. 5. cap. 18. Petr. Gregor. lib. 19. Syntagmat. cap. 17. ex quo Iuvenal. Satyr. 16.

Legibus antiquis Castrorum, et more Camilli
Seruato, miles, nec valli litiget extra,

Et procul à signis, iustissima Centurionum

Cognitio est igitur de milite.

Narbon. ad l. 20. tit. 1. hoc lib. Glos. 20. num. 54. Cancer. lib. 2. variar. cap. 2. num. 133. Caued. decis. Lusitan. 103. par. 2. Valenc. conf. 200. num. 33. Ofuald. lib. 17. Comment. cap. 20. litt. H. Amaya rubr. C. de Decurion. lib. 10. nu. 15. Ayala de iur. Bell. lib. 3. cap. 8. Ioan. Baltrin. de re Milit. lib. 5. cap. 10. Galganet. de iure public. lib. 4. tit. 18. et 19.

5 Sed cum de Militari Iurisdictione agamus, quæ fuerit illa Magisteria ab Imperatoribus concessa in Milites, per quosque exercebatur videre non abs re credimus: In quo prænotandum, quod Magisteria Potestas inter Milites, nec tantum fuit cognita à temporibus Constantini, Amaya in rubr. C. de Decurionib. lib. 10. (6) num. 15. post Steuvech. & Pancirol. Sed à primis Roman. Reipubl. exordijs, vel manu Consulium, Dictatorum, vel Magistrum Equitum, l. 2. §. Populo, deinde vers. Et bis Dictatoribus, de Orig. iur. ibi enim Caius: Et bis Dictatoribus Magistri Equitum iniungebatur sic, quomodo Regibus Tribuni celerum: quod officium fere tale erat, quale hodie Præfectorum Prætorio. Vel Tribuni Militaris, vt ex dict. l. 2. §. Deinde cum post. vbi Ioan. Corras. num. 4.

7 In huius textus serie Iuris-Consultus refert Magisteriam Potestatem concessam in Milites, Magistris Equitum; hoc enim munus, reiecta Regia Potestate, in Semestre Instituta Dictatura, inventum, notat (8) Liu. lib. 2. Nam cum Titus Larius, Primus Romanorum Dictator nominatus fuisset, sibi elegit S. P. Cassium Magistrum Equitum, Steuvech. ad Vegec. li. 1. cap. 3. Luc. Quintus Cincinnatus Magistrum Equitum L. Tarquinius dixit: post in secunda Dictatura G. Seruiliu. Alem. A. Posthumius Iubertus L. Iulium Magistrum Equitum elegit, & Mamercus.

Æmi-

Æmilius, Dictator dictus à Cornelio, Magister ipse Equitum est dictus ab Æmilio, Dionis. Halicarnas. lib. 5. Alex. ab Alex. *dier genial. l. 4. cap. 23.* Petr. Fab. lib. 1. *Semestr. cap. 1.*

9 Huius Magisterij Dignitatis Potestatem qualè fuisse, notat Hotthoman. *de Magistrat. Roman. de Magistr. Equitum: Magister Equitum dicebatur, quod Summa Potestas huius in Equites, & ad adscensos, ut est Summa in Populum Romanum Dictatoris,* Petr. Gregor. *li. 19. Syntagm. cap. 18. num. 2.* Ex Legibus Populi Romani, Ioan. Orof. *l. 2. de Orig. iur. num. 66.*

10 Dictatoris, Magistrique Equitum Dignitas, Semestr. *l. 2. §. Populo, vers. Hanc Magistratum, de Orig. iur. Liu. lib. 3. Quintius decima sexta die Dictatura in sex menses accepta se abdicavit,* Cicer. *de legib. lib. 3.* Fenestel. *de Magistr. cap. 8.* Apian. Alex. *lib. 1. Bell. Ciuil. Dictator esto, ne amplius sex menses,* Hotthoman. Hier. Verrut. Petr. Gregor. *lib. 19. Syntagm. cap. 2. num. 3. & lib. 47. Syntagm. cap. 17. per totam, (11) præcipue num. 10.* Sed tamen legitimum Magistratum, ut ex *dict. §. Populo, vbi Corras. Æguinar. Baron. Orof. Petr. Gregor. dict. lib. 47. cap. 18. num. 19.*

12 Illud munus Magistri Equitum, vsque ad tempora Syllæ perdurasse in dubium est. Is enim Dictaturam contra mores, Institutaque maiorum, in annos centum sibi prorogauit, nec ab altero Consule dictus, sed à se ipso etiam contra mores maiorum, Plutarc. in Syll. Alex. ab Alex. *lib. 4. cap. 3.* Petr. Gregor. *dict. lib. 47. cap. 17. num. 10.* Et si ipse voluntarie eam deposuerit; post Syllam à Republica abdicatum fuit hoc munus, & in desuetudinem abiit, nam, & si Cæsar perpetuam Dictaturam à (13) Populo, & Senatu recepisset, cum in Imperium, ac prænomen Imperatoris mutasset regimen, Dictatura abiit, & munus Magistri Militum cum illa occubuit, *l. 1. C. de offic.*

Præf. Prator. Petr. Gregor. dict. lib. 47. cap. 17. & cap. 20. num. 3. Alex. ab Alex. *dict. cap. 23.* Petr. Fab. *lib. 1. Semestr. cap. 1.*

14 Neciam auditum est munus Magistri Equitum: loco enim illius Præfectus Prætorius institutus fuit, *dict. l. 1. de offic. Præf. Prator.* eleganter Ioan. Corras. *ex num. 19.* De quo munere, & si variè, lateque Scribentes prænotent; attamen inconcusse fatendum huic Dignitati curam rei Militaris concessam, Gotthofred. *ex dict. l. 1. C. de offic. Præf. Prator.* Gutther. *de offic. Dom. August. lib. 2. cap. 1.* Petr. Gregor. *lib. 47. Syntagm. cap. 30. nu. 23. & 24.* Ioan. Orof. *Rub. de offic. Præf. Prator. num. 2.* Petr. Fab. *lib. 1. Semestr. cap. 1. & 2.* Ioan. Baltrin. *de re Milit. lib. 3. cap. 10.* Pancirol. *not. Imper. cap. 5.*

16 Nihil inmutabile inter humanos: sua obtinuit tempora Præfectura Prætoria; illam Constantinus Magnus imminuit, eo quod pro Maxentio in eum extiterunt Prætorianæ cohortes, ut diximus *Glos. 30. & Glos. 40.*

17 Ab his enim Constantini temporibus sublata Prætoribus antiqua Dignitate, Authoritate Summa, in eius locum aliæ, diuersæque Constitutæ Dignitates; Magistrique Militum munus, Authoritas, & Imperium in sufflato Potestatis, ac exercitij spiritu reuixit: ademptoque Prætoribus in Militès Imperio, Magistris Militum concessum fuit, ut ex Zoziimo *lib. 2. Histor.* notat post Gotthofred. *in l. 1. C. de offic. Magistr. Militar.* Pancirol. *not. Imper. cap. 30.* Gutther. *de offic. Dom. August. lib. 3. cap. 5.* Steuvech. *Comment. ad Vegec. lib. 2. cap. 9.* Petr. Gregor. *dict. cap. 30. à num. 24.* Non nouiter inueto munere, sed renato à captiuitate obliuionis, quidquid sentiat noster Amaya.

18 Pro quo facit (ut cognoscamus, quod Magisteria Nostra Dignitas eadem fuit, quæ Dictatorum

etate Constituta inter Romanos) Inscriptio tradita à Tiraq. *de Nobilit. cap. 8. n. 16. vbi Stilico, nec tātū Magister*

Potest. Reg. par. 4. quest. 48. Andr. Kinisch *de Saxon. non prouoc. iur. cap. 5. num. 60.* Rosent. *de Feud. cap. 5. concl. 23.* Fontanel. *decif. 217. num. 10.* Menoch *cons. 302. num. 23.* Ripol. *de Regal. cap. 7. à num. 1.* Molin. *de iust. & iure, disp. 666.* Caued *decif. Lusitan. 40. par. 2.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 219.* Oflasc. *decif. 155.* Farin. *de Furt. quest. 172. num. 68. cum sequentib.* Flores *de Men. variar. quest. 21. §. 1. num. 11.* Mysinger. *Menchac. Natta, & alij adducti à Barbof. Collect. ad dict. l. 2. C. de Vectigal. nou. instit. non posse,* Calixt. *Ramir. de leg. Reg. §. 26.* Bobadill. *lib. 5. Politic. cap. 5. num. 1. & 13.* Castill. *de Tertijs, cap. 41. ex num. 78.* Sanch. *cons. Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 1.* Amaya *l. Omnes, à num. 5. C. de Annon. & Tribut.* Martin *Maguer. Aduocat. armat. cap. 6. num. 198.* Petr. *Gregor. de Republ. lib. 9. cap. 1. à num. 11.* Georg. *Schomborner. lib. 4. Politic. cap. 25.* Arnold. *Clapmar. Arcan. rer. publicar. lib. 1. cap. 21.* D. Hieronym. *Leo decif. Valenc. 82. num. 6.* Ganauer. *decif. Neapolit. 14. num. 34.*

33 Sed quamvis hoc Axioma receptum sit absolutè, nec defunt dicentes: Quod, & si Rex, ex vi Potestatis ius habeat collectandi, non vero manu libera, seu arbitrio absoluto; suffragio tamen Populi indicenda sunt Tributa: Vt de Catalaunis, Valentinis, Siculis, alijsque Proincijs, notant *Cancer. variar. tom. 3. cap. 3. n. 127.* Fontanel. *decif. 210 & dict. clas. 3. Glos. Ripol. de Regal. cap. 7. n. 20.* Mastrill. *dict. lib. 5. cap. 15. à n. 1.* De Gallijs, & Germanijs, *Bessold. de Arar. cap. 4. n. 5.* Syxt. *de Regal. lib. 1. cap. 2. n. 3. & 4. & ca. 6. n. 22.* D. Laur. *Matth. dict. cap. 3. §. 1.* Illustrif. *Crespi, dict. Obseru. 15. ex num. 180.*

34 Apud Nos expressa est, *dict. l. 7. tit. 11. lib. 2. Ordinam. l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil. quas summè laudat ex Parlador. lib. 1. rer. quotidian. cap. 3.* *Menchac. controuers. Illustr. lib. 1. cap. 6.* *Maximil. Faust. cons. pro Arar. clas. 7.*

cons. 649. Vnde verò hoc ius suffragij ad Tributa Ciuitatibus competat, si absoluta est penes Regem, & libera manus? Audiamus ex *Bodin. Bessold. de iure, & Imper. Imperial. Ciuitat. cap. 5. num. 2. Quae paulatim irrepere solent, vix vnquam percipiuntur, nec nisi conuersione secuta sentiuntur: quaratione, & alia fere infinita in Imperio Germanico conspiciuntur, quarum certa origo plane ignoratur.*

35 Hinc *P. Marquez* quærit: An apud Nos (& si in corpore iuris compilata, *dict. l. 1.*) valeat Rex Tributa indicere, suffragio omisso Ciuitatum? *Gouernad. Christian. lib. 1. cap. 16. & 29.* *Burg. de Paz Proem. leg. Taur. num. 294.* *Thom. Sanch. cons. Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 2. num. 5.* ex *Cabrer. de Metu, lib. 2. cap. 23. num. 49.* *Ioan. Bapt. Larea Alleg. Fiscal. 59. num. 9.* *Menchac. de succes. creat. §. 12. num. 102.* *Girond. de Gabell. in preclud. num. 5.* *Suar. de Legib. lib. 5. cap. 17.* *Zeuall. Arte Real, Docum. 20.* *Castill. de Tertijs, cap. 9. num. 26.* *Archiepisc. Hispanens. Tapia Caten. Moral. lib. 4. quest. 11. art. 5. n. 5.* Sicuti impositum super lanis extra Regnum exportandis, absque suffragio Curiali, *Menchac. dict. lib. 2. §. 17. n. 102.* De quo *Maximil. Faust. cons. pro Arar. clas. 7. cons. 649.* Et si, teste *Menchaca*, laudatum potest fuit, & approbatum in *Curijs.*

36 Sed huius quæstionis disputatione, ac resolutione omissa (& si semper crederemus, sequendam antiquorum Regum, & Patrum mentem tenentium, vt Tributa Populorum, subditorumque voluntate imponantur) ad Nostræ Legis seriem (37) gradum reuertamur. In qua notandum ab *Sceptro Ildephonfi*, vulgò: *El Casto*, ad *Comitia*, seu *Concilia* convocari *Ecclesiasticos, Prælatos, Proceres, ac Nobiles Regni, Ciuitatumque Principalium Legatos, seu Procuratores, vt ex leg. Partitæ, Chronicis Mariannæ, Sandou. Gil Gonçal. euincitur locis addu-*

ctis,

His, num. 26. Exque Histor. de Don Alonso el Sabio, relata Glos. 33. num. 62. (38) ad fin. Quod inualuit, vsque ad Sceptrum Ildephonfi XII. sub quo ad comprimendas Nobilium, Magnatumque discordias, inductum, vt Curia, non iam coadunatione fierent Prælatorū Nobilium, sed Procuratorum Ciuitatum, quibus præscriptum ius suffragij voce, seu nomine Ciuitatum, Villarum, Oppidorum, suarum Ditionum, aut Circulorum, Didac. Perez dict. l. 1. tit. 7. lib. 2. Ordinam. Azcued. dict. l. 1. tit. 7. (39) lib. 6. Recopil. De quo Marian. lib. 16. Histor. Hispan. cap. 15. Diez y ocho Ciudades, y Villas son las que suelen tener voto en las Cortes: Burgos, Soria, Segouia, Auila, Valladolid: estas en Castilla la Vieja. De el Reyno de Leon es la primera: La Ciudad de Leon, despues Salamanca, Zamora, y Toro. De Castilla la Nueua: Toledo, Cuenca, Guadaluara, Madrid. De el de Andalucia, y de los Condestanos: Seuilla, Granada, Cordoua, Murcia, Iañ. Entre todas estas Ciudades: Burgos, Leõ, Granada, Seuilla, Cordoua, Murcia, Iañ, y Toledo, por ser Cabeças de Reynos, tienen señalados sus assientos, y sus lugares para votar, conforme al orden que estan referidas. Las demás Ciudades se sientan, y hablan sin tener lugares señalados, sino como vienen a las Iuntas, y Cortes.

Magni vero Philippi III. Priuilegio concessum fuit ius suffragij Regno Galleciæ, pro quo antea illud habebat Ciuitas Zamorensis, Prouinciæque Beticæ, dictæ *Estremadura*, quæ sub Circulo erat Ciuitatis Salmantinæ, Azeu. dict. l. 1. n. 4.

40 Et quamvis diu ageré, quærens: Vnde hæc mutatio orta, iusve suffragij concessum in Curijs priuatiue Ciuitatibus, exclusis Prælati, ac Nobilibus. Haud inueni, præcipueque noto: Quod, & si inter Europæos seruatum, vt ad Comitata cõvocentur Procuratores, aut Syndici Ciuitatum; vt de Comitijs Valentini Regni testatur Illustrissim. Dom.

Christophor. Crespi, dict. *Obseru.* 15. ex num. 178. & num. 196. brachio regali enumerans Ciuitates habentes suffragia in Curijs, Dom. Laur. Mattheu de *Regimin. Valenc. tom. 1. cap. 3. §. 1. ex num. 78.* Imperialibus Germanicis, in quibus ius suffragij habere Ciuitates Constituētēs duo latera Rhenanicum, & Sueuicum, Freder. Vvëdelin. *Doctrin. Polit. lib. 2. cap. 26. thes. 3. in explic. num. 1.* Thob. Paurmeist. de *iurisd. lib. 2. cap. vlt. num. 15.* Martin Maguer. *Aduocat. armat. cap. 6. ex num. 141.* Arum. de *Comit. cap. 4. ex num. 126.* & cap. 7. ex num. 145. Hanfiaticasque, Bessold. *dissertat. de liber. Imper. Ciuitat. & tract. de Legat. cap. 3. & Thesaur. Prætic. litt. H. nu. 11.* Ioan. Iacob. Speidel. *Notabil. Iurid. Histor. Polit. litt. G. num. 13.* ex Roland. Bessold. & alijs Theodor. Reinring. de *Regimin. Sæcul. lib. 1. claus. 4. cap. 20. ex num. 10.* Adam Contz. *Polit. lib. 7. cap. 6. §. 3.* Clasisibus Gallicanis, ex Ciuitatibus Cõstitutis, Ioan. Lymn. *Notabil. Franc. lib. 7. cap. 1. litt. 00.* Adam Contz. *dict. cap. 6. §. 4.* Adhuc tamen Procures Ecclesiastici, ac Sæculares coadunantur: vt de Comitijs Valentinis testantur Illustriss. Dom. Crespi, & Dom. Lauren. Matth. Germanicis, Tob. Paurmeist. Vvëdelin. Maguer. Bessol. Speid. Arum. Reinring. Gallicanisque Lymn.

41 Ni dicamus inducta melioris regiminis causa, obque euitanda disidia; cum Comitata, teste Arum. de *Comit. cap. 1. num. 8.* sint refugium innocentia, robustissimum repagulum inter potentiam Magnatum, & imbecillitatem pauperum, factiones (42) que Potentium. Sicuti ex ipso principio mutata, notatur ab Arum. *cap. 2. num. 21.* forma electionis Imperatoriæ reducta ad tres Principes Ecclesiasticos; & Sæculares quatuor, vt in *Glos. 4. num. 35. & 36.*

Vel forsitan potuit Ildephonfus Rex adduci (vt dicimus) ad inducendam nouam Comitiorum formam à



suo Sceptro inter Nos seruatum: Ex
 eo, quod tam apud Græcos, quam
 Romanos receptum fuit Supremo
 Arcano, vt Concilia, Conventus,
 per Ciuitatum Legatos coadunaren-
 tur, vt ex Gunther. Hugo Groc. *de*
iure Bell. lib. 1. cap. 3. ex num. 10. Praelati,
Proceres, missisque Potentibus Vrbes.
 (43) Ad Conuentum enim Amphy-
 thionicum, seu Concilium De quo
 supra num. 5. non Duces, non Magi-
 stratus Supremi, non Nobiles con-
 uocabantur; nec aderant proprio
 Natio iure, sed duodecim Vrbes
 ius Concilij habentes, mittebant sin-
 gulos Pylagoras, seu Procuratores,
 quorum suffragio res agebatur, vt
 ex Schine, Vvon. Emn. de Concil.
 Amphythion *Enumerabant porro gen-*
tes duodecim, qua Templi participes es-
sent, Thesalos, Boetios, Dorienses, Iones,
Perhebos, Magnetes, Locrenses, Oettos,
Pphythios, Malcenses, Phocenses. Et ha-
rum Gentium vnāquamque demonstra-
bant par suffragij ius habere Maximam
idem, quod minimam, cum qui venissent
Dorio, & Cyrinio tantum valere, quan-
tum Lacedæmonios, Binum enim quam-
libet Gentem suffragium ferre. Ex Io-
nibus, item Erytreum, & Priensensem,
quantum Athenienses eodem modo. Sicu-
 (44) ti, & in Liciaco Conuentu. De
 quo etiam supra num 5. Conuenie-
 bant viginti tres Urbium Legati,
 quarum duodecim nomina refert
 Strab. lib. 8. Et in Achaica societa-
 te Legati Urbium relatarū ab Vvon.
 Emn. *Veter. Græc. tom. 3. de Republ.*
Acheo. Petra, Dymia, Phara, Thry-
thea, Cenotia, Ægyra, Pyllena, Ca-
raunia, Carycia. Simile formam ser-
uatam in Conuentu Thetrapolita-
no apud Rhodios, refert Alexan. ab
Alex. diæ. genial. lib. 3. cap. 28.

45 Hoc Supremū Politicæ Ar-
 canū à Græcis, accepit Seruius Tul-
 lius Romanorum Rex, qui, & si ad
 Urbis regimē Populi Comitia à Ro-
 mulo Instituta seruauit. Quoad vero
 commune bonum Romanorū simul,

& Latinorum, nō desiderauit Comi-
 tia Popularia, sed Conuentum Lega-
 torum, aut Procuratorum Ciuitatū
 inclusarum sub Primo Circulo agri
 Latini, Constituto ad id Concilio, ad
 Lucum Dianæ Ferentinæ. De quo
 Dionis. Halicar. lib. 4. *Histor. num. 30.*
Quorum exemplum imitati & Iones, qui
ex Europa in Martimam oram Carie de-
migrauerant, & Dorienses his contigui,
templa construxerunt impensis communi-
bus; Iones Dianæ sanum Ephesti. Doriën-
ses, Apollinis, Triopij: quo statim tempori-
bus cum vxoribus, & liberis conuenientes,
vnā sacris dabant operam, & mercimo-
nijs: institutisque equestribus, Gymnicis,
& Musicis certaminibus varijs, deos quo-
que communibus donarijs honorabāt, per-
actis spectaculis ac negotiationibus, cate-
risque humanitatis officijs vltro citroque
exhibitis, si qua inter Ciuitates interces-
sisset offensus, considerabant iudices, qui li-
tem componerent: tum de Bello cōtra Bar-
baros gerendo, deque mutua Gentis cōcor-
dia consulebatur in medium. Horū, & his
similium exempla setutus Tullius animū,
& ipse adiecit ad constituendum velut vnū
corpus ex Latinorū Populis, ne intestinis
Bellis, & dissidijs debilitati subiugarētur
à finitimis Barbaris. Id postquam apud se
statuit Optimates convocauit è singulis
Urbibus denunciāns se consultaturū cum
eis de magnis rebus, & ad communem uti-
litatem pertinētibus. Qui cū aduenissent,
convocatis Romanis Senatoribus, & hit
Latinarum Urbium Legatis, verba fecit de
concordia, docens quantopere Ciuitates cō-
sensus deceat, quāque fadū visu sit cogna-
torum inter se dissidium. Ostendebat etiā,
infirmas res concordia potētes fieri, cate-
rū, vel potentissimas, pessum ire vbi labo-
ratur invidia mutua, atq; ita docebat eos,
oportere Latinos finitimis imperare, iu-
raque reddere, nimirum Græcos Barbaris:
Romanorum autem principatum esse in
reliquo Latio; vt qui habeant Urbem mag-
nitadine, ac rerum gestarum gloria præ-
cipuam, & a dijs magis propitijs ad
tantum claritatis fastigium sint euecti.
In hanc sententiam longa oratione suasis-
 eis,



is, et templum cum inviolabili refugio
 communibus impensis Romæ construerent,
 quo Civitates quotannis convenientes
 privatim simul, & publica Sacra face-
 rent, forumque rerum venalium exerce-
 rent, quibus id decerneretur temporibus:
 & si qua offensa Populis incidere, inter
 ista Deorum Sacra conciliarentur ex alio-
 rum Populorum arbitrio. Hes, & alia
 multa commoda proponens, quæ conse-
 querentur si communem Curiam Romæ
 statuerent, omnibus persuasit qui tum in
 confesso aderant. Collatis deinde oppida-
 tum pecunijs Dianæ Templum edificavit
 in Aventino Eminentissimo Urbis tumu-
 lo, & fœderis leges conscripsit Ciuitati-
 bus, Ritusque celebrandi festi, & fori
 Constituit. Et ne vlla iniuria temporum
 abolerentur, in arca columna incidit, De-
 creta Concilij, & Ciuitates eius Conven-
 tus participes. Ea columna permansit,
 usque Nostram aetatem in Diana Templo
 dedicata, inscripta litterarum caracte-
 ribus Grecanicis, qualibus olim uteba-
 tur Græcia, quod, & ipsum non leue ar-
 gumentum est, Romanam non esse conditam
 a Barbaris, nunquam enim vti fuissent
 Græcis litteris, si fuissent Barbari.

46 Quam doctrinam secuti Tuf-
 chi, seu mauii Hetrurij, Alexand. ab
 Alex. *dier. genial. dict. lib. 3. cap. 28.*
 Concilium constituerunt, seu Con-
 vêtum apud Voltumnæ Deæ fanum,
 Liu. *lib. 6. Coniurationem de Bello fan-
 nam Voltumnæ factum.* In quo si quid
 Consulto opus foret indicebatur ad-
 stantibus Legatis duodecim Vr-
 bium habentium in eo suffragium,
 Liu. *lib. 5. Cum ob iram repulsæ, quod
 suffragio duodecim Populorum alius Sa-
 cerdos ei Prælatum esset.* Quas refert
 Alex. *dict. cap. 28.*

47 Sed obiicitur Concilium
 Amphythonicum haud absimile
 fuisse Curijs, seu Comitijs Nostris,
 cum coadunaretur Legatis Ciuita-
 tum fœderali iure vnitarum, non
 agentium sub vnus Dominio, aut
 Maiestate. Quam obiectionem parui
 facimus, cum certum sit, ac notum

Amphythonicis illud Politicum
 inventum non fuisse ad res commu-
 nes diuersorum Regnorum, seu Re-
 rumpublicarum, se f Ciuitatum agē-
 tium ex naturæ dictamine (cum ætatē
 & Regno Amphythionis, vt no-
 tauimus *num. 2.* Græcorum Regna,
 nec Respublicæ ortæ fuerint) Post
 verò nec repulsam habuit inter Gen-
 tes Græcas hæc Comitiorum, seu
 Conciliorum consuetudo, inter Ci-
 uitates Regium, Democraticum, aut
 Aristocraticum regimien habentes.
 Nam, vt notum est ad Conuentum
 Societatis Achaicæ coadunaban-
 tur Ciuitates Rempublicam Achæo-
 rum cōflantes, quales inter alias fue-
 re Ægyra, Dymia, & relatae ab
 Alex. ab Alex. *dict. cap. 28.* vbi latè
 liquet ex Strabon. & Plin. Tiraquel.
 Von Emn. *de Republ. Achæor.* tam dū
 Monarchicum regimen habuerunt,
 sub Thismaneo, quam Popularè post
 mortem Ogygis vltimi illorum Re-
 gis, quo res Achaicæ acta fuit, vs-
 que ad mortem Alexandri Magni,
 quando societas illa soluta fuit. Idem
 de Theatropolitano Concilio Rhō-
 diorum, cum verum dicendū ex Plin.
lib. 5. cap. 31. Rhodiā Rempublicā ex
 tribus Constitui Ciuitatibus Lyndo,
 Camyro, & Ialyso, Raph. Volateran.
lib. 9. Habram. Ortel. Geograph. quæ
 ad Concilium convocabantur, tam-
 dum egerunt sub Democratico, quā
 Aristocratico regimine Von. Emn.
de Republ. Rhodior.

Sed ad quid egemus probatione,
 cum hunc morem laudatum inuenia-
 mus in Concilio Tuschorum, seu
 Hetruschorum ad fanum Voltumnæ
 Deæ. De quo *num. 46.* coadunatum
 Conuentu Legatorum Ciuitatum
 agentium, sub manu Tuschorum Re-
 gum, seu Hetruriz, vt ex Liu. *lib. 5.*
 & 6. Dion. *lib. 3. & 9.* De quo Alex.
 ab Alex. *dict. cap. 28.* vbi vide, Carol.
 Sig. *de Antiqu. iur. Ital. lib. 1. cap. 9. per
 tot.* In quo de Hetruscho agro, Regi-
 bus, & fœderibus Hetruschorū latè

48 His enim edoctus Politicis exemplis Rex Ildephonus legitime, vt diximus, sublato suffragij iure, Statui Ecclesiastico, ac Nobili, voluit: Illud tantum præscribere Comunitatibus, illo More apud Nos recepto ac feruato. Ex quo etiam Ciuitates; capita Regnorum, seu Prouinciarum sic dictæ à Iur. Consult. in l. Si in aliquam, de offic. Proconsul. vel Prouinciæ caput peruenit, à Nobis: Cabeças de Reyno, ò Prouincias. (50) Maximis decorandæ honoribus, More Gentium, tam Sessiois, quam vt non habeantur iuris priuati, Theodor. Reinring. de Regimin. Secular. dict. clas. 4. cap. 20. num. 38. Fontanel. de Pæct. nuptial. claus. 3. Glos. 1. num. 9. Gabriel Berat. Specul. Vistat. cap. 22. ex num. 12. Præcipuèque, vt decorentur reuerentiali vocabulo: De Señoria, Bobad lib. 3. Polit. cap. 8. num. 20. Narbon. ad hanc legem Glos. 15. & 16. & 1. 19. Glos. . Frec. de subfeud. lib. 1. fol. 14. num. 14.

51 Sicuti olim Primariæ Ciuitates Titulis Maximarum, l. Si duas, de Excofsat. tutor. quia supra Medias, & Minores, l. 1. C. de Metrop. Beryt. vbi Bart. Plat. Rebuf. Pen. Ban. tract. de Regim. Ciuit. num. 15. Tyber. Decian. respons. 19. num. 21. lib. 3. Petr. Greg. de Republ. lib. 2. cap. 1. num. 5. Theod. Reinring. de Regim. Secul. lib. 1. claus. 4. (52) cap. 20. num. 2. Matram, quia loco talium habebantur, aliarum sub Circulo Cõstitutarum, dict. l. Si duas, §. Decet, vbi Glos. Abulens. in Iosue, cap. 10. quest. 5. dict. rubr. C. de Metr. Beryt. Petr. Gregor. Syntagn. lib. 1. cap. 11. num. 4. Bullenger. de Imper. Roman. (53) lib. 2. cap. 2. Metropolitanarum, dict. l. vnic. C. de Metropol. Beryt. sic dictarum ex superioritate à Græcis, à (54) Latinis, Matricum, cap. Cleros 21. dist. Bud. in not. ad l. Obseruare, §. Antequam, vbi Ioan. Corras. num. 13. & in l. Si in aliquam in princip. eod. tit.

55 Ex quo Petr. Gregor. lib. 2. de Republ. cap. 1. num. 8. & 9. Metropo-

tes, in honorem appellat Ciuitates, sub quibus aliæ degunt, vt de Amassia Metropoli Helesponti, Neocæsarea Ponti Polemoniaci, Authent. de Moderator. Helespont. Hierusalem in Iudæa; Antiochia in Syria; Alexandria in Ægypto; Corintho in Achaia; Epheso, vt diximus, in Afsia. De quo verbo, Bessold. Thesaur. Pract. litt. E. num. 6. & litt. M. num. 65. De quo Glos. 21.

56 Ex quo Metropolitanico iure, capitaliue Regnorum, seu Prouinciarum decorari debere, Summo honore, notarunt Imperatores, vt de Cæsarea Metropoli Palestinæ, Iustinian. in Authent. de Proconsulib. Palestin. Venit autem nobis in mentem, vt Metropolis Cæsarea, quæ Prima Palestinæ Principatum tenet, quam præ ceteris maiori etiam honore perfrui oportere. Ideo præter illum Maximarum, Metropolitanarum, Matricum, Illustrantur Titulo Clarissimarum, vt de Carthagine Lybiæ Metropoli, Diu. Athanas. ad solitar. vit. agent. Cerda in Tertul. lib. 1. de Palio, cap. 1. in not. num. 1. Epheso, quæ, & lumen Afsiæ appellata, Lorin. in Act. Apostol. cap. 18. vers. 19. Illustrium. De Roma, & Constantinopoli, Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 6. nam. 928. vel Urbium Regiarum, l. Si quis 3. C. de Natural. liber. Ex quo Ciuitates Imperiales Insignes, notat Bessold. de iure, & Imper. Ciuitat. Imper. cap. 5. num. 14. & Noster Bobadill. lib. 3. Politic. dict. cap. 8. num. 20. Nostras Hispanas. Cabeças de Reyno, ò Prouincias: Es de tanta calidad la congregacion de vna Ciudad Insigne, que es Metropoli, y Cabeza de Prouincia, que tiene autoridad de Grande, y como à tales las escriuen los Reyes, dandoles quenta de las cosas, y negocios arduos, Giurb. de Feud. §. 2. Glos. 13. num. 62.

S V M M A R I V M.

1. **T**ributa imponantur suffragio Ciuitatum inter Hispanos.

2. Principi afferenti de necessitate, an credatur, 3. Quod sic ex Larea, & alijs, 5. Contra ex Thomasio de el Bene, 4.

6. Principi afferenti de necessitate credendum est, & 11.

7. Principis munus est res publicas agere.

8. Tributa pendenda Principi ad subuentionem rerum publicarum.

9. Princeps, rationem reddere subditis non tenetur de regimine, ex Tacito, & 21.

10. Procuratores Ciuitatum, quoad concessionem Tributorum, non sunt Iudices, sed Peraquatores honorum Regni.

12. Reges, nec tenentur, nec debent vulgare subditis regiminis Arcana.

13. Rex est Iudex inter subditos, & commune bonum, ex quo Tributa imponit, & exigit.

14. Subditi, ratione subiectionis, tenentur obedire Regi.

15. Subditi non possunt, nec debent discutere Superiorum mandata.

16. Obedientia Subditorum, vim Imperij, 20.

17. Subditi obsequialiter obedire tenentur.

18. Arcana regni, necessitasque, nec subditis exponenda.

19. Publica causa haud iudicanda communibus regulis.

22. Princeps bona publica erogat, quasi de eis rationes redditurus sit.

23. Tributa pensantur ad necessitatem, non ad vanitatem.

24. Principis Magnificencia haud excercenda in bonis, & rebus a subditis Tributorum causa solatis.

25. Principis assertio de necessitate sufficiens ad iustificationem impositionis Tributorum.

26. Principes ad exactionem Tributorum; omnia necessaria perquirant, quae iustam constituent exactionem.

AN CREDENDA SIT NVDA PRINCIPIS assertio de necessitate, ad prorogationem, aut concessionem Tributorum?

GLOSSA QVADRAGESIMA septima.

1. **C**ognito iam, apud Nos Constitutum esse, ac receptum, vt Tributa in Comitijs Suffragio Ciuitatum indicentur, l. 7 tit. 11 lib. 2. Ordinam. l. 1. tit. 7. lib. 2. Recopil. Sanch. Larea, & adiecti supra Glos. 43. num. 34. Parlad. lib. 1. rer. quotidian. cap. 3. num. 13.

2. Non extra rem erit agere, an standum sit Regiae attestatiōi dicenti, noua vectigalia necessaria esse, vt publicae rei subueniatur, sicque assentiendū sit, vt alia diligentia ommissa, debeantur, aut indicēda noua, siue

continuanda antiqua? Sanè de hac re egit Noster D. Ioā de Larea, alleg. 60. (3) per tot. Tenens quod sic, his motus rationibus: Quod publica res commissa est Principi, cuius assertioni vrgentis, ac instantis necessitatis standum est, cum proponat intra propriae rei creditae Cancellis, ad melioremque tuitionem subditorum: vt videre licet penes eum adducentem, num. 6. quamplures Doctores, & post eos Dian. 2. par. Instit. Moral. tit. 3. resol. 11. dicentem, credendum esse Principi afferenti indigere, vt

nouis vectigalibus causa publica succurratur. Nouissimè post hæc scripta Excellentissim. Dom. Christophi Crespi, Supremi Aragoniæ Senatus, meritissimus Vicechancellorius, *Obseruat. 1. ex num. 57. cum sequentib.*

4 Contrariam sententiam tenuit Thom. del Bene, *Parlam. dub. 2. sect. 1. num. 4.* asserens, quod si Regnum vectigalibus, ac indictionibus grauatum sit, attestationi Regis dicentis de necessitate, standum non esse, eo quod credendum non sit Regi, quando agitur de præiudicio tertij.

5 Et quamvis hæc quæstio, nec omissa sit à Larea, *dict. alleg. 60. nu. 7. dicente num. 3.* ex omnium consensu Doctorum, pro Principe tenendum, dum inter Subditos disponit, agit, aut proponit; præcipuè in causa publicæ necessitatis.

6 Attamen contra Thom. de el Bene, *dict. dub. 2. sect. 1.* Nouissimè post Dian. & Lar. aperto Marte scriptit Francisc. Censal. *Obseruat. & addit. ad Peregrin. de Fideicom. art. 52. vers. Ex dictis verò, fol. mibi 353.* cui te libenter remitto: Cam tam iuris principia, quam Doctorum placita Authoresque referat pro Principe, omniaque Thomasi fundamenta nerosè refundat. Sed ne sicco pede pertranseamus, breuiter enucleabimus eius resolutionis theoremata; inquit enim, quod simplici Principis assertioni circa necessitatem publicam standum est, sicuti statum mero iure assertioni officialis in re ad suum officium pertinente.

7 Quod Principis, seu Regis munus est publicas res agere, subditos in pace, & iustitia conseruare, & eos defendere, ne à proprijs, aut alienis præiudicium, iniuriamve patiantur, *ut ex cap. Regum, cap. Principes Saculi,* omniumque Politicorum, aut Iuriconsultorum placito, diximus de *leg. (8) Polit. lib. 1. cap. 7. per tot.* Et cum ad id consequendum Tributa pendatur, subministrètur, à Rege, ac Prin-

(9) cipe erogantur. Quis enim de necessitate ad publicam illam utilitatem consequendam consulendus? Cui distributioni publicæ rei reddendæ rationes à Principe? Quibus publica regni Arcana aperienda? Parlamentarijs enim, seu Procuratoribus Ciuitatum voluit Thomasius: verè in eo toto cælo aberrauit ex Tacit. *Annal. 1. Monuit Liuium, ne Arcana Domus, ne Consilia amicorum, Ministeria Militum vulgarentur: Neve Tyberius vim Principatus resolueret, cuncta ad Senatum vocando. Eam conditionem esse imperandi, ut nò aliter ratio constet, quàm si vni reddatur, Arnold. Clapmar. de iure Imper. lib. 1. cap. 11.*

10 Hæc Potestatis ratio facit, vt Procuratores Ciuitatum, seu Parlamentorum, non sint Iudices Principum, quoad concessionem, aut negationem vectigalium, vtque ad eos pertineat discussio necessitatis, vt Dom. Lar. *dict. alleg. 60. num. 8. Nec Procuratores Comitiorum generalium aliquid detrahunt Principis assertioni.* Sunt enim Peræquatotes tantum, vt Censal. *dict. art. 52. vers. Siquidem, fol. 355. Proportio, vt tributum respondeat facultatibus subditorum, & vt cum maxima lenitate, & minore difficultate, vel incommoditate exigatur: hæc siquidem eis committitur.* Quod antea dixerat Lar. *dict. alleg. 60. num. 8. Sed examinant in quacumque Prouincia, quid vires subditorum ferre possent, vt quantitas seruitij decernatur, & iuxta qualitatem locorum, in quibus rebus imponenda, & quomodo tributa exigenda? Et nunquam Hispani suis Regibus necessaria tributa denegarunt.* Quod deduci posset ex doctrina Luc. de Pen. *in l. Onic. num. 8. C. de Super indicto; Et in tali casu iustum est, quod subditi exhibeant, vnde possit communis eorum utilitas prouenire.*

11 His iisdem principijs innixus Montan. de *Regalib. verbo Vectigalia, num. fin.* Ex Sixtin. tenuit, solam assertionem necessitatis sufficere Principibus ad hoc, vt tributa concessa pro-

prorogentur, seu noua concedantur: cum stari debeant nudæ Principis assertioni: vt vltra Nattam, Mascard. Roland. Ceuall. Surd. Bellarmin. Vazq. Nauarr. & Azor, adductos à D. Ioan. Lar dict. alleg. 60. num. 6. Põte conf. 15. nam. 11. lib. 2. Dian. par. 1. tract. 3. resol. 11. Capiblan. de Baron. Pragmat. 1. cap. 1. num. 17. tom. 2. Censal dict. art. 52. Idem sequuntur Valenç. conf. 99. num. 1. D. Ioan. de Solorç. de Gubernat. Indiar. lib. 1. cap. 13. num. 23. diximus de leg. Politic. lib. 2. cap. 12. à num. 10.

12. Es omisissis, quæ latè, dictis in locis adferunt Larea, & Censal. adducor ad id ex doctrina Turriani, 2.2 cap. 46. dab. 6. asserentis, Reges nec debere vulgare subditis causas, & rationes, ad Tributorum impositionem, cum ex vi naturalis iuris publici, ius vindicat Maiestas, vel indicendi, vel petendi, Petr. Marc. Archiepisc. Tolosan. de concord. Sacerdot. & Imper. admonit. ad Lector. ibi: *Itaque pacis, & Belli summum, atque liberum arbitrium, & subsidiorum, quæ ad vtriusque temporis rationes, necessaria sunt, ad solum Principem spectat, ex vi (13) regie Potestatis. Illo in casu Rex se habet, vt Iudex inter subditos, & bonum commune, ex quo munere imponere, seu exigere, aut petere necessaria tenetur ad vtilitatem (14) publicam: Quod recusare subditi non valent, cum pro Rege adsit iustitiæ præsumptio, Villalob. in Summa, par. 2. tract. 8. diffi. 13. num. 14. ex qua iustificatur præceptum, sub quo ligantur omnes, ratione obedientiæ, & vi subiectionis, Diu. Augustin. cap. Quid culpatur 23. quæst. 1. Ergo vir iustus, si fortè sub Rege, homine etiam sacrilego Militet, rectè potest illo iuente bellare, latè Bessold. dissertat. iurid. Politic. de iurib. Maiestatis, cap. 2.*

15. A quo principio Victor. de Potest. Pap. & Concil. num. 17. asserit, non licere subditis examinare, ac discutere Principis iussa. Quare ex

ipsa Supremæ Auctoritatis vi, Põtifficia mandata inferioribus inquirere, illicitum censuere Patres, ac Conciliares Constitutiones, vt elegantissimè Petr. Marc. lib. . de Concord. Sacerdot. & Imperat. cap. 116. *Perfectus subditus non disputat, sed patet, ex Apostoli præcepto Epist. ad Roman. cap. 13. Nec Vassallo licet, nec inferioris est agere de iustitiæ præcepti, deferendum enim est Principi asserenti de causa, ac necessitate. Post Dian. Machad. de el Perfect. Confes. lib. 6. par. 1. tract. 1. Docum. 14. n. 3. Andr. Georg. repetit. feud. cap. 57. Nam valde durum esset Superioris assertionem reuocare, & Subditos inquirere de iustitiæ assertionis, Molin. de iust. & iur. disp. 113. num. 4. repugnat id non tantum Diuino Præcepto, Diu. Paul. dict. cap. 13. Qui resistit Potestati, Dei Ordinationi resistit, Diu. Petr. Epist. 1. cap. 2. sed Politicorū rationi, Quint. Curt. lib. 8. Regum, Ducumque clementia, non in ipsorum modo, sed etiam in illorum, qui parent, ingenijs sita est, obsequio mitigantur Imperia.*

16. Hanc enim Supremam Potestatem, esse vimque Imperij, ac fundamentumque cognitum fuit à Romanis, dum Dictaturam Constituentibus hoc solum censuere ad conseruationem Reipublicæ necessarium, teste Liu. lib. 2. *Neque pronocatio erat, neque vllum vsquam, nisi cura parendi auxilium.*

17. Nec Vassallum obsequialiter obedire dicemus, si rationes, quibus Princeps innitatur ad Tributorum indictione, vltra illius assertionem investigare, ac discutere conetur, Tertul. lib. 8. de Patien. cap. 4. *Nisquam impiens obsequitur, aut patiens quis oblectatur.* Et quamvis Thom. de el Bene dict. dub. 2. sect. 1. num. 6. asserat, rarò accidisse, quod Princeps nõ possit subditis dicere necessitatem (18) suam: Attamen quidquid dicat Thomasius, Imperij, aut Regni necessitas, indigentiaque exponenda,

da, nec etiam subditis est, Turian. 2. 2. disp. 46. dub. 6. Molin. de iust. & iur. dict. disp. 113. num. 4. Hoc quidem ad Summum Reipublicæ Arcanum pertinet.

19 Non enim causæ ad publicum, summumque ius pertinentes communibus regulis decernendæ sunt; multa, quæ Principem ad indigentiam perducunt celari etiam subditis debent, neque Arcana status, quarum causa, quamplura erogantur à Principe aperienda, ut Thomasius malè credidit, à Superioribus est necessitas pensanda; sed non petenda à subdito erogationis ratio: Cum tam nescire quædam subditi, quam scire oporteat ex Axioma, Tac. lib. 1. Histor. Parendo potius commilitones, quam Imperia Ducum sciscitando, res Militaris continetur, si ubi iuuantur, quarere singulis liceat, pereunte obsequio, etiam Imperium intercidit.

21 Ex vi enim Principatus concessa est à Deo Regibus Potestas, regimè, subditis relictum obsequium, Diu. Petr. Epist. 1. cap. 2. Deum timete, Regem honorificate: Serui subiecti stote in omni timore Dominorum, uon tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis. Naves, Milites, armaque parare Regiæ Maiestatis est, pecunias neruos Belli conferre, Subditorum, sed illorum non est dispungere distributionis formam.

22 Sed quamvis supradicta cõveniant Maiestati; attamen legitimum Principem decet sic tributa disponere, sic exacta consumere, ut videatur teneri de omnibus rationes reddere, Plin. in Panegyric. Assuescat Imperator, cum Imperio calculum ponerè, sic exeat, sic redeat, tanquam rationem redditurus, edicat, quid assumpserit ita fiet, ut non assumat quod pudeat edicere.

23 Sciat Princeps, quod tributa concessa ad publicam vtilitatem non dilapidare debet, nec prodiga liberalitate consumere, nec superfluis largitionibus, ac vanis sumptibus; de

quo Consiliarij, ac Confessores consulant, Molin. de iust. & iure, disp. 667. num. 5. Vazq. Opuscul. de Restitut. cap. 6. §. 1. dub. 2. Nam, & si in his Iudices non habeant Principes, neque Potestati temporali subsint, iniusta profusio vectigalium, abusioque publicorum bonorum satis Deum habet vltorem, ut ex 1. Machabæor. cap. 2. Rebuf. l. Eum qui 16. vers. Imponere vectigal, de verbor. signific.

24 Nec in vectigalium, ac tributorum distributione pensanda est Magnificencia Principis, sed Ptholomei dictum: Melius est ditare, quam ditescere, Ælian. var. Histor. lib. 13. cap. 13. nec Alexandri Axioma, Plut. in Alex. Liberalitatis gratiam Regum esse gloriam, & Regnorum firmamentum. Nam, ut docet Plin. in Panegyric. Nihil largiatur Princeps, dum nihil auferat: ut aliat, dum non occidat. Liberalis verè habendus Princeps si se abstineat à subditorum rebus: Cognito, quod omne, quod à subditis exequitur, in detrimentum vertitur Principis; cuius munus est subditorum sic curam agere; ut ni urgente necessitate exigat, quod proprijs, ac Patriæ necessitatibus reseruetur.

25 Nam quamvis Zeuall. Commun. quæst. 906. num. 163. dicat, quod necessitas in tributorum Collatione discutienda non est; & Solorz. de Gubern. Indiar. lib. 1. cap. 13. num. 24. Net scrupulosa informatio, sed sufficere assertionem Principis circa necessitatem, Valenç. cons. 99. per tot. Ponte cons. 15 num. 12. lib. 2. Fab. Capic. Galeot. respon. Fife. 23. num. 85. & 105. Lar dict. alleg. 60. & alleg. 61. num. 18. Capiblanç. Pragmat. 1. cap. 1. num. 17. de Baron. ex Menoch. cons. 109. Fontanel. de Pact. nuptial. claus. 4. Glos. 10. par. 2. num. 28. Cum ex ipso principio Originis Reipublicæ tributa necessaria sint ad illius conseruationem, & illorum impositio iure regio ad Principes competat (ut latè diximus) cui patent omnia ad conseruationem Reg-

Reg
dispo
tran
Con
Pri

Y
I

1 C

Ep

2 Ca

tur

16

3 Cap

iur

ciat

4 Cap

risc

bus

5 Ep

Ecc

6 Ecc

tio

run

7 Ha

Præ

8 Bpi

stin

DE

G

C

ra inte
Episco

ma

Regni necessaria, & cuius Ordini, ac dispositioni stare debemus ex iure translatione Potestatis, ac Diuinæ Constitutionis, à qua Reges regnant.

26 Nihilominus agere debet Princeps, sui que Supremi Consilia-

rij cum consulentes in impositione tributorum, vt omnia necessaria perquirant, quæ iustam Constituant indictionem, Plin. in Panegyric. *Augeo Principis munus, cum ostendat liberalitati inesse rationem.*

Y A LOS CABILDOS DE LAS IGLESIAS Metropolitanas.

S V M M A R I V M.

- 1 Capitula Ecclesiarum, corpora intellectualia sunt, quorum caput Episcopus.
- 2 Capitula Ecclesiarum Ordinem Constituant in Hierarchia Ecclesiastica, & 16.
- 3 Capitula non habent, Vacante Sede, iura competentia Episcopis, iure speciali, & ratione Ordinis.
- 4 Capitula Ecclesiarum, Sede plena, iurisdictionem habent in rebus, in quibus necessarius est simultaneus consensus illorum, & Episcopi.
- 5 Episcopi, & Capituli vnitas coaeva, Ecclesia ortu.
- 6 Ecclesiasticarum rerum regimen initio Ecclesie aucto concursu Episcoporum, & Prasbyterorum.
- 7 Hæresis orta asserens, Episcopos à Prasbyteris non distingui.
- 8 Episcoporum, & Prasbyterorum distinctio declarata, contra Hæreticos.

- 9 Ecclesiasticum corpus Episcopi, & Capituli indiuisum, quo ad substantiam.
- 10 Ecclesiasticum corpus, in honorabilibus non recipit diuisionem.
- 11 Potestas, honoris, & iurisdictionis in Ecclesia.
- 12 Episcopis Excellentior reuerentia debita in Ordine Ecclesiastico.
- 13 Capitulis Ecclesiarum honore, & reuerentia debita, ratione vnionis, Potestatis, & iurisdictionis.
- 14 Episcopi, & Capitula, in reuerentialibus non recipiunt discretionem; & si Excellentiori gradu exhibeatur honor Episcopis.
- 15 Señoria debita Episcopis, permixta Capitulis.
- 17 Cardinales membra sunt corporis Pontificis, ex quo eis debentur Regij, & Eminentissimi honores.
- 18 Capitulis Ecclesiarum particularium non competunt honores Supremi crediti Supremis Ecclesijs.

DE HONORE, ET DIGNITATE CAPITVLO- rum Ecclesiarum Cathedralium.

GLOSSA QVADRAGESIMA

octaua.

Capitula Ecclesiastica, quæ communi acceptione: Cabildos appellantur, corpora intellectualia sunt, quorum caput Episcopus, cap. Nouit de his, quæ fiunt

à Pralat. cap. Cum non deceat, de elect. in 6. Anton. de Pret. de iurisdic. Episcop. defens. cap. 3. num. 13. Ioan. Francisc. Panuin. de offic. & Potest. Capitul. prelud. 5. num. 10. & par. 1. quæst. 2. num. 2.

De

De Capitulorum auctoritate, Abb. Panormit. *cap. Capitulum, de rescript. & in dict. cap. Nouit.* Azor *Institut. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 37.* Augustin Barbof. *de Dignit. Fragos. de Regimin. Reipubl. par. 2. lib. 2. disp. 4. §. 1. num. 19.* Menoch. *conf. 52. num. 140. & sequentib. Homobon. dissent. par. 1. cap. 9.* Valenc. *conf. 184. num. 71.* Cipeus *de Magistrat. Ecclesiar. lib. 3. cap. 4. num. 48.* Solorzan. *de iure Indiar. lib. 3. cap. 14. ex num. 1. & adducti infra num. 4.*

2 Ex hinc inter Hierarchiæ Ecclesiasticæ Ordines, adnumerantur Ecclesiarum Capitula, cum in eis resideat actualis Iurisdicção ad regimen Ecclesiasticum, *cap. ad Abolendam, de Hæretic. cap. Si Episcopus, de supplend. neglig. Prælator. lib. 6. cap. vnic. de Maiorit. & obedient. eod. lib.* Francisc. Halier *Hierarch. Eccles. lib. 3. cap. 3.* (3) (quod intellige in his, quæ non attinent ad Ordinem, nec commissæ sunt iure speciali ab Ecclesia Episcopis, in honorem, & commodum, ut ex *Glof. in cap. Cum olim, verbo Capitulo, de Maiorit. & obedient. Franc. Halier dict. cap. 3. §. 3.* Valenc. *conf. 107. num. 5.* Renat. Chopin. *de Sacr. Polit. lib. 2. tit. 5. num. 8.*) Nec tantum vacante Sede; quo casu omnia Magisteria, & Iurisdictionalia Episcopis concessa, manu exercentur Capituli; sed etiam viuente Episcopo, & Sede plena, multa expediuntur necessario simultaneo concursu Episcopi, & Capituli. De quo post Decreta Pontificalia relata, *num. 1. sunt, cap. Cum olim de Maiorit. & obedient. cap. Quia saepe. cap. Ecclesia, de supplend. neglig. Prælat. lib. 6. cap. Cum nullus extra, eod. tit. cap. Nomine 23. dist. cap. Si quid, cap. Episcopus 15. quæst. 7.* Ioan. Gutierrez. *Canonic. quæst. lib. 1. cap. 11. n. 10.* Silu. *de Benefic. par. 2. num. 2.* Garc. *eod. tract. par. 5. cap. 7. num. 4.* August. Barbof. *de offic. & Potest. Episcop. par. 2. allegat. 36.* Lothar. *de re Benefic. lib. 2. quæst. 2. ex num. 26. & quæst. 21. ex num. 37.* Suar. *de Censur. disp. 50. sect. 5. num. 1.*

nouissimè D. Michael Moez. *ad cap. Si Episcopus, per tot. de supplend. neglig. Prælator. lib. 6.* Petr. Gregor. *lib. 17. Syntagm. cap. 7. num. 6.* Bessold. *thes. Pract. litt. C. nu. 13.* Arumæus *de Comit. cap. 4. num. 105.* Valenc. *conf. 107. & conf. 184.*

5 Hæc vnitas Episcopi, & Capituli, ex qua Hierarchicum corpus, dehincque Senatus Ecclesiasticus, plasmatur, *cap. Ecclesia 16. quæst. 1.* Martin Maguer. *Aduocat. armat. cap. (6) 11. num. 31.* Coæua fuit ipso ortu nascentis Ecclesiæ; in quo regimen Ecclesiasticum agebatur concursu Præsbyterorum, & Episcoporum, Baron. *Annal. Ecclesiast. anno Chrifti LVIII.* tam vtilitatis causa, quam Ministrorum indigentia, ac Charitate. Quod perdurauit (vt ex Sacris Apostolorum Actis, & Historia Ecclesiæ comperitur) vsquequo Diaboli instinctu studia sub orta fuerunt, asserentium Hæreticorū, Episcopos Iure Diuino à Præsbyteris non distingui. Ad quæ rescindenda Ecclesiæ declaratione, distinctio secuta fuit, & Constituta, *cap. Olim 95. dist. latè ex Sanctis Patribus, Lorin. in Acta Apostolor. cap. 20. vers. 17.* Halier. *de Diuin. Episcop. Institut. lib. 1. cap. 5. art. 11.* designataque Episcopis Excellentia, Præminentia, curaque Ecclesiasticarum rerum, *dict. cap. Olim, cap. Legimus 95. dist. Halier. de Diuin. Episcop. Institut. lib. 1. art. 3. cap. 1.* (9) Sed non ex eo diuisa, seu deserta Hierarchica corpora Ecclesiarum, Constituta ad optimum regimen spirituale; immo indiuisa māsere, Azor *Institut. Moral. lib. 3. cap. 27. quæst. 2. ex multis Moez. ad dict. cap. Si Episcopus, secundum substantialem naturam sui compositi, ac formæ, l. Quid tamen 10. §. vlt. & l. penult. quib. modis vsusfr. amittat. l. Si seruus, §. Boue subrepto, de condit. furtiu. Valenc. Illustr. tom. 2. lib. 2. tract. cap. 3. num. 4.*

10 Quod præcipuum habendum in honorabilibus, & reuerentialibus.

Nam,

Nam, & si, quoad exercitium iurisdictionis corpus Ecclesiasticum diuisionem recipiat, re quidem ipsa; nõ vero ratione totius compositi. Quare cum verum sit ex mente Cardinal. Turrecrem. Archidiac. & Hostiens. in cap. Denique 21. dist. quod in Eccle-

(11) siastica Hierarchia duplex sit species, Potestatis, Honoris, & Iurisdictionis, Menoch. conf. 52. num. 93. Illa reuerentialis coæua est, & indiuidua toti corpori Ecclesiæ, & Ecclesiarum inseparabiliter, cap. Requisisti, de testam. cap. Cum Clerici, de verbor. signific. 12. Ideò, & si Capiti (Episcopis scilicet) Excellentioris gradus causa conferatur præeminentia, Sanct. Leo Pap. Epist. 84. Connexio vnus corporis vnã sanitatem, vnã pulchritudinem facit: & hæc quidem connexio totius quidem corporis vnã unitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam Sacerdotum, quibus, & si Dignitas non sit communis, est tamen ordo generalis. Quoniam, & inter Beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quadam discretio Potestatis, & cum omnibus par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret. (13) Attamen Corpori, Capitulis, etiam, honor, & reuerentia debetur. De quo vide Glos. 48. num. 31. Cum in eo Status Hierarchicus maneat in actu primo ratione vnionis aptitudinis, Halier. dict. lib. 3. cap. 3. §. 2. Potestatis, & Iurisdictionis.

14 Ex quo fortasse, Felin. in cap. edoseri, de rescript. num. 1. ex Abb. & Innocen. asserit, quoad reuerentia nullam discretionem in actu primo esse inter Episcopum, & Capitulum: inueniendam tamen quo ad

Excellentiam exhibitionis, quatenus Episcopus caput Anguli. Quare legitime lex Nostra, sicuti concessus Episcopis obsequialis honor: De Señoria, ex ipso principio, & permissus Capitulis ex connexione, vnitate, & indiuisibilitate, dict. cap. Requisisti, Abb. in cap. Cum nec liceat, de prescript. num. 2. notab. 3. Felin. & Innocen. in cap. Cum Clerici, de verbor. signif. Valenc. conf. 184. num. 56. Solorz. de Gubernat. Indiar. lib. 3. cap. 14. n. 3.

16 His principijs innixa Nostra lex, Sacrosque Canones imitata, legitime præscribit: Señoria, a los Cabildos de las Iglesias Metropolitanas Cũ Capitula, seu Congregationes Cathedralium Ecclesiarum sint, quæ Hierarchicum corpus Constituunt in Ecclesia, cap. Antiquos 10. quest. 1. cap. Videntes 12. quest. 1. Glos. in cap. Cum Clerici, verbo Ecclesie Palestina, de verb. signif. & ibi Innocen. Halier. dict. (17) lib. 3. cap. 3. per tot. Et sicuti Cardinalibus, ex quo sunt membra Corporis Pontificalis, quo ad executionem Potestatis, Cardin. Paleot. de Sacr. Connect. par. 1. quest. 3. art. 2. Ioan. Capistran. de Pap. & Eccles. auctorit. par. 3. 2. par. princ. fol. 101. De quo diximus Glos. 20. num. 12. honores regij Illustrissimi, ac Eminentissimi, & Collegio Apostolico debentur, pariter, & Capitulis Ecclesiarum (18) Cathedralium; non vero Communitatibus particularium Ecclesiarum, quæ, & si perfectæ, habentque Iurisdictionem, ac Potestatem, quo ad se; non vero, quoad regimen Ecclesiæ, Constituendumque ordinem Hierarchicum, ex quo Potestas reuerentialis actiua ad Suprema obsequia.

DONDE HVVIERE COSTVMBRE DE llamarfela.

S V M M A R I V M.

1 Consuetudinis vis summa.

2 Consuetudine quaritur præeminentia, honor, obsequium.

3 Consuetudo in honore exhibendo seruanda.

4 Honor, & reuerentia Superioribus debita, iure Nature.

R₂ MOS₂

MOS, ET CONSVETUDO SERVANDA
in Honorificentia, & Reuerentia exhibenda.

GLOSSA QVADRAGESIMA

nona.

CVm ex mente, tam antiquorum, quam modernorum Scriptorum, consuetudo sic vim habeat, l. De quibus, cum sequentib. de legib. vt ex illa iustum, legitimumque oriatur ius irreuocabile, ad quærendam præminentiam, honorem reuerentiæ, formulam, seu formam in Sessionibus, præcedentijs, obsequijs reuerentialibus, l. Singuli 2. Honorificentiam debitam, l. Sciant 3. Aut reuerentia non fuerit in Salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata, C. de offic. diuersor. iudic. l. Potioris, C. de offic. Rector. Prouinc. l. 1. C. de Præposit. Sacr. Cubicul. lib. 12. cap. Cum olim, de Consuetudin. cap. 2. §. Tam in his, de Maioritat. & obedient. (2) Nobilitatem, exemptionem, Iurisdictionem, cap. 1. de consuetud. vbi Bald. notabil. 1. post Bart. in dict. l. De quibus, num. 10. Bald. & Scribentes. Idem Bart. in l. In causa, la 2. §. fin. de Minorib. Doctores in l. Imperium, de Iurisdic. omn. iudic. Bald. in l. Obseruare, §. Antequam, de offic. Procons. Innocent cap. 1. de offic. Archidiacon. Petr. Raunen. tractat. de Consuetud. Roch. de Curt. eod. tractat. Luc. de Pæn l. 2. C. de Fund. limitroph. lib. 11. Ioan. Guttierr. Practicar. lib. 1. quæst. 84. Marth. de Iurisdic. par. 1. cap. 33. num. 9. & 12. Caued. decis. Lusitan. 41. num. 4. par. 1. Rosent. de Feud. cap. 1. concl. 13. & 14. Maltrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 19. per tot. præcipue num. 15. Boer. decis. 115. & de Authorit. Magni Consil. num. 68. Garc. de Nobilit. Glos. 18. ex num. 44 & de expens. cap. 8. Me-

noch. conf. 51. num. 41. & conf. 126. num. 3. Syxtin. de Regal. lib. 1. cap. 15. Castill. de Tertijs, tom. 7. cap. 12. num. 36. & sequentib. Martin Maguer. aduocat. armat. cap. 9. num. 839. Surd. conf. 262. ex num. 18. Seraphin. decis. 964. Fab. de Annan. conf. 40. num. 1. Stephan. Grac. discept. 298. num. 8. & discept. 492. num. 9. & discept. 867. n. 2. Riccius in Prax. variar. resolut. par. 1. resolut. 554. nu. 1. & decis. 1446. Mar. Giurb. de consuetudin. Mesan. in Procem. ex num. 18. & conf. 19. ex n. 42. Thob. Paurmeist. de Iurisd. lib. 1. cap. 21. Bessfold. de Sess. & præced. cap. 3. ex num. 1. Turamin. de legib. lib. 3. cap. 6. Rodolphus de Ducib. Ital. num. 234. & 257. Sarmient. selectar. lib. 7. cap. 17. Fulv. Racion. de Probation. lib. 2. cap. 26. num. 136. Bobad. lib. 2. Politic. cap. 1. lib. 3. cap. 2. num. 43. Valenc. conf. 101. num. 27. & sequentib. August. Barbof. de Potest. Episcop. par. 3. alleg. 128. Petr. Hothobon. decis. 4. num. 35. Dom. Michael Moez. cap. De liberat. 4. §. Nos enim, num. 30. de offic. legat. lib. 6. San Felic. decis. 149. num. 9. lib. 1. Hector Capic. Latro decis. 181. ex num. 18. Dom. D. Christophor. Crespi. Obseruat. in decis. Valenc. Obseruat. 1. ex num. 112. Andr. Bosch. de les Titols de honor, lib. 5. cap. 37.

3 Hinc, legitime Reges Nostri Constituerunt, vt Communitatibus Ecclesiasticis, honor ille, aut reuerentia exhibeatur: De Señoria; quibus communi assensu, aut more; seu, vt verbis legis Nostræ loquamur: *Donde bauiere costumbre de llamarfela.* Cum pro-

(4) proveniat ab illo iure, oſibus Naturæ infixo, vt notavit Excellentissim. Dom. Crespi, *dict. num. 112*. ex quo Superioribus obedientia, & reverētia debita. Nec enim ad id præscriptio ordinaria per metas temporis, & annorum necessaria ad quærenda iura communia: Cum nec in exhibitione honoris huius inducatur violatio Superioritatis Principis, nec morum Reipublicæ; immo sit mo-

duſ, & forma, qua subditi honorare tenentur Superiores, quibus ex iure Naturæ ratione Excellentia debetur; Aristot. *Rethoric. lib. 1. cap. 5.* Et obsequium non permissum tantum, sed præceptum, Aristot. *Politic. lib. 1. cap. 3. & 4.* nec voluntarium, sed necessarium, *cap. State, cap. Non oportet 95. dist.* De quo latè vide congesta ab Stephan. *Grac. disceptat. 284. per tot. Giurb. conf. 38.*

Y A LAS HIJAS DE LOS GRANDES SE LES pueda llamar Señoria.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij sunt Parentum partes.
 - 2 Patris vox, vox filij.
- 3 Pater, & filius una caro.
- 4 Filius, substantialis pars Patris.
- 5 Nobilitas Paterna, communis filio continuative, 7.
- 6 Dignitas Paterna, in filio residet.
- 8 Filia Magnatum, inter Nos, valent honorari appellatione: De Señoria, ex principio Paternalis honoris, 17. & num. 61. Si nuptæ non sint.
- 9 Nobilitas Patris, communis filiabus.
- 10 Filia Nobilis, vulgò: Hijodalgo, Nobilis habetur.
- 11 Filius familias, non habetur homo integer, nec personam legitimam constituit.
- 12 Filij, Romano iure, sub Patris Potestate.
- 13 Patria Potestatis iura, Civilia sunt.
- 14 Filius, iure Civili, pro nullo habetur.
- 15 Patriæ Potestatis ius, naturale est.
- 16 Paternale ius, pietatis.
- 18 Obsequialis reverentia debita Patri, communis filio.
- 19 Honor Patri debitus, ad filios transfusibilis.
- 20 Salutatio honorifica: De Señoria, à Maiestatico iure descendit, 26.
- 21 Filij, Politico iure, honorandi honore Paterno.
- 22 Patritiorum filij honorabantur inter

- Romanos, honore, ac signo Patritiali:
- 23 Paeris Romanis, tam masculini, quam femeniini sexus, ad honorem præscripta prætexta Bulla.
 - 24 Puella Patritia honorata, pupis.
 - 25 Feminis Patricijs ius Sacrorum concessum, ad quod conveniebant in Sacello pudicitia Patritia.
 - 26 Filia, post Matrimonium, retinet iura reverentialia à Patre orta.
 - 27 Obsequiale ius, sanguine, & natura quaritur.
 - 28 Paterna Nobilitas, filijs communis.
 - 29 Paterna Dignitas ne in filia refulgeat, necesse est, vt absolutè ignobili viro nubat; si verò Nobili, non amittit Dignitatem à Patre quasitam.
 - 30 Mulier nupta, Paternam retinet Nobilitatem.
 - 31 Patria Potestas, post Matrimonium filia, non dissolvitur, quo ad iura Nobilitatis.
 - 32 Mulier per Matrimonium amittit iura, à Paterna Dignitate deducta.
 - 33 Vxor socia Mariti in Sacris, & humanis.
 - 34 Vxor unita viro, ab illo recipit sortè, 35. Ex iure, more Gentium, 36. & naturale.
 - 37 Matrimonij origo, ex iure natura.
 - 38 Maritus caput mulieris.
 - 39 Paternalis honor in filia potentior Maritali, quo ad durationem.
 - 40 Paterna qualitas suspensa tempore

- Matrimonij, reuiuiscit eo soluto.*
- 41 Honor Paternus durate Matrimonio deprimitur in muliere, 42. Etiam iure Neapolitano.
- 43 Filia nupta erat sub Patria Potestate, more antiquo Romanorum, 44.
- 45 Mulier per Matrimonium, ad familiam, & Potestatem viri transmigrabat.
- 46 Filius per Matrimonium non exibat ex Patria Potestate, ni contraheret consensu Patris, 47. Nec, quo ad collationem bonorum.
- 48 L. 2. §. Quod si in Patris; & l. Quoties, solut. Matrim. declarantur.
- 49 Filia nupta liberatur à Patria Potestate, efficiturque sui iuris ad acquirendum. *Voi* exponitur l. 2. §. Quoties, solut. Matrim. In qua durat Patria Potestas, quatenus interest Patri, ne filia dissipet bona dotalia profectitia. Dos adventitia queritur filie absolute, absque attentione iuris Paterni.
- 50 Potestas Patria soluebat per Matrimonium.
- 51 Filij liberabantur à Patria Potestate per emancipationem, 52. Et per trinam venditionem.
- 53 Emancipatio ad liberandum filium à Patria Potestate, per venditiones fideuciarias exequabatur.
- 54 Filia per Matrimonium soluta à Patria Potestate.
- 55 Nuptia inter Romanos contracta ad usum, per confarreationem, per coemptionem.
- 56 Mulier nupta per coemptionem liberabatur à Patria Potestate, effecta mater familias.
- 57 Mulier per coemptionem, de familia mariti efficiebatur, & eius haeres. 60.
- 58 Vir iustus, & iusta uxor dicebantur, contractis nuptijs per coemptionem.
- 59 L. Vxor. de rit nup. & l. Ex parte, §. Mulier, de verb. oblig. referuntur.
- 62 Filia per Matrimonium liberatur à Patria Potestate.
- 63 Patritiorum filia, per Matrimonium amittebant Priuilegia Patritio iure proveniente, si Patritio nupsissent.
- 64 Familia mutata, mutatur Nobilitas.
- 65 Filia Magnatū, etiam post Matrimonium decoranda, honore: De Señoria.
- 66 Nobilitas nata, non amittitur per Matrimonium, 69.
- 67 Filia Nobiliū post Matrimonium, Titulo, & honore Paterno honoranda.
- 68 L. Mulieres, C. de Incol. lib. 10. & C. de Dignit. lib. 12. conferentes uxoribus qualitatem viri, loquuntur in fauorabilibus, & in quibus non fuisset deterior mulieris conditio.
- 70 Nobilitas nata filie, non amittitur, nec facta Patris, nec per mutationem familiae.
- 71 Fœmina per Matrimonium, nō amittit insignia Nobilitatis Paternae, quo ad claritatem Originis.
- 72 Filius, quidquid acquirit, acquirit Patri.
- 73 Castrensis bona, filio quaruntur, excluso Patris iure.
- 74 Adventitorum bonorū Dominium filio cōpetit, reseruato Patri vsu fructu.
- 75 Bona filiorū familias, distincta, in Castrensis, profectitia, & adventitia.
- 76 Filius in bonis Castrensibus integer homo, secus in alijs.
- 77 Filius familias, nec actiue, nec passiuè in iudicio agere potest.
- 78 Filius, ratione bonorum Castrensum habet personam, & conueniendus in foro proprio.
- 79 Filius familias Dominus bonorum Castrensum, & administrator.
- 80 Filius familias in bonis adventitijs, conueniendus in foro Patris.
- 81 Pater in bonis adventitijs, quo ad administrationem bonorum, retinet ius Patrie Potestatis, actiue, & passiuè.
- 82 Pater retinet iura Patrie Potestatis in administratione bonorum filij.
- 83 Pater est vsu fructuarius bonorū filij.
- 84 Vsufructuario, in re fructuaria, competunt actiones actiue, & passiuæ.
- 85 Pater Dominus est fructuum maioratus filij, & in eis agendum in foro Patris.
- 86 Patris, & filij concursus necessarius in causa, in qua agitur de proprietate rerum ad filium pertinentium.

87 Pater in causa filij convenire tenetur, & ad id compellendus.

88 Patris persona dignior, & trahit ad suam forum, filiorum causas.

89 Filius in adventitijs conveniendus in foro patris, 90. ex l. Medicos, C. de Professorib. & Medic. lib. 10.

91 Filij incapacitas standi in iudicio, provenit ex vi Patrie Potestatis, ex qua Patri competit ususfructus, & administratio bonorum.

92 Filius super bonis, in quibus Pater lege, vel voluntate hominis, non habet ususfructum, ubi conveniendus? 93. Quid in foro proprio filij?

94 Filius in bonis, in quibus Pater non habet ususfructum, si maior est viginti quinque annorum, legitimam perso-

nam habet standi in iudicio, absque licentia, & consensu Patris, 95. Si minor, agere debet auctoritate tutoris à Iudice nominati, etiam sine Patris licentia, aut consensu.

96 Pater est administrator bonorum filij pupilli, si ei denegata est legis, vel hominis dispositio, acquisitio ususfructus ex Salgad. 97. Quod tenendum non est, sed curator à Iudice nominandus, 99. Præcipue si notus fuerat testatori, 100.

98 Pater in bonis filij, in quibus non habet ususfructum, pro extraneo habetur.

101 Pater administrator bonorum filij, quorum ususfructus ei denegatus, ex legali dispositione.

DE HONORE EXHIBENDO FILIABVS
Magnatum, Constitutarum sub Parentum Potestate. Et quid
post contractum Matrimonium. Vbi, & agitur, an Pri-
vilegium fori Patri competens, commune
sit filio, & in quibus
bonis.

GLOSSA QVINQVAGESIMA

Prescribit lex Nostra, honores exhibendos filiabus Magnatum: *X à las hijas de los Grandes se les pueda llamar, y escriuir Señoria.* Filij enim partes sunt parentum, neque natura eos distinxit, l. fin. C. de impuber & alijs substitutionib. Cū, & natura, Pater, & filius eadem esse persona, l. Cum scimus, C. de Agricol. & censit. lib. 11. Simmach. lib. 8. Epist. 24. Nihil inter te, & Patrem tuum, optimum re, aut affectione divisum est, Petr. Fabr. lib. 3. Semestr. cap. 8. Petr. Binius conf. (2) 257. num. 10. tom. 3. Inde est, vox Patris, filij vox, & econtra, §. Ei vero, Instit. de Inutilib. stipulat. Ancharan. conf. 82. Valenc. conf. 95. num. 70. (3) Immo caro parentis in carne filij aucta dicitur, non facta, cap. Con-

tradimus, §. Hac auctoritate 25. quest. 3. Paul. de Castr. conf. 164. lib. 2. Ioan. (4) Angl. lib. 7. Semestr. cap. 2. Nec novus homo censetur; immo filius pro substantiali habetur parte patris, Aristot. Ethicor. 5. cap. 6. Petr. Gregor. lib. 11. Syntagm. cap. 8. nu. 6. Langleo dict. cap. 2. Martin Maguer. advocat. armat. cap. 13. num. 194. Agel. de legitimat. contradict. quest. 11. art. 1. num. 21. Menoch. conf. 279. num. 47. D. Ioan de Solorz. de Gubern. Indiar. cap. 23. num. 95. lib. 2. latè Robl. de Salced. de represent. lib. 1. cap. 7. per tot. Philip. Kinisch. de fideicom. familiar. cap. 9. num. 54. & 55.

5. Quæ unitas induxit, teste Diu. Naziancen. carm. ad Nichobol. ut Nobilitas paterna communis est

set filio inseparabiliter:

Gloria namque Patris natorum est forma, decusque,

Vt rursus natis est gloria, fama Parentum.

Gratia communis, labes communis utrisque.

6 Ac, vt Iur. Consult. responderent, honorem, seu Paternam Dignitatem, penes filios residere, *l. Senatoris 5. & 6. l. Emancipatum, de Senatorib.* (7) neque transire, sed continuari, siue masculinae sint, siue foemeninae qualitatis, *l. Foeminae, de Senatorib.* vbi Aeguiar. Corras Oros. *l. 1. C. de Dignitatib. lib. 12.* & ibi Bart. Platea, & Scribentes, Duaren. *tit. de Senatorib. cap. 2 num. 4. l. 3. tit. 21. par. 2. l. 6. tit. 2 lib. 4. Ordinam. l. 9. tit. 11. lib. 2 Recopil.* Didac. Perez dict. *lib. 6. fol. 796.* Ioan. Gutierrez. *conf. 3. num. 6. & 7.* Garc. de Nobilit. *Glos. 1. §. 1. num. 48.* Langleo dict. *cap. 2.* Fulu. Constant. *ad tit. C. de filijs official. ex num. 24.* Matienç. *in Dialog. relat. par. 3. cap. 5.* D. Ioan. de Solorz. *de Gubernat. Indiar. lib. 2. cap. 30. num. 39.*

8 Illa vnitas induxit etiam legem Nostram ad hoc, vt Dignitas Paterna pullularet in Magnatum filium, valerentque honorari voce: *De Señoria, cum indiuiduitas parentum, & filiorum, æqualiter conferat filiabus Dignitatem, l. Filiae, de Senatorib.* vbi Ioan. Oros. *num. 8.* Aeguiar. Baron. Duaren. *cap. 2. num. 4.* Bart. *in l. Quoties, num. 2. C. de Priuileg. Scholar.* (9) *lib. 12.* Qualitatem, ac honorem Paternum, Tiraq. *lib. 1. ad leg. Connub. par. 1. num. 39.* Otalor. *de Nobilit. 4. par. cap. 8 num. 1. & 2.* Barbof. *l. Cum tale, num. 26. solut. Matrim. Valenç. conf. 95. num. 70. l. 3. tit. 11. par. 2. l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordinam.* Fragos. *regimin. Republ. par. 1. lib. 3. disp. 6. §. 10.* Ta- (10) liter, vt indubium habeamus, quod filia Nobilis, vulgò: *De el Hijodalgo, Dignitate Parentis decore;*

l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopil. Ioan. Gutierrez. *conf. 3. num. 6. & 7.* Amayal. *Mulieres, & l. fin. C. de Incol. lib. 10.* Garc. de Nobilit. *Glos. 1. §. 1. num. 48.* Fontanel. *de Paçt. nuptial. tom. 2. par. 15. claus. 7. Glos. 3. ex num. 51.* Surd. *conf. 140.* Hipol. Riminald. *conf. 569. num. 160.* Tiber. Decian. *lib. 5. respons. 54. num. 6. & 7.*

11 Ex hac indiuiduitate, etiam exortum fuit, illud ius lumine naturali hominibus perfusum, vt filij, homines integri non censerentur; sed in eos attenderetur qualitas Patris, illius Auctoritas, Dignitas, ac quod, nec personam per se haberent, Aristot. *Ethicor. 8. cap. 2.* Vacun. Vascun. *lib. 1. declarat. 8. à num. 1.* Albert. Géttil. *de Nupt. lib. 4. cap. 1. & 2.* Bessold. *dissert. de trib. Domestic. Societat. specieb. cap. 4 num. 1.* Pet. Gregor. *lib. 11. Syntagm. cap. 5.* Konan. *lib. 2. Commen. cap. 13. num. 2.* Duaren. *ad titul. solut. Matrim. cap. 1. de Nupt. num. 1.* Donel. & Ossuald. *lib. 2. Comment. cap. 20. lit t. B.* D. Michael de Luna *de iure ration. lib. 2. cap. 4. num. 7. & lib. 3. cap. 11. num. 3.* Georg. Schomborner. *lib. 1. Politic. cap. 7.*

12 A quo Romani ducti superbe suis Ciuibus adrogarunt illud ius Patriæ Potestatis, statuente Romulo, vt priuato iure filij semper sub Patris Potestate essent, *l. 3. l. Patre furioso, de his, qui sunt sui, & alien. vbi Corras. Oros. & Fab. §. 2. Instit. de Patr. Potest.* vbi Aeguiar. Baron. Hotthom. Claud. Claciunc. Ioan. Harprect. Villiellm. Ludel. Rosin. *antiq. lib. 9. cap. 3.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 6. cap. 10.* & late notant Doctores (13) adducti, *num. antecedenti.* Vnde, reiecta aliquorum doctrina, rectè sensisse credimus Vacunum adscribentem, iura Patriæ Potestatis ad ius Ciuile pertinere, *l. Nam Ciuium, de his, qui sunt sui, Cujac. Instit. de Capit. diminut. Claud. in l. Pregnantis, nu. 57. de Pen. Bald. Nouel. rubr. de verb. oblig. num. 15.* Caccialup. *in l. Frater à Fra-*

tre,

tre, §. *Quasitum*, nu. 67. de *condit. indeb.*
 Restaur. Castald. de *Imperat. quasit.* 89.
 num. 6. Paschal. de *Virib. Patr. Potest.*
 cap. 1. par. 1. num. 1. Azor *Instit. Mor-*
ral. tom. 2. lib. 2. cap. 19. Carranç. de
partu, cap. 4. à num. 25. cum *sequentib.*
 Duaren *ad tit. solut. Matrim.* cap. 1. de
nupt. Matienç. l. 8. *Glos.* 2. tit. 1. num. 2.
 lib. 5 *Recopil.* Berlinch. *conclus. Practi-*
cabil. par. 2. *conclus.* 11. num. 3. ac, quod
 (14) filius familias pro nullo habeatur,
 Corraf. l. *Qui liberos*, nu. 19 de *rit.*
nuptiar. Arias Pinel. *rubr. C. de bon.*
Matern. par. 2. ex Azeued. Gutierrez.
 Anton. Gomez, & Surd. Castill. de
usufruct. cap. 3. num. 8.

15 Ius verò Paternæ Potestatis ad naturale, Plin. in *Panegy.* Tu quidem Caesar illam exceptionem remouisti: Si modo filius in Potestate Patris fuisset, intuitus opinor, vim, legemque natura, quæ semper inditionem Parentum esse liberos iussit: nec uti inter pecudes, sic inter homines Potestatem, & Imperium Valentioribus dedit, Aul. Gel. lib. 2. not. Atticar. cap. 2. & 7. Rebuf. in l. *Pronunciatio*, §. *Familia*, de *verbor. signific.* Azor tom. 2. *Moral. Institut.* lib. 2. cap. 19. *quæst.* 3. latè Bodin. de *Republ.* lib. 1. cap. 4. Groc. de *iure Bell.* lib. 2. cap. 5. ex num. 5.

16 Ni dicamus, Paternale ius, iure naturæ pietatis officium esse, nõ Potestatis, ex D. Ambros. in *Luc.* cap. 18. *Aliud est legis beneficium, aliud Pietatis officium*, *Instit. de Nupt.* in *princip.* vbi Gothofred. Ioan. Harpret. §. *Ius naturale*, *Instit. de iure natur.* ex nu. 15. Anneo Robert. *rer. iudicat.* lib. 3. cap. 1. Vide, quæ notat Dom. Hieronym. de *Oros.* de *Apitib. iur.* lib. 5. cap. 13. per tot.

17 Ex illa ergo vnitate indiuiduitateque Parentû, ac filiorum formulis, ac regulis à iure Ciuili indutis, legitimè cautum: *Que à las hijas de los Grandes se les llame Señoria*, Cassiod. lib. 9. *Epist.* 22. *Latere potest forsitan vulgari hominum genus, nescire non* (18) *potest proles Senatus.* Hic enim

honor, nec reuerentialis tantum, ac obsequialis habendus, debitus simul filio, ac Patri mero iure ex continuatione Domini, l. *Parentis*, de *obsequ. Parent.* & *Patron. debit.* l. *Etiam liberis*, C. eod. Sed Politicus, à Supremo iure ortus; ex quo, nec tantum gloriosos habendos, quos in se clementia Principis illustrauit, reuerentiali honore verbali Constituto, l. 2. & 3. C. de *offic. diuers. iudic.* ni honor ad filios protendatur, cum omnium splendor tendat ex Maiestatis publicæ decorem, & ornatum, Senec. de *Benefic.* lib. 4. cap. 30. Cassiod. lib. 2. *Epist.* 2. & lib. 9. *Epist.* 23. *Quidquid in illo viro gratia Diuina congescit, integra perfectione transmissum charos in posteros.*

19 Et quamvis ex Doctorum mente Nostram legem exornare valeremus, dicētium: Honores ex Dignitate Paterna ortos, ad filios, & filias venire inseparabiliter. Præter adductos, supra num. 6. l. *Fœmina*, de *Senatorib.* l. 1. C. de *Dignitatib.* lib. 12. Bald. *conf.* 355. volum. 1. Dom. Ioan. de Solorz. de *Gubernat. Indiar.* lib. 2. cap. 30 num. 39. Fragos. *regimin. Reipubl.* par. 1. lib. 3. *disp.* 6. ex num. 180.

20 Adhuc verò, cum honorifica salutatio: De *Señoria*, vt Imper. in *dict.* l. 3. C. de *offic. diuers. iudic.* A particulari prouidentia Maiestatis proueniat in designationem Dignitatis, aut honoris publici, non legem Nostram communis iuris regulis conditam dicemus; sed Summo Arcano (21) Reipublicæ enixam. Dum enim Pater Infulis Magnitudinis Illustratur, decens, immò, & necessarium est, vt iisdem radijs illuminentur vtriusque sexus filij, Cassiod. lib. 9. *Epist.* 23. *Et ideo P. C. alumnus vestrum Paulinum laurea Dignitate vestimus: vt iuuentus eius, quæ fulget meritis, trabea quoque resplendeat triumphali.* Iuris Consultus in l. *Speciosus*, de *verbor. signif.* & in *dict.* l. *Fœmina*, vbi Æguinar. Baron. Corraf. Oros. Petr. Rebuf.

22 Sic à primis Romanæ Reipublicæ cunabulis Seruatum, vt Patriorum filij ad honoris cognitionem, & Nobilitatis designationem, tam masculini sexus, quam foemenini, signis honorificis decorarentur (inuentu Romuli, vt aliqui credunt, vel vt alij Lucij Tarquini Prisci) Cōmunia enim fuerunt in pueris, Pretexta Bulla, *l. Vestis, §. Vestimenta, vers. Puerilia, de aur. & argent. legat. Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 6. Rosin. antiqu. lib. 5. cap. 32. Vvolphang. Laz. Reipubl. Roman. lib. 9. cap. 13. Salmuth. ad Pancirol. rer. memorab. tit. 43. de habit. & vestim. veter. Pet. Herodot. rer. iudic. lib. 1. tit. 57. Forster. Histor. iur. Ciuil. lib. 1. cap. 10. num. 4. Turturet. de Nobilit. Gentil. lib. 1. cap. 10. ad finem, plures refert, Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 2. num. 693. & sequentib. Carol. Sygon. de antiq. iur. Ciuil. Roman. lib. 1. cap. 6. Lacar. Vaif. de re (24) vestiar. cap. 12. Præcipuè vero in feminis Pupa, quam veneri consecrare puellæ, dum pubertatem vicinæ erant, notat Iuuen. Satyr. 2.*

Nepè hoc, quod donat e à Virgine pupa,

25 Sed cum foemenino sexui, clausus aditus ad munera publica fuisset; pateret verò ad iura Sacrorum, quæ communia cum Patribus, filiabus etiam iura Paterna fulgentibus speciositateque, *l. Speciosas, de ver. sign. ybi Alciat. Rebuf. Patriciorum, ac Nobilium concessum fuit, vt in Sacello Pudicitæ supplicationes facerent, Liu. lib. 10. Rosin. antiquit. lib. 2. cap. 18. Ioan. Corraf. in l. Foemina, num. 14. de Senatorib. Ioan. Iacob. Dracon. de iure Patric. lib. 3. cap. 8. num. 8. ad fin. Vt inde à communibus foeminis discretæ haberentur, honorarentur. Ex quo iuste lex Nostra: *T à las hijas de los Grandes se les pueda llamar, y escriuir Señoria, Corraf. in dict. l. Foemina, num. 13. Nam si nec dum nuptui collata essent Patris fulgerent Dignitate.**

26 Sed nonne hæc prærogatiua seruanda, si filia nupserit, per Matrimoniumque ad manus viri deueniat. Sanè tanta est Paternalis virtus, ac ius ab ea proueniens, quod hæc reuerentialis qualitas à Patre proueniens conseruatur, *l. Qui manumittuntur, de oper. libertor. l. Etiam liberis, C. de obseq. Patron. præstand. Quod eleganter Calsiod. dict. lib. 9. Epist. 33. Non translatica vstitutione vocabuli, sed honorata sorte nascendi. Etiam si Matrimonio, emancipatione, aut alio modo liberi filij inueniantur à paterna Potestate, l. Si quis, §. Vtrum, de agnoscend. liber. l. Parens §. de obseq. Parent & Patron. præstand. l. iura, de iure Patron. Iustum æquidem est, vt in filijs, semper Patris persona colatur, etiam si (27) illius non sit hæres. Cum obsequia exhibeantur iure sanguinis, non iure hæreditario, l. Si operarij, de oper. libertor. Donel. lib. 2. Comment. cap. 18.*

28 Comprobatur ex l. foemina, C. de Dignit. lib. 12. vbi Paterna Nobilitas, aut Dignitas, quæ filijs communis est, *l. Liberos, de Senatorib. nec amittitur eo, quod filia per Matrimonium transeat in Potestate viri, Bartul. in (29) dict. l. 1. ex num. 39. Immo, vt suspendatur necesse est tali nubat viro, cui absolute præclussæ sint portæ Nobilitatis; si verò Nobilis est, & si Clarissimam, vel Senatoriam qualitatem proprio, aut Paterno iure non obtinuerit, mulier natiuam Dignitatem non amittit, l. Cum te, C. de Nupt. Rebuf. dict. l. 1. num. 8. Fontanel. de Paët. nuptial. Glos. 3. par. 15. claus. 7. (30) num. 52. tom. 2. Sed nupta honorem, ac familiam Paternam retinet, Bart. l. fin. §. penult. ad Municipal. Loais. l. Filius familias, §. Diui, num. 42. (31) de legat. 2. Cum ad conseruationem horum iurium Patria permaneat Potestas, dict. l. 1. & 2. de liber. exhibend. l. 2. §. Quod si in Patris. solut. Matrim. ex quam plurimis Tiraquel. l. 1. connub. num. 1. Barbol. dict. §. Quod si in Patris, num. 1. Franch. decis. 549. Pur-*

pu-

purat. *cons. 396. num. 24. vol. 1. Hieronymym. Leo decis. Valenc. 55. num. 2. Martienc. l. 8. tit. 1. Glos. 1. lib. 5. Recopil. & ibi Azeued. num. 9. Mar. Giurb. ad cōsuet. Messanens. cap. 4. Glos. 2. num. 5. Virgil. de legit. person. cap. 4. num. 37. Basil. de Matrim. lib. 2. cap. 1. num. 22.*

52 His obstat Bart. doctrina sibi aduersantis ad ea, quæ notauerat in dict. l. 1. C. de Dignitat. nu. 39. lib. 12. tenentis in l. Quoties, num. 2. de Priuil. Scholar. lib. 12. Tiraquel. l. 1. connub. num. 34. quod Priuilegium competens filiabus ratione Dignitatis, aut muneris Paternalis, toties durat, quoties per Matrimoniū, status mutationem, seu capitls diminutionem, vt Cujac. passæ non fuerint, dict. l. Fœminæ, de Senatorib. ex quo honorem Constitutum filiabus Magnatum nō permanere, exeuntibus à Paterna factis (33) milia, Ioan. Corras. dict. l. Fœminæ, num. 13. Si verò per Matrimoniū in aliam mutantur naturam dependentem à qualitate viri, cum nec tantum socia censenda in Sacris, & humanis, l. Aduersus, l. 4. C. de crimin. expilat. heredit. l. 1. de rit. nupt. l. Lucius Titius, de administr. tutor. Duaren. ad tit. solut. Matrim. cap. 4. num. fin. Sot. in 4. dist. 26. quæst. 1. art. 1. Basil. de Matrim. lib. 1. cap. 2. num. 70. Georg. Schomborn. lib. 1. Polit. cap. 6. Sed sic vnita viro, §. Ius naturale, in st. de iure natural. vbi Glos. verbo Coniunctio, §. 1. Inst. de Patr. Potest. cap. Illud, de præsum. cap. 2. & 27. quæst. 2. Basil. dict. lib. 1. cap. 2. ex Ossuald. Giurb. & alijs nulli (35) iam retinet sortem diuersam à maritali. Nec tātum ex iuris Ciuilis dispositione, aut cōsuetudinario Gētium, Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 1. num. 5. Ossuald. lib. 13. Comment. cap. 18. in not. Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 2. Anneo Robert. rer. iudic. lib. 4. cap. 1. Bessold. de trib. Domestic. societ. speciebus, cap. 2. Georg. Schomborn. Polit. lib. 1. cap. 6. vt voluit Tiraquel. l. 1. (36) connub. à num. 2. Sed ex eo ipso iure naturali, §. Hinc descendit, vbi

Glos. in st. de iur. natur. l. 1. §. Ius naturale, de iust. & iur. vbi Bart. Oros. & (37) Scribentes. A quo est origo Matrimoniij, Diu. Ambros. lib. de Paradis. cap. 10. Nec illud ociosum, quod non de eadem terra, de qua formatus est Adā, sed de ipsius Adæ costa facta sit mulier, vt sciremus vnā in viro, & muliere corporis esse naturam. Pluribus adductis Basil. de Matrim. lib. 1. cap. 3. num. 1. & 4. Sāch. eod. tract. lib. 2. disp. 4. Ioan. Harprecht. §. Ius naturale, num. 5. & 6. Inst. de iure natur.

38 Sic patet ex Genes. cap. 2. Et adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quæ vnio à creatione mulieris producta, & ex Eua ad cæteras mulieres descēdens absolutē substulit ab eis, dū viro copulata, ac nuptæ sunt omnia propria, & nouā accipiūt à cōditione mariti, D. Ambr. cap. 10. Multarum, & disparium naturarum eripuit facultatem: vir enim caput electum fuit, Diu. Paul. Corinth. 1. cap. 11. vt Diu. Hieronym. ibi: Secundum ordinem naturalem, Bessold. de trib. Domestic. societ. speciebus, cap. 2.

39 Quare dicendum, legitime decorandam filiam honore: De Señoria, dum sub Patris Potestate fuerit, nec translata ad virum, cum verum sit, perdurare Dignitatem à Parentibus deductam, quo ad durationem (40) honoris, ac reuerētiae, in omnibus fauorabilibus, l. 9. tit. 11. li. 2. Recopil. vbi Azeued. num. 9. Garc. de Nobilit. Glos. 1. §. 1. à num. 45. Otalor. de Nobil. 3. par. cap. 6. reiecta Tiraquel. doctrina, & Guid. Papæ, Pichard. de Nobilit. communic. nu. 60. D. Franc. de Amaya in l. ult. num. 27. C. de incol. lib. 10. Fragos. de regimin. Reipubl. par. 1. lib. 3. disp. 6. nu. 184. Paschal. de virib. Patr. Potest. par. 1. cap. 3. n. 43. & 44. (41) Alias viuente marito Paternus honor deprimitur; ni in casibus infra referēdis, Bart. l. 1. num. 34. C. de Dignit. vbi Rebuf. num. 3. præualente in exercitio maritali Excellentia, Rebuf. l. Maior, num. 1. vbi Plat. C. de Dignit.

nit. lib. 12. Azeued. l. 9. num. 5. tit. 11. lib. 2. Recopil. Otor. de Nobilit. par. 3. (42) cap. 6. fol. 110. Quod esse secundum Neapolitanam consuetudinem, refert Vinc. de Fräch. decis. 546. à n. 9. vbi Addit. Vizcon. Roland conf. 67. vol. 4. Cephal. conf. 426. Stephan. Grat. discept. Forens. cap. 382. Paschal. de virib. Patr. Potest. par. 1. cap. 3. num. 43. & 44.

43 Comprobatur ex ipsius iuris penetralibus, Romuleis Constitutionibus, legibus, ac placito longæuo Romanorum: Nam, vt notum est, & si illud ius Patriæ Potestatis semper illibatum permansit, etiam si filius nuptias contraxisset, l. 1. §. fin. & l. seq. de liber. exhibend. l. Si maritus, C. de Patr. Potest. & quæ notant Scribètes, Ant. Gom. l. 47. Taur. Thom. Säch. de Matrim. lib. 7. disp. 82. num. 7. Basil. de Matrim. lib. 2. cap. 2. De quo passim Scribentes.

44 Et per hæc iura dicamus in Paterna Potestate perdurare, etiam filiam nuptam, dict. l. 1. §. ult. de liber. exhibend. l. 2. §. Quod si, l. Quoties, solut. Matrim. l. 3. l. Nec inter, l. Sicut proponis, C. de Nupt. l. Si uxorem, C. de condit. (45) incert. l. Filia, C. de collationib. & quæ in his congerunt Scribètes. Adhuc credimus ex ipso Romanorú iure primæuo, eo ipso, quod per Matrimonium mulier mater familias efficiebatur, absolutèque transibat ad Potestatem viri, deque familia illius censebatur, subque erat Maritalibus aris, suspensam esse Patriam Potestatem, vt Doctores adducti, Glos. num. & supra num. 34.

46 Nec contra suadent Iuris Consultorum responsa, & Imperatorum placita in legib. num. anteced. adductis, si illarum series, ac casus prænotantur, & non indistinctè recipiuntur: Nam si nec desint dicentes, filios etiam post Matrimonium esse in Patris Potestate; vel loquuntur de nuptijs contractis, absque Patrum licentia, quod illicitum erat, l. 3. l. Nec in-

ter, l. Si vt proponis, C. de Nupt. De quo eleganti Doctrina, Doctissimus Don Hieronym. de Oroz. de Apicib. iur. (47) lib. 5. cap. 23. ex num. 2. Vel de dote ad collationem conferenda, vt l. Filia, de collation. Cû si verè notatur Vlpia. in l. 2. §. Quod si in Patris, l. Quoties, solut. Matrim. Vt ex ipso patet, per Matrimonium filiam liberari à Patria Potestate dicendum, nec ex Paterna qualitate, ac iure censendâ, quia ex mente illius textus, filia ius quærat ad exactiorem dotis à Patre promissæ; quod repugnaret absolutè, si sub Potestate Paterna esset, l. Imperator, ad Senat. Consult. Trebel. l. Ne cum filio, de furt.

Quare dicendum, ex omnium iurium mente, Paternam Potestatem suspèdi per Matrimonium filia, purgarique per eam incapacitatem à iure inductam acquirendi, manente in Patria Potestate. Præcipuè ex eo, quod diximus, de dote profectitia, de qua loquitur, dict. §. Quod si in Patris, in qua attèditur ius filia, & si annexum Patri, quod non esset si illibata remansissent iura Potestatis Patriæ, & quamvis amborum consensus necessarius sit ad agendum; à quo deduci valet, filiam, & si nuptam, manere sub Paterno Dominio. Adhuc contrarium deducitur ex ipso textu, cum illud ius agendi etiam si sit conexum cum Patre, non daretur à Iur. Consult. si in filia remaneret Paternæ Potestatis ius impeditiuum ex sua natura acquisitionis, sed ne filia in præiudicium Patris exigeret dotè, ac illâ dissipado, cogeretur Pater denuo dotare, vt notat Bart. Paul. de Castr. in dict. §. Quod si: Quare legitimè Constitutû fuit, vt filia acquirere posset; sed exactio fieret, interueniente Paterno consensu, quatenus Patris interest. Quod secus erat in dote adventitia, in qua quæritur ius filia absque attentione iuris Paterni, nec Patriæ Potestatis, l. Gaius, solut. Matrim. quam distinctionem sequuntur Bart.

Bart. Paul. de Castr. *in dict. §. Quod si in Patris*, Anton. Fab. *in rational. ad l. Pomponius. famil. herciscund.* Petr. Barbos. latè ex Alex. Iasson, Pontan Rubeo, & alijs *dict. l. 2. §. Quod si in Patris, num. 15. & sequentib. solut. Matrim.*

50 Hæc enim liberatio filia à Patria Potestate per Matrimonium, etiam omisso Diuino principio, reiectisque Prouinciarum ritibus, ex ipso Romanorum iure, ex quo deducta Patria Potestas, deducitur: Ad quod notandum est, quod aliter liberantur filij à Patria Potestate, aliter filia.

51 Inter alia verò inventa per Romanos ad liberandos filios ex Patria Potestate, erat emancipatio; in quo haud immorandum, §. *Præterea, Instit. quib. mod. ius Patr. Potest. soluit.* vbi latè Pichard. Æguinar. Baron. Balduinus, Claud. Claciunc. Oinotom. Ioan. Harprect. Villiellm. Ludel. ad Donel. Ossuald. *lib. 2. Comment. cap. 26. litt. C.* quæ à principio ex legis XII. Tabular. Constitutione, vt *dict. §. Præterea*, per fiduciarias venditiones exequebatur: Notum enim est, quod, & si Parentes Romano iure, ius vitæ, ac necis in filios haberent, licentiamque eos oppignorandi, ac vendendi: si ter venundati essent ex leg. XII. Tabular. liberarentur à Patria Potestate. Sic lex: *Si Pater filiam ter venundedit filius à Patre liber esto*, Vlpian. *Instit. tit. 10.* Dionis. *lib. 2.* Carol. Sygon. *de antiquit. iur. Ciuil. Roman. lib. 2. cap. 10.* Demster. *antiquit. Roman. lib. 8. par. 3. ad leg. XII. Tabular.* Balduin. Reuard. Hottoman. & Scribentes ad *dict. leg. XII. Tabular. De quo elegantissimè Dom. Hieronym. de Oroc. de Apicib. iur. lib. 5. cap. 13. per tot.*

53 Ex hoc enim inductum, vt Parentes, qui filios emancipare, ac à Potestate Patria liberare conabantur, eos venū ibant, interuenientibus tribus fiduciarijs venditionibus, ex quo liberatio sequebatur, vt Iustin. *in dict. §. Præterea, Instit. quib. mod. ius Pa-*

tr. Potest. vbi post Scribentes Æguinar. Baron. Ioan. Harprect. Villiell. Ludel. Carol. Sygon. *dict. ca. 10.* Bessold. *dissert. de Trib. Domestic. Societ. speciebus. cap. 4.* Petr. Gregor. *lib. 11. Syn. tagm. cap. 10. num. 9.* Ossuald. *dict. lib. 2. cap. 26. & 27.*

54 Quo ad filias verò, vt liberarentur à Paterna Potestate per Matrimonium, aliter executum fuit: Erant enim apud Romanos ad contrahendas nuptias diuersæ ceremoniæ, quæ (55) nuptijs nomen dedere. Per usum, scilicet, per confarreationem, per coemptionem: Pariter etiam inter eos mulier coniuncta viro, vel vxor dicebatur, vel mater familias; vxor erat, teste Cicer. & Boec. quæ coniungebatur viro per usum, vel (56) per confarreationem. Mater familias, quæ per coemptionem; hæc enim conueniendo in manum viri à Paterna Potestate liberabatur, in familiam, ac mancipium mariti transibat: ad quod sicuti ad emancipationem filiorum tres fiduciariæ emptiones interuenerant, pariter filia, vt mater familias fieret in manum mariti conueniebat, & assēs afferebat emendæ familiæ causa, ex quibus vnū marito tradebat, Cicer. *pro Murena*, Dionis. notat Carol. Sygon. *de antiquit. iur. Ciuil. Roman. lib. 1. ca. 9.* Demster. *antiquit. lib. 5. cap. 37.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 2. cap. 5.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 9. cap. 5. num. 24.* Barnab. Brisson. *de ritu nuptiar.* Hieron. Berrut. Hottoman. Brisson. *de verb. iur. verbo coemptio, & verbo Vxor*, Cujac ad Vlpian. *tit. 12.* Bessold. *dissertat. 1. de Trib. Domestic. Potest. speciebus. cap. 2.* Tiraquel. *l. 1. Connub. à num. 1.* Lyps. ad Tacit. *lib. 1. Annal. num. 46.* D. Hieronym. de Oroc. *dict. lib. 5. cap. 13. num. 10.*

57 Ex qua conuentione, coemptioneque, filia mater familias facta, à Patre liberabatur, in mancipium, Potestatemque viri cum capite, fortunisque transibat, suusque hæres mariti

riti erat ex asse, si filios non haberet; cumque filijs, pro virili portione, Vlpian. *Instit. tit. 12. ibi: Item vxor, quæ in manu est, Cujac. ad illum tit. 12. Hieronym. Verrut. verbo Coemptio, Demster. dict. cap. 37. Petr. Gregor. dict. cap. 5. num. 26. Coemptio autem illa erat simulata quædam distractio Potestatis, qua tenebatur mulier antequam nuberet, & ex qua in Potestatem aliam, mariti scilicet, traducebatur, Alex. ab Alex. dict. cap. 5. Per coemptionem vxor in viri familiam transit, quare mater familias dicta, quæ in mariti manu, & mæcipio sit, Reuard. ad leg. XII. Tabul. cap. 21. & ad l. 3. de Orig. iur. Ossuald lib. 7. Comment. cap. 2. litt. F. ex Corraf lib. 9. cap. 1. litt. R.*

58 Per hanc enim in manus conventionem, ac per Matrimonium, & per coemptionem iustus vir, iustaque vxor dicebantur, vt in l. Si vxor, §. Planè, ad leg. Iul. de adulter. Cujac. lib. 6. Obseruat. cap. 16. Rosin. ad Demster. Paralipom. lib. 5. cap. 37. Et vxor iniusta, quæ viro coniuncta est, sed non per coemptionem. De quo latè Tiraquel. in leg. Connub. Glos. 8. num. 244.

59 De hac nuptiarum forma loquitur, l. Vxorem, de rit. nupt. l. Ex parte 121. §. Mulier, de verbor. oblig. Nam, & si illarum verba in corpore Digestorum dicant, in Matrimonium conuenire, mutata fuerunt à Triboniano, cum à Papiniano dictum fuisset, in manum conuenire, vt Gotofred. in dict. l. Vxorem, Cujac. tit. 9. ad Vlpian. Alciat. lib. 11. Parerg. cap. 7.

60 Cum verò post hanc nuptiarum formam mulier (vt diximus) mater familias dicebatur, transibat in familiam mariti, secundum quam mentem intelligenda est, l. Cui fuerit 15. de condit. & demonstrat. l. Si dies 21. Quando dies legat. cedat, Hottoman. de verb. iur. verbo Vxor, Rosin. ad Demster. dict. c. 37. inque viri priuatis laribus, Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 15. Dionis. lib. 2. Petr. Gregor. dict. lib. 9. cap.

4. Basil. de Matrim. lib. 1. cap. 2. num. 7. & à Paterna Potestate liberatur, vt ex Vlpian. *Instit. tit. 11. §. 13.* notat Cujac. & ex Varron. Ossuald. lib. 14. cap. 18. litt. L.

61 Quare dicendum credimus, quod dispositio Nostræ legis, quatenus Constituit, vt filia Magnatum decorari valeant honorifico Titulo: De Señoria, intelligenda est de filiabus in nuptis, subque Paternali Potestate (62) existentibus: Cum post Matrimonium absolutè liberae sint à iure Paterno, subque Maritali qualitate viuant, præcipuè apud Nos, post Constitutionem, leg. 47. Taur. vbi Anton Gom. l. 8. tit. 1. lib. 5. Recopil. vbi Matienç. & Azeued. ex quibus, reiectis alijs legibus, Constitutionibus, consuetudinibus, absolutè filij liberantur à Patria Potestate, siue iuris efficiuntur, Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 82. num. 7. Petr. Barbof. l. 2. §. 1. num. 1. solut. Matrim.

63 Quibus adstipulatur, quod è Romano more, notat Liu. lib. 10. Et si enim Patritiorum filia radijs Paternæ Nobilitatis resurgant, non Patritio nuptæ obumbratur Nobilitas, denigrata speciositate Paterna. Audi Romanam Historiam à Liuiio relata. Anno enim ab Vrbe condita 458. Q. Fabio, M. Rusilano, & P. Decio Consulibus, a verruncandorum prodigiorum causa supplicationes in biduum à Senatu Decretæ fuerunt, ad quas frequentes ibant, & viri, & foeminae; sed cum ad templum Pudicitia Patritia accessus tantum licitus foeminis Patricijs fuisset. Et virginitas, & si Aurelij Patricij filia, L. Volumnio Plebeio nupta ad Sacellum deuenisset, à Matronis eiecta fuit, denegato honore Paterno ob qualitatem Viri, sic enim illa habitata inter Romanos Matrimonialis vnitas. De quo meminit Corraf. dict. l. Foemina, nu. 14. Ioan. Iacob. Dracon. de iure Patric. lib. 3. cap. 8. num. 8. Tiraquel. de Nobilit. cap. 18. num. 16. Sed au-

audi
runt
suppl
uit
preb
viri,
nem
Patri
rotun
tum.
Plebe
na, q
eueru
cundi
moru
Patri
dicit
tam,
64
ra ha
muta
dissert
Cod. li
huc ta
(65)
nubar
est) et
randa
mur l.
nitat.
(66)
honor
Nobi
sold. a
à iure
cap. 11
Matr
bus, &
iudici
Nobil
(67)
filia C
mitali
Corra
Anton
12. ex
68
Mulier
Amay
12. ag

audi Liuium: *Eo anno prodigia fuerunt, quorum auerruncando um causa supplicationes in biduum Senatus decreuit, publicè vinum, ac thus, Sacrificijs prabitum: supplicatum iere frequentes viri, feminaeque. Insignem supplicationem fecit certamen in Sacello Pudicitiae Patriciae, qua in foro boano est, ad eadem rotundam Herculis. Inter Matronas ortum. Virginiam Auli filiam Patriciam, Plebeio nuptam volumnio Cos. Matrona, quod è Patricijs enupisset Sacris arcuerunt. Breuis altercatio inde ex iracundia muliebri in contemptum animorum exarsit, cum se Virginia, & Patriciam, & pudicam, in Patricia pudicitiae templum ingressam, & vni nuptam, ad quem virgo deducta sit.*

64 Sed si adhuc supradieta vera habeantur, & mutatione familiae mutari Nobilitates, dicat Bessold. *dissertat. 2. de Nobilit. Anton. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. differ. 16. & 17. adhuc tamen Magnatum filiae (ni ab (65) solute ignobili, aut Plebeio nubant viro, quod credendum non est) etiam post Matrimonium venerandas esse honore: De Señoria, fate-mur l. Fœmina, de Senator. l. 1. C. de Dignitat. lib. 12. Et quæ in illa l. 1. notat (66) Bart. n. 39. & 40. scilicet, quod honor deductus ex Progenie, seu Nobilitas, quæ nata dicitur, Bessold. *dict. dissert. 2. cap. 10. num. 8. Cum à iure Gentium descendat, Bessold. cap. 11. num. 3. permanet etiam post Matrimonium, cum in fauorabilibus, & in quibus non obvenit præiudicium iuris maritalis splendor Nobilitatis natæ non adumbratur. (67) Hinc ipse Bart. notat, quod filia Comitum nupta Illustri viro, Comitum honore decoranda est, Ioan. Corras. in *dict. l. Fœmina, num. 8. & 9. Anton. Perez ad tit. C. de Dignitat. lib. 12. ex num. 45.***

68 Nec ad id faciunt, quæ ex l. *Mulieres, C. de Incol. lib. 10. & ibi latè Amaya l. Mulieres, C. de Dignitat. lib. 12. agunt Doctores, & Nos infra:*

quoniam illarum legum dispositio loquitur in fauorabilibus, & in his, quæ non faciunt deteriorem conditionem mulieris, vt eas intellexit Azeued. l. 9. num. 7. tit. 11. lib. 2. *Recopil. ex Castell. l. 57. Taur. nu. 4. Tiraq. (69) de Nobilit. cap. 6. n. 52. Ideò, cum hæc prærogatiua concessa filiabus Magnatum, Natiuitate quæsita sit, & proveniat à Regia largitate, per Matrimonium amittenda non est, l. Eum qui 3. de interd. & relegat. l. Tutelas, de capit. diminut. Præcipuè in casu, ac dispositione Nostræ legis, vbi ad concessionem huius præeminentiæ attèditur qualitas naturalis: *A las hijas de los Grandes, quæ per translationem ad familiam mariti non amittitur, Bald. l. Cum quedam puella, de iurisdict. omn. iudic. Tiraquel. de Nobilit. cap. 18. num. 40. sequitur ex Alex.**

70 Hinc Anton. Fab. in *Cod. lib. 9. tit. 29. differ. 6. ex l. Filiæ, de Senator. dict. l. Eum, qui 3. de interd. & relegat. tenet absolutè, Nobilitatem, & ex illa honorem obvenientem amitti non posse, nec factò Patris, nec vt rectè tenet contra Parlador. lib. 1. cap. 17. & in Sexquicent. def. 6. num. 9. ex mente Azeued. *dict. l. 9. num. 7. tit. 11. lib. 2. Recopil. & l. 2. nu. 104. tit. 10. lib. 8. mariti consensu, aut delicto; ex quo principio Pichard. tract. de Nobilit. communic. num. 46. vers. His asserit per Matrimonium, non amitti naturalia iura.**

71 Quare speciositas illa, seu splendor à natura cõcessus, seu natus filiae, ex quo à Patritio, seu Magnatè Patre genita per Matrimonium obûbrandus non est, nec per communicationem iurium maritalium revulsos honores Paternos dicendum; sicuti, nec amittit filia ius deferendi insignia, & arma Nobilitatis Paternæ, quo ad claritatem Originis, antiquitatem generis, memoriam familiae, vt post multos notat Theod. Hoeping. *de iure insign. cap. 7. num. 39.*

72 Ex supradictis descendit secunda pars Nostræ quæstionis. Nam cum illud Primæuum Patriæ Potestatis ius induxisset, vt filius famil. incapax fuisset acquisitionis; immo, quod omnia bona per filios quæsitæ, Patribus pertinerent, l. *Placet, de acquir. heredit. l. 1. §. Item adquirimus, & l. 4. de acquirend. posses.* Petr. Gregor. lib. 11. *Syntagm. cap. 8. num. 17.* Ossual. lib. 9. *Comment. cap. 5. & 6.* Paschal. *de Virib. Patr. Potest. par. 1. cap. 3.* Anton. Fab. *in rational. l. Si longius, §. Si filius, de iudic. Hermos. l. 3. num. 13. Glos. 1. tit. 4. par. 5.* doctissimè noua, elegante & doctrina Frater meus D. Ioan. Gonçal. de Salcedo in Sacro Hispanensi Senatu Inquisitionis Inquisitor in *Allegat. pro Reg. Fisco, art. 2. n. 107. l. Dominus 39. l. Quidquid dicitur, de verbor. oblig. l. 2. C. de Patr. Potest. Arias Pinel. l. 1. par. 1. num. 15. C. de bon. Matern. Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 6. cap. 10. Neque filijs in bonis esse quidquam Patribus uiuentibus, Bessold. de Trib. Domestic. Societ. specieb. cap. 4. num. 7.* Georg. Schomborner. *Polit. lib. 1. cap. 7. num. 4.* Lanfranc. *Zach. de Salar. quæst. 26. num. 1.**

73 Exceptis bonis Castrensi- bus, quæ Priuilegio Militari concessa fuerunt filijs seclusa iure Patrio, l. *Ex nota, de Castrens. pecul. l. Filius famil. C. eod. l. 6. tit. 17. par. 4.*

74 Post enim, ratione suadente, iure Codicis inventa fuerunt bona adventitia, quorum Dominium filijs competere, statutum est, reseruato Parentibus vsufructu, l. 1. & toto tit. *C. de bonis, quæ liber. l. 1. l. Placet, & toto tit. C. de bon. Matern. l. 5. vbi Gregor. Lop. dict. tit. 17. par. 3. Paschal. de Virib. Patr. Potest. cap. 3. num. 31.*

75 Ex quo, deducta bonorum distinctio, inter Castrensia, & Quasi-castrensia, Profectitia, & Adventitia, seu (vt aliqui) Castrensia, & Pagana, Bart. *dict. l. Non oportet, num. 1. & 6.* Bald. *nu. 1. §. 1. Inffit. Per quas person. nob. acquirit. in l. Frater à fratre, à n. 1.*

de condit. indeb. Mendez de Castr. dict. l. Cum oportet, par. 1. num. 2. latè Paschal. dict. cap. 3. à nu. 1. Donel. & Ossuald. lib. 9. Comment. cap. 5. Stephan. Grac. discept. Forens. cap. 365. à nu. 14. Virgil. de legitim. person. cap. 4. nu. 28. 30. vsque 33. Claud. Coter. de iure, & Priuileg. Milit. par. 2. cap. 11. Georg. Schomb. dict. lib. 1. Polit. cap. 7. num. 4. Azon. Inffit. Moral. lib. 2. cap. 22. q. 1. latè Castill. de vsufruct. cap. 3. per tot.

76 Indequè etiam ortum, vt duplex persona in filio familias dignosceretur, secùdum bonorum qualitatem, scilicet in Castrensi- bus bonis integer homo; secus in alijs, l. *Filius famil. de Procurator. l. Si longius, §. 1. de Iudic. l. Filius famil. vbi Glos. verbo Putat, de actiõ. & oblig. dict. l. 5. & 6. tit. 17. par. 4. l. 2. & 3. tit. 2. par. 3. vbi Greg. Lop. In adventitij medius tantù fit, Glos. in l. fin. verbo Simili modo, C. de bon. Mat. Bart. in ipsa l. §. Necessitate.*

77 Hinc etiam cautum, ac seruatum fuit, vt filij familias agere non possint in iudicio actiue, nec passiuè, dict. l. 1. & toto tit. *C. de bon. Matern. & l. 1. & toto tit. C. de bon. quæ liber. l. 11. tit. 17. par. 3. Bart. dict. §. Necessitate, num. 2. Bald. l. Nec quicquam, §. De plano, de offic. Proconsul. Iasson, Neuizanc. & Caualcant. adducti à Paschal. de Virib. Patr. Potest. cap. 6. num. 26. Azeued. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. Menoch. Viuius, Paz, Caualcant. Barbof. Marant. Afflict. Scac. Thusc adducti à Giurb. in consuetud. Messinens. cap. 7. Glos. 3. par. 1. num. 19. Guid. Pap. quæst. 54. & 410. vbi addit. Lanfranc. ab Adr. de confes. n. 5. Bertachin. de Epiop. lib. 4. par. 5. n. 81. Mainer. decis. 37. lib. 2. Ric. Collett. decis. par. 12. decis. 14. Donel. & ibi Ossuald. lib. 17. Comment. cap. 4. litt. G.*

78 A quo orta dubitatio: An filius, ratione Dominij orti, ex distinctiõne bonorum, sic homo integer habeatur, vt forum sortiatur, vel absolutè in foro Patris, conueniendus sit conueniri- que valeat. Ad quod

notandum est, vel agitur cum filio fam-
 mil. circa bona Castrensis, vel circa,
 Quascastrensis, aut Pagana, si enim
 actio dirigitur ratione bonorum Ca-
 strensium, conveniendus est in pro-
 prio foro, excluso Patris Privilegio,
dict. l. Filius famil. & ibi Glos. de action.
 (79) & oblig. Cum in his personam
 habeat, & ipse iudicium valeat age-
 re, Bart. *dict. § Necessitate, num. 2 l. 2.*
tit. 2. par. 3. vbi Gregor. Lop. sitque
 Dominus, & administrator absolutè,
l. 1. ad Senat. Consult. Macedonian. l. fin.
C. de inoffic. testam. l. penult. & fin. C.
Qui testament. facere possunt, §. 1. Instit.
quib non est permis. facere testament. Af-
 flict. *decis. 180. num. 3.* Mend. de Ca-
 str. *ad l. Cum oportet, num. 134.* Bez.
conf. 97. num. 12 lib. 1. Surd. *conf. 256.*
num. 21. lib. 1. Ludouic. Gilhausen.
arbor. iudiciar. par. 6. cap. 6. num. 12.
par. 1. Barbof. l. 2. §. Quod si in Patris,
num. 19. solut. Matrim. Castill. de usu-
fruct. cap. 3 num. 14. Virgil. *de legitim.*
person. cap. 4. num. 44. Lanfranc. Za-
 chias *de Salar. quest. 26. num. 2. & 3.*

80 Vel circa Aduentitia, & Pa-
 gana in hisverò absolutè cū eo agen-
 dum in foro Paterno, siue ordina-
 rium, siue extraordinarium sit iudi-
 cium; quia in his non habet personā;
 sed Patri competat illorum admini-
 stratio, *Glos. in dict. l. fin. §. Necessitate,*
 vbi sic Bart. *num. 2.* Aut loquimur in
 aduentitijs, & tunc aut Patri quaritur
 usufructus, & filius nullo modo potest
 agere, nec defendere, quia sibi non compe-
 tit administratio, sed Patri.

81 Hæc Glos. & Bart. doctrina,
 eo innittitur, quod *dict. l. 1. C. de bon.*
matern. & cæteræ, quæ filijs conces-
 sere proprietatem bonorum adven-
 titiorum, non violarunt iura Patriæ
 Potestatis, nec legitimam personam
 in filio constituerunt standi in iudi-
 cio; immo quo ad administrationem
 bonorum Parentibus reseruarunt il-
 libatum passiuè, & actiuè ius Pater-
 næ Potestatis, *dict. l. 1. Atque ita om-*
nia agere tanquam solidum, perfectum-

que Dominum eis adquisitam fuisset, &
personam ferant legitimam, vbi Bald.
num. 8. Arias Pinel. par. 2. num. 63. &
64. Gamma decis. 77. ex num. 2. Aze-
ued. l. 10. num. 13. tit. 17. lib. 4. Recopil.
Olea de cession. iur. tit. 2. quest. 6. n. 40.
 Fontanel. *de Pact. nuptial. claus. 4 Glos.*
7. par. 3. num. 15. Giurb. *in consuetud.*
Messanens. cap. 7. Glos. 3. num. 14. & 15.
 Salgad. *in Labyrinth. credit. par. 1. cap.*
27. à nu. 19. Ossual. *ad Donel. lib. 17.*
Comment. cap. 4. litt. H. Virgil. de legiti-
tim. person. cap. 4. num. 23. & 102. vers.
 Bart. Barbof. *in l. 3. num. 7. solut. Ma-*
 (82) *trim. in compensationem illius*
iuris ablati, per dict. l. 1. C. de bon. ma-
tern. Ripol. variar. cap. 3. num. 68. Ma-
 rescot. *variar. lib. 2. cap. 13. nu. 1.* Ber-
 lich. *conclus. practic. par. 2. conclus. 11.*
nu. 66. Anton. Gom. *l. 48. Taur. n. 14.*
 Arias Pinel. *l. 1. par. 2. num. 53. C. de*
bon. matern. ex Castill. & alijs Salgad.
Labyrinth. credit. par. 1. cap. 17. à nu. 19.

83 Quæ iuuatur ex eis, quæ no-
 tat Virgil. *dict. cap. 4. num. 104.* Scilli-
 cet, quod cum Pater formaliter sit
 usufructuarius bonorum adventitio-
 rum, Molin. *de Primog. cap. 19. à nu. 18.*
 Castill. *de usufruct. cap. 3.* Ponte *conf.*
19. n. 28. Capic. *Latro decis. 124. v. 11.*
 (84) Actiones, quæ directè ad vsum-
 fructum pertinent, competunt vsu-
 fructuario, agendo, & excipiendo, &
 durante usufructu, ei principaliter à
 iure commissæ sit defensio bonorum,
l. 1. §. fin. cum l. seq. de usufruct. quemad-
mod. caueat. Castill. de usufruct. cap. 20.
 pariter cum Patre agendum in bonis
 aduēitijs, & in proprio foro, exclu-
 sa absolute filij persona.

85 Idem dicendum, si super bo-
 nis maioratus filio competentibus lis
 sit: nam cum durante Paterna Pote-
 state, illorum fructus, seu prouentus,
 ad Patrem pertineant, in foro Pater-
 no agendum est, de re ad maioratum
 filio competentem, Anton. Gom. *l.*
48. Taur. Molin. de Primog. lib. 9. cap.
19. à nu. 18. Arias Pinel. *in dict. l. 1.*
par. 1. à nu. 9. C. de bon. matern. Castill.

de usufruct. cap. 3. per tot. Mier. de Maior. par. 4. quest. 30. Giurb. ad consuetud. Messanens. cap. 6. Glos. 2. par. 1. num. 9. & 10. D. Ioan. de Solorzan. de Gubernat. Indiar. lib. 2. cap. 15. à num. 1. Addit. Molin. dict. cap. 19. à num. 18. Olea de cession. iur. tit. 2. quest. 6. à num. 27. D. Francisc. Salgad. in Labyrinth. creditor. par. 1. cap. 27. à num. 9. Capic. Latr. decis. 124. num. 11. Ni lis agitetur de successione maioratus, nam in hoc casu seruanda sunt iura Regia statuentia formam his litibus, sine attentione fori personalis.

86 Sed si actio dirigatur simul ad usufructum, & proprietatem, cum simultaneus consensus, ac concursus Patris, & filij necessarius sit, dict. l. fin. §. Necessitate, vbi Bart. C. de bon. matern. Virgil. dict. cap. 4. nu. 102. Castill. dict. cap. 3. num. 13. Ripol. variar. cap. 3. num. 69. Marefcot. variar. (87) lib. 2. cap. 13. num. 2. Taliter, vt recusante Patre, cogi valeat, ad suscipiendam litem, Bart. l. 3. §. Num. quid, de contrar. tutel. act. ex Roderic. Suar. l. 13. De las acudas, nu. 34. Vanz. de nullit. Virgil. dict. cap. 4. num. 106. (88) Vtque iudicium sustineat, filius conueniendus est etiam in foro Paterno, ratione indiuiduitatis: nam cum Patris persona dignior sit, attrahere debet filium ad suum forum, Bart. l. Praecipimus, §. eodem obseruando, C. de appellat. Alex. & Bart. l. Iurisperitos, §. Cum oriundus, de excusat. tutor. Marth. de iurisdic. tom. 1. par. 2. cap. 1. num. 11. Ripol. variar. cap. 1. num. 509. Alex. Trentacinch. variar. lib. 2. tit. de Iudic. resol. 15. Nec cogendus erit Pater assistere filio, nec consensum præbere, tam agendo, quam excipiendo coram alieno Iudice: id enim esset in derogationem Paternalis iuris, ac Potestatis, ac reuerentiæ, cuius conseruatio induxit, vt Dignitas, seu immunitas Patri competens, ratione Dignitatis, trāsiret ad filios, Patre viuente, l. In filijs, C. de Decurio- (89) nib. lib. 10. vbi Platea tenuit,

quod in bonis adventitijs filius conueniendus est in foro Patris, Mendoz. de Castr. in l. Cū oportet, par. 2. n. 133. C. de bon. quæ liber. Franc. Marc. decis. Delphin. quest. 637. par. 1. Guid. Pap. quest. 389. vbi Addit. quod expressius scripserunt Rouit. cons. 60. n. 6. vol. 2. Ioan. Bapt. Toro, Compend. decis. verbo Filius Priuilegiati, Sanct. Felic. decis. 21. tom. de Elect. & variat. for. quest. 9. per tot. sect. 3. Ricci Pract. for. Ecclesiast. resolut. 449. num. 2.

90 Comprobatur ex l. Medicos, & ibi Glos. C. de Professor. & Medic. lib. 18. vbi ab Imperatore statutum inuenimus, quod filius, dum extat in Sacris Paternalibus, ad aliud iudicium adducendus non est, sed ibi conueniendus, vbi Pater, l. Grammaticos, l. Eodem, l. Viros, C. de Comitib. Consistor. l. In Sacris, C. de Proxim. Sacror. Scrinior. l. Multis, C. de Principal. agent. in reb. l. Quoties, C. de Priuileg. qui in Sacr. Palat. Militant. eod. lib. 10.

91 Ex supradictis iuribus, ac Doctrinis, insurgit alia questio per Doctores agitata, scilicet, quod cum incapacitas filij ad hoc, vt in Iudicialibus integer homo sit, proueniat ex vi Patriæ Potestatis, ex qua Pater habet administrationem, & usufructum bonorum adventitijs filij, indeque Patri competat ius standi, ac exercendi iudicia, tam actiuè, quam passiuè? vt ex dict. l. 1. C. de bon. matern. & l. Cum oportet, C. de bon. quæ liber. & quæ notauimus ex Castill. dict. cap. 3. & Salgad. Labyrinth. creditor. par. 1. cap. 27. ex num. 14. cum sequentib. Quare diximus, filium in his bonis conueniendum esse (92) se in foro Patris. Quid erit, si lege, vel voluntate testatoris cautum, ac dispositum sit, quod in bonis adventitijs Pater, non habeat usufructum, nonne filius integer homo censendus ad hoc, vt ipse sine consensu, ac licentia Patris agere in iudicio actiuè, ac passiuè possit, atque in suo foro conueniri debeat?

Sanè in hoc, dicendum primò: Quod casu, quo Pater lege, vel voluntate nullum ius habet in bonis filij, quo ad forum conveniendus est (93) filius in proprio; sed quo ad formam iudicalem, & capacitatem standi in iudicio, distinguendum ex mente, *l. Cum non solum, C. de bon. qua liber.* Nam aut filius est maior 25. annor. aut maior 14. aut minor.

94 In primo casu, quando filius sit maior viginti quinque annorum, ei omnia iura competunt, legitimâque habet personam standi in iudicio absolutè, absque Patris consensu, ac licentia, Paul. de Castr. Bald. Crot. in *l. 1. C. de bon. matern.* Cagnol. in *l. Frater à fratre, num. 160. de condit. in (95) debet.* Si verò filius minor sit viginti quinque annorum, & agere velit, aut conveniatur, & si nec defint, dicentes, necessarium esse consensum Patris, adhuc verior opinio est, posse filium agere, curatore ad litem nominato per Iudicem, sine consensu, ac Patris auctoritate, ex doctrina Bart. in *l. fin. §. Necessitate, nu. 2. C. de bon. qua liber.* quam defendit Petr. Barbof. in *l. 2. §. Quod si in Patris, num. 19. solut. Matrim.* Cagnol. dict. *l. Frater à fratre, num. 161. de condit. indeb.* Præcipuè, si ex legis, aut testatoris voluntate Patri præclusa fuit via quærendi ususfructum, ut distinguit eleganter Barbof. *l. 3. num. 8. solut. Matrim.* quæ relatis quam plurimis refert, & sequitur Castill. de *us. fruct. cap. 3. num. 14.* Salgad. *Labyrinth. creditor. par. 1. cap. 27. num. 30. & 31. adducens Surd. conf. 216. num. 21. Bertr. conf. 47. num. 12. lib. 1. ultra traditos à Castill. Amat. decis. March. 70. num. 21. Ioseph. Ludovic. decis. Perusina. 13. num. 2. Mastrill. decis. 83. Pont. conf. 19. nu. 28. Paschal. de virib. Patr. Potest. cap. 3. num. 84. & sequentib.*

96 Minore verò filio quatuordecim annorum. Tunc, & si Dom. Francisc. Salgad. dict. *cap. 27. num. 34.*

teneat administrationem bonorum, necessario Patri assignandam. Ex eo utimur suis verbis: *Nec tunc ei alius dabitur curator, quia Pater omnibus præfertur.* Et addit: *Quod est multum notandum, quia ut plurimum diceretur contrarium, ex Aretin. Cagnol. Salicet. & Corneo.*

97 Adhuc ex mente, & dispositione, dict. *l. Cum non solum, §. Sin autem, C. de bon. qua liber.* & quod in ea notat Paul. Castrenf. & si filius sit in prima ætate, ante septimum annum, aut in secunda ante quartum decimum, Pater administrator bonorum filij non erit, & si voluerit, nec pro filio agere poterit in iudicio; sed filio minori curator ad litem nominandus est à Iudice, Philip. Corn. Authent. *Excipitur, num. 1. vbi Salic. C. de bon. qua liber.* Cagnol. *l. Frater à fratre, num. 162. de condit. indeb. cum (98) pro extraneo Pater habeatur, Bart. in l. Lis nulla, de iudic. Capic. decis. 56. num. 4. & decis. 73. num. 10. Menoch. Amat. Bursat. & Ludovic. adducti à Paschal. de Virib. Patr. Potest. cap. 2. num. 84. par. 1. ut Bart. Cuman. Fulgos. Crot. Corn. & Doctor. post Pont. conf. 19. Paschal. dict. *cap. 2. Mastrill. decis. 83. per totam, præcipuè num. 8. & sequentib. Cald. Pereir. l. Si Curatorem, verbo Læsis, num. 147. Castill. dict. *cap. 3. num. 62. Ex Riminald. Thusc. Trentacinq. Capic. Cancer. Surd. & Peregr. Giurb. ad Consuetud. Messanens. cap. 7. Glos. 3. par. 1. num. 36. Vide prænotata ad casum ab Excellentissim. Dom. Crespi, Observat. ad decis. Valenc. Observat. 108. ex num. 5.***

99 Quæ sententia comprobatur ex mente, & assensu Stephani Gracian. (& si in contrarium illum adducat Salgad. *disceptat. Forens. cap. 365.*) ex eius verbis respondet ipsi Salgad. Sic Gracianus: *Quamvis si Pater esset suspectus, ut quia ei fuisset prohibitus ususfructus, tunc nec esset administrator bonorum si iij, & dabitur curator, Salic. in Authent. Excipitur, C. de*

bon. qua liber. Riminald. Jun. §. 1. num. 101. Instit. per quas person. nobis adquisit. Castill. de usufruct. cap. 3. num. 57. cum sequentib. Cald. de restitut. in integ. verbo Lesis, num. 145. Quamvis enim Pater sit legitimus administrator si velit, licet non habeat usufructum, tamen intelligitur, quando proprio motu recusat usufructum. Et sic ubi non est suspectus testatori, nec legi, & ita procedit, l. fin. §. Sin autem in secunda, C. de bon. qua liber. vt per Doctores in dict. Authent. Excipitur, C. eod. tit.

100 Et ne immoremur in hac materia: pro communi cum Graciano, Paschali, Castillo, Ponte, Masfrillo, dicendum est, quod si Patri ex dispositione testatoris acquisitio usufructus ex bonis filio relictis sublatam est, & Pater notus sit testato-

ri, nec administratio bonorum, nec tutela filij Patri concedenda; sed per Iudicem administrator nominandus. si à testatore designatus non sit, & absolutè curator ad lites, qui pro (101) minore agat. Quod secus dicendum (vt aliqui Scribentes) si prohibitio legalis sit: nam tunc Patri petenti administrationem bonorum filij, denegandam non esse, dicunt, quod verius credimus ratione Paternæ Potestatis; præcipuè, cum causa particularis in lege adhuc non inueniri possit, quæ remoueat Patrem à cura, & administratione bonorum filij; quod aliud est in testatore, quorum bonorum libera dispositio est, & cuius voluntas vt lex seruanda. Videndus Giurb. dict. cap. 7. Glos. 3. ex num. 30. vsque ad 47.

SEÑORIA A LAS NVERAS DE LOS CAVALLeros de Titulo, q̄ estuierē casadas cō los Primogenitos.

S V M M A R I V M.

- 1 **M**ulieres per Matrimonium naturam Virorum inducunt.
- 2 Vir nubens mulieri Dignitatem Ducatus, ac Comitatus habenti, efficitur Dux, Comes, aut Marchio.
- 3 Regnum Matrimonio queri ex lege Hispana.
- 4 Vir mortua uxore, an gaudeat honore, ac præeminentia competenti ratione Dignitatis uxoris, 5. Doctores referuntur tenentes, mortua uxore extinguunt Dignitatem viri.
- 6 Uxor morte cessant iura competentia viro ex vi Matrimonij in bonis uxoris, & num. II.
- 7 Maritus in honore competenti uxori, non habet ius irrevocabile, nec perpetuum, ultra metas Matrimonij.
- 8 Ius competens Augusto, transmissibile est: secus Augusta, & 10.
- 9 Principis Dignitas perpetua.
- 12 Præeumentia competens viro, ex Dignitate uxoris, ea extincta expirat.

- 13 Cessante causa honorum, cessat illorum prerogatiua.
- 14 Obsequia marito debita media uxore, cessant post mortem illius.
- 15 Maritus Aulico more inter Hispanos, etiam mortua uxore gaudet honore, ac Priuilegijs ab illa communicatis.
- 16 Honor viro questus causa uxoris, etiam ea mortua amitti non debet, & 18. Iure, 20. & 26.
- 17 Ius tertij causa questum, eius defectu non expirat.
- 19 Honor marito competens causa uxoris, ea mortua, non ex iure, sed ex urbanitate procedit.
- 21 Honorariū, & reuerentiale ius transit post mortem uxoris in maritum, & si ad alios transmissibile non sit.
- 22 Obsequiales opera debentur marito, etiam mortua uxore.
- 23 Reuerentia debita Patrono debetur, & illius personam representanti.
- 24 Reuerentiale obsequium irremissibile pacto.

- 25 Patroni persona Sacrosancta in exhibitione honoris.
- 27 Honorificum ius est permanens, non transmissibile.
- 28 Honor Dignitatis, translata Dignitate, non amittitur.
- 29 Titulati, qui Titulos refutant, non amittunt honores.
- 30 Opera officiales, & artificiales.
- 31 Opera, quæ estimationem recipiant, transmittuntur.
- 32 Opera diuiduntur in obsequiales, & officiales.
- 33 Obsequiales opera transmissibiles, & 36.
- 34 Obsequium Regibus, Superioribus, Patri, Marito, Patrono debitum, operam loco non habendum, 35. Quia à natura ortum.
- 37 Obsequium, & honor marito debitum uxoris causa, ea mortua non expirat.
- 38 Rex, mortua uxore, Rex, ex Marianna.
- 39 Dignitates Regales honorant maritum, etiam uxore mortua; quia radj sunt solij regij, & illius naturam recipiant.
- 40 Honor Magnatibus competens, morte uxoris non amittitur, ex more Autlico.
- 41 Honores à liberalitate Principum orti, non amittuntur mutatione Dignitatis.
- 42 Dignitas à Rege concessa, affixa habetur ossibus illius, cui creditur.
- 43 Magnates Patritia.
- 44 Patritia Dignitas morte tantum amissibilis.

DIGNITAS, AVT PRÆEMINENTIA
 competens mulieri, communis est viro: quæ etiam soluto
 Matrimonio perdurat, præcipuè in Dignitate,
 aut prærogatiua, vulgò: *De Grande.*

GLOSSA QVINQVAGESIMA
 prima.

Licet Iuris Consultorum
 responsa, Principum rescripta merito constituent virorum naturam coniugio induere uxores, illorum Nobilitate nitere, ignobilitate fucari, l. *Fœmina*, de *Senatorib.* l. *Cum te*, C. de *nupt.* l. *Mulier*, C. de *Dignitatib.* lib. 12. Anton. Fab. in *Cod.* lib. 3. tit. 18. diffn. 16. Bessold. *dissert. de iure Ciuil.* dissert. 2. cap. 11. num. 30. Philip. Kinisch. *de fideicommiss. familiar.* cap. 7. num. 52. & cap. 8. nu. 174. Ioan. Iacob. Dracon. *de Orig. & iur. Patrit.* lib. 3. cap. 12. ex num. 8. Theodor. Hoeping. *de iure insign.* cap. 7. §. 8. ex num. 338. & 339.

2. Adhuc tamen aliquando mari-

tus Dignitate vxoris honoratur, vt puta si mulier Ducissa, Marchionissa, aut Comitissa sit, virum tunc Comitem, Ducem, aut Marchionem constituit, vt recepta Doctõrum sententia testatur, Bald. cap. *Significauit*, vers. *Pone*, de *rescript.* Burg. de *Paz*, *Procem. leg. Taur.* num. 15. Tiraquel. *de Nobilit.* cap. 18. num. 40. ex Hostiens. in cap. *Rainuntius*, de *testament.* Auil. in *Procem.* cap. *Prætor.* num. 13. & 14. Ioan. Gutierr. *de Tutel.* par. 1. cap. 18. num. 40. Mastrill. *de Magistrat.* lib. 4. cap. 13. num. 37. cum sequentib. Ponte *de Potest. proreg. tit. 10. de diuers. prouis.* §. 1. à num. 16. cum sequentib. qui adducunt Garc. *de Nobilit. Glos.* §. 1. Gregor.

gor. Lop. i. 9. verbo *Llamar*, tit. 1. par. 2. l. 3. sub nu. 51. C. de *Marilegal*. lib. 11. *Fragos. de regimin. Reipubl.* par. 1. lib. 3. disp. 6. §. 10. num. 193. *Amaya l. ult. nu. 27. C. de Incol.* lib. 10. *Olea de cession. iu. tit. 3. quest. 3. num. 29. Giurb. de feud. §. 2. Glos. 13. à num. 91. Azeued. l. 9. tit. 1. num. 8. lib. 2. Recop. Anton. Per. ad tit. C. de Dignitat. lib. 12. num. 49. Capic. Galeot. controners. lib. 1. cōtrouers. 55. per tot. Qui omnes, & si mero iure locum non habere tueantur, consuetudine receptum clamitant *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 3. & lib. 6. cap. 5. Ioan. Iacob. Dracon. dict. cap. 12. num. 10.**

3 Iure Nostro in l. 9. tit. 1. par. 2. cautū est, Matrimonio Regnū quæri notetur, verbo: *La tercera razones por casamiento, è este es quando alguno casa con Dueña, que es heredera de el Reyno, que maguer el nõ venga de linage de Reyes, puede se llamar Rey despues que fue re casado con ella, vbi Montalv. & post eum Auil. dict. Proem. num. 15. qui nõ tantum consuetudine tenent; sed iure Matrimonij Regna quæri posse, D. Ioseph Vela, contr. H. spalens. contron. 4. à num. 2. ad cuius exemplum mouentur Dignitates regales, cum illorum naturam sequantur, Gutier. dict. cap. 18. num. 40.*

4 Sed cum verum sit maritos Dignitate vxoris decorari, siue iure, siue consuetudine inspecta, si mulier Dignitatem in dotem conferat, quæ honore Magnatis præfulgeat, illoque vtatur vir constante Matrimonio; indagandum subit, ea mortua filio relicto, ad quem transmittitur Dignitas, vel orbato manente ad alios successores; an maritus illud ius Magnatis amittat, vel sic personæ inseparabiliter imbibatur, vt gaudere possit ac debeat honore coopertionis, ac sessionis toto vitæ curriculo.

5 Hac in quæstione scripserunt, *Ponte dict. tit. 10. de discours. prouis. §. 1. num. 3. & sequentib. & post eum Mastrill. de M. ystr. dict. lib. 4. cap. 13.*

num. 48. latè *Fab. Capic. Galeot. lib. 1. contron. 55. per tot. Fragos. regimin. Reipubl. dict. §. 10. num. 194. vers. Illud etiam est, qui ex Bald. in l. 2. & l. Generaliter la 2. num. 5. & sequentib. Cod. de (6) Episc. & Cleric. qui vno ore fatentur, Priuilegia viro concessa, eique competentia virtute Matrimonij, illo dirupto antiquari, cum causa, ex qua Priuilegio gaudeat, per obitum vxoris reducatur ad non causam, deficiatque finalis, ac impulsua honoris, & præeinentiæ, neque iure dotis perpetuo penes virum permanet Dignitas; ex quo perempta censenda est, ac ius illud amissum dicendum absolute per vxoris obitum, vt ex *Ripa, & alijs latè Tiraquel. tract. cessante caus. num. 108. & cum Bos Panormit. Barbof. l. Quia tale, à num. 11. 23. & sequentib. solat. Matrim. Ponte dict. §. 1. à num. 35. Mastrill. dict. cap. 13. num. 50 & 51.**

7 Corroborantur supradicta ex eo, quod honor Magnitudinis possessus mediate per vxoris personam non præbet irreuocabile ius viro eo modo, vt mortua vxore penes illum remaneat: cum Dignitas possessa, ex iure ab alio dependenti, illo deficiente amittatur, nec eum sortiatur effectum, vt transmitti, seu protellari valeat ultra metas societatis maritalis, cum ex alieno, non ex proprio iure deriuetur. Sic in l. *Quod Principi, (8) de leg. 2. Ius transmissionis inuenitur in legato facto principi, & si antequam dies cedat, diem obierit: Secus in legato facto Augustæ, l. Augusta, eod. tit. Quam disparitatem ex illo conflare, notauit Glos. Gothofred. Bart. in dict. l. Quod Principi, & in l. Bello, num. 2. de Captiu. & Posthum. reuers. Fab. Capic. Galeot. dict. contron. (9) trouers. 55. num. 15. Quod Dignitas Principalis, cui legatum conferebatur per se, & immediate penes Principem exitit, quo extincto non euanescit: at in Augustæ mediate residet ex persona viri; vnde mortua*

(10) ea antequam dies cedat ius transmissionis non indulgetur, seu conseruatur euanescente quidē Dignitate eius obitu, cum non sit insolens facilius ea amitti, quæ medio iure alieno, non ex proprio pertinent, Tiraquel. *de Nobilit. cap. 18. num. 12.*

11 Et cum vir de gente vxore Magnus non existat; sed tanquam vsuarius illius Dignitatis ac honoris censeatur, fatis erepta, ius æstimabile penes eum non permanet, vt Magnatis honore fungi debeat, aut valeat, latè Ponte *de Potest. Proreg. tit. de diuers. Prouision. §. 1. ex num. 30.*

12 Etiam ex eo, quod præeminentia non est ea compagine viro affixa, vt mortua vxore ab illo facillimo negotio non auellatur, secundum mentem Paul. de Castro *in l. 2. num. 6. C. de Episcop. & Cleric. & Tiraquel. tract. cessante causa, num. 111.* dicentium id necessarium esse ad hoc, vt (13) Priuilegia, ac honores perpetuo dicantur perdurare, vt non extinguatur causa, ex qua concessa sunt, *l. Sordidor, C. de excusation. mun. lib. 10.* ibi: *Neque enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione diputatis, atque Militia indulgisse non constat,* vbi latè Luc. de Pæn. Petr. Barbof. *in l. Quia tale, num. 26. & 27. solut. Matrim. Surd. decis. 39. nu. 7.* vbi ex Natta *conf. 19.* & Bos *de Princip. num. 344.* tenet: Priuilegium concessum Regi vti Duci amitti per amissionem Dignitatis Ducalis. Idem *Surd. conf. 445. nu. 18.* Salgad. *de supplicat. ad Sanctissim. par. 2. cap. 5. §. 4. num. 4.* & *Labyrinth. creditor. par. 2. cap. 10. num. 43.*

14 Et quia iure cautum extat, vt obsequia marito debita media vxore ea diem functa non exhibeantur ei, *l. Liberti, C. de oper. libertor.* hoc de Ducali placito rescribit Alexand. *Liberti libertor. defunctorum operas, nec extraneis heredibus Patronorum, nec maritis Patronarum debent,* vbi Glos. Bald. & Salicet. Cum neque ad hæ-

redes, neque ad maritum transmissibiles sint, Cujac. *lib. 17. Observat. cap. 14.*

15 Sed quamvis hæc Scriptorum sinu foueantur, Aulicus stylus, valgò, vt iam notauimus: *Etiqueta* induxit, vt qui coram Rege caput cooperit, honoribusque Magnatis decoratur, licet Priuilegium media vxore possideat, ea præmorta, non amittat illum Nobilissimum splendorem: *De Grande,* sed toto vitæ curriculo conseruet. Quod præter expressam Constitutionem Regis Philippi, relata à Pichard. *de Nobilit. communicat. num. 61.* doctrinamque Tiraquel. & Ioann. Garc. consonum iuri esse demonstrauius. Nam si maritalis societas illustrat, regalisque Dignitas mariti vxorem Nobilitate perfundit, Ben. de Curt. *tract. de Nobilit. par. 3. num. 197.* vt ex Tiraquel. *de Nobilit. cap. 19. num. 39. & 40.* Hypolit. à Calib. & Frederic. Druteman. Ioan. Iacob. Dracon. *de iure Patrit. lib. 3. cap. 12.* Quid diuersum in marito indicetur ad hoc, vt qualitas, Dignitasve communis effecta per Matrimonium euanescat morte vxoris, per (16) maneat extincto marito: Cum semel hæc quæsitamitti nõ debeat, *l. Eos, C. de excusat. muner. lib. 10. l. 4. C. de Præpos. Sacror. Scriniar. l. 2. C. de Magistr. Scriniar. l. 2. C. de Præpos. Sacror. Cubicul. l. Quisquis, C. de Præf. Præf. (17) lib. 12.* vbi Glos. & Rebus. Nec nouum est in iure, vt ex alterius causa parta, etiam eo deficiente permaneat, *l. Si post mortem 10. §. fin. de honor. posses. cont. tabul.* vbi Bartul. D. Francisco de Amayal *ult. num. 25.* (18) *C. de Incol. lib. 10.* Ex quo dicendum Magnitudinis Excellentiam præeminentia cooperiendi post mulieris obitum penes maritum residere, cum honor à Dignitate possessa descendans, morte illius, cuius causa prouenit, non euanescat, sic ex *l. Mulieres, C. de Dignit. lib. 12.* Barbof. *l. Quia tale, num. 23. solut. Matrim.*

Ex his principijs hanc tenuerunt sententiam, Ioan. Garc. de Nobilit. *Glof. 1. §. 1. num. 45.* nouissimè reiecta Capic. Galeotæ resolutione, Olea de *cession. iur. tit. 3. quæst. 3. num. 34. & 35.* Anton. Perez ad titulum, C. de Dignit. *lib. 12. num. 5. ad fin.*

19 Et quâvis Ioan. Bapt. Thoro in *Compend. decis.* verbo *Fœmina Titulata*, & cum eo Olea *dict. num. 35.* fateantur id obseruari, receptumque esse; tamen non iure, sed ex vrbantate dicendum, cū duplex Dux, Comes, Marchio consilari non possit, maritus ex vi Matrimonij, & legitimus possessor Dignitatis, ad quam transmissa est iure successione.

20 Nihilominus dicendum, iure perpenso, etiam fati erepta vxore penes maritum permanere ius, vt honorificetur præeinentia, ac honore per Matrimonium sibi quæsito. Nam aliqua sic transeunt per Matrimonium (21) in maritum, quæ, & si ad alios successores transmissibilia non sint iure maritali post obitum vxoris cōseruantur; & inter alia præcipuum habendum, quod reuerentia, ac honor, quæsitus ex persona vxoris: istud morte non extinguitur; immo permanet, cum amissio aduersaretur naturæ societatis maritalis, Argument. *l. Amicissimos, in fin. de ex-* (22) *cas. tutor.* Hinc ortum, vt obsequiales operæ, merito post mortem vxoris debeantur. Nam, & si certum sit, vt diximus ex *l. Liberti, C. de oper. libertor.* mortua vxore, operas non deberi, fallit ex mente Gothofredi, ad illam leg. in obsequialibus, ac honorificis ex naturali, ac iuris consona ratione, *l. 2. C. de in ius vocand.* Cum (23) obsequia, quæ in memoriâ beneficij ex libertate collati Patrono præstatur, etiam personam Patroni repræsentantem debeatur, *l. Liberti 3. C. de libert. & cor. liber. Authent. vt liberti, de cater. Aureo non indig. annul. §. 1. ibi: Verumtamen seruent, etiam post hanc Nostram Constitutionem eis, qui ad*

tales perduxerunt honores omnem reuerentiam, & hoc, quod vocatur obsequiū, & reuerentiam rectè legibus introducam.

24 Quod sic Politicæ Sacrum habitum est, inuolabile, ac perpetuum hoc ius, vt etiâ pacto, irremissibile sit, vt ex *l. 1. C. de libert. & eorum liber. Cujac. de dot. al. instrum. Nouel. 78.*

(25) Ex honorabilibus, ac Sacrosanctis Patronorum personis, quo ad exhibitionem reuerentiæ à libertis præstandæ, *l. Liberti 9. de obseq. parentib. & Patron. & c. Ossuald. lib. 2. com-* (26) *ment. cap. 17.* Merito ergo, cum nec tantum maritus vxorem repræsentent; sed vna caro sint, vnicamque personam consent, honor, ac reuerentia ei collata, degente vxore, exhibebitur è medio sublata. Reuerentia (27) tale quippe ius, ac honorificentia, nec est tantummodo transmissibile; sed, & permanens, vt Gothofred. notat ad *dict. leg. Liberti.*

28 Nec facit, quod in aliū Dignitas transferatur, cum splendor tanti muneris, fulgorque honorificans perduret in antiquo possessore, quidquid in contrarium asserat Ponte de *Potest. Proreg. tit. 10. de diuers. prouit. §. 1. num. 30. Qui in tit. 3. de elect. offic. §. 8. num. 9.* assentit, quod illæ, qui renunciauit Dignitati, vel ab eo est trāsata, retinet Priuilegia illius, Bald. in *l. Eos, & l. Maximarum, C. de excusat. muner. lib. 10. nu. 19.* Et ex *Is-* (29) *sern. & Afflict. comprobatur Titulatos, qui Dignitates refutant in filios, etiam post refutationem gaudent Priuilegijs, ac honoribus Titulorum, Rouit. Pragmat. Regn. Neapol. de Titulor. abus. num. 24. & sequentib. Ponte conf. 31. num. 10. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. num. 73. & 74. Capic. Latr. decis. 35. & addit. quæ diuersam in marito induere naturam non debent, teste Casiod. lib. 6. Epist. 2. Nam mox, vt aatus erit in vite tempus reliquum fit coæuus, ornatus, indiuiduus, cingulum fidele, quod nescit ante*

de-

deserere, quam mundo homines contingat exigere.

30. Ad vero Excellentiorē cognitionem huius rei sciendum est secundum a Doctores melioris notæ, operas diuidi in Artificiales, & officiales: hæc cedi, nec transmitti possunt; illæ vero, quia æstimationē recipiunt, transmissibiles sunt: de quo Bart. in dict. l. Liberti, C. de oper. libert. Schifor liger. ad Fabr. lib. 3. tract. 16. quest. 3. Cujac. lib. 17. Observat. cap. 14. Donel. & Ossuald. lib. 2. Comment. cap. 18. Arias de Messa lib. 2. variar. cap. 16. num. 13. D. Ioseph Vela tom. 2. differt. 35. à num. 61. Amaya l. vnic. C. Ne opera à Collatorib. exigant. lib. 10. latè Olea de cession. iur. tit. 3. quest. 6. à n. 1. Petr. Gregor. lib. 14. Syntagm. cap. num.

32. Alij vero voluerunt, Officiales diuidendas esse in obsequiales, & Officiales. De quo vidēdi Doctores (33) res adducti. Obsequiales enim transmissibiles dicentes; non verò Officiales. Obsequium enim, honor, ac reuerentia Superioribus debita, & si ab aliquibus opera dicantur, verè opus dicendum non est: veluti, quod Regibus debent subditi, l. 18. (34) tit. 13. par. 2. Parentibus filij, l. 2. de iust. & iur. Bald. & Roman. in l. 2. de in ius vocand. Bessold. de Trib. Domestic. Societat. specieb. cap. 3. & 4. Georg. Schomborn. Polit. Maritis vxores, l. Alia, §. Eleganter solut. Matrim. Tiraquel. ad leg. Connub. l. 1. Glos. & l. 8. num. 9. Bessold. dict. differt. cap. 2. Dominis serui, latè Donel. & Ossuald. dict. lib. 2. Comment. cap. 9. Bessold. dict. differt. cap. 5. Patronis liberti. De quo Doctores adducti, nu. 31. præcipuè Bald. in l. Liberti, num. 7. 8. & 9. & Salic. num. 2. & 3. C. de oper. (35) libertor. Hi enim omnes subditi, vxores, filij, serui, liberti honorē, ac reuerentiam debent Regibus, Maritis, Parentibus, Dominis, ac Patronis, iure, ac natura, Cujac. lib. 17. Obseru. cap. 14. l. 12. & l. 18. tit. 13. par. 2.

(6) Et hoc reuerentiale ius transmissibile est ad hæredes ex ipso iuris, & naturæ dictamine, l. Sed si bac, §. Libertos, de in ius vocand. Alciat. l. Sciendum 70. num. 9. de verbor. signific. (37) Et si aliæ operæ non transmittantur, ideo reuerentia debita viro, vxoris causa morte illius non extinguitur, vt notat Gothofred. in dict. l. Liberti, C. de oper. libertor. Cum ad id nec extincta sit societas illa Maritalis, ex qua Romulea lex dixit: Mulier vero legitimè coniugata fortunarum, & Sacrorum sociæ illi esto. Cum correlatiua sint maritus, & mulier, & vni concessum, alij condonatum censeatur, Iaf. l. Non tantum, num. 7. de re iudicat.

38. His principijs innitti videbantur, quæ prænotat Marianna, lib. 28. Histor. Hispan. cap. 13. his verbis: Iunto con esto, que se deuia llamar Rey de Castilla, assi por el Titulo de usufructuario, como porque fue marido de la Inclita Reyna Doña Isabel, alegaua à este proposito el exemplo de el Rey Don Iuan su Padre, que despues de muerta su primera muger, se continuò à llamar, y fue vcrdadero Rey de Nauarra: si bien quedaran hijos de el primer Matrimonio, y el Reyno era de la Madre.

39. Sed quamvis dici valeat hæc procedere in Dignitate Regia, ob cuius prærogatiuam, ac magnitudinem Regij radij virum per illustrent; sed ad cæteras Dignitates extendi non valeat; adhuc tamen cum regales Dignitates, vt Magnatis, Ducalis, Comitium, ac Marchionalis (de quo latè supra) sic adhæreant Regiæ Maiestati, vt censeantur nunquam ab illa recessisse; immo sint radij Regij Diadematis, Roder. Suar. l. Quoniam in Prioribus, limit. 11. dab. 1. num. 1. æquo iure regulantur, Mier. de maiorat. par. 1. quest. 26. num. 40. in eo, quod attinet ad honores indiuisibilitatem, & Primogenituram, vt diximus dict. Glos. 30. Vt dicamus has Dignitates pariter ab vxoribus posses-

fessas Nobilitate virum, sicut Regalis, etiamque honorem ab illis deductum, diem functa vxore perdurare, vt ex Hostiens. Tiraq. & Ioan. Garc. notat Pichard. *de Nobilit. Communic. dict. num. 62.*

40 Hæc enim omnia procedere nota circa ea, quod maritus post vxoris mortem decorata Dignitate Magnatis, debeat honorari appellatione reuerentiali: *De Señoria*, valeat: Præexcellenti: *De Excelencia*. Sed quo id vt seruentur illesæ Infule Sefsionis, ac coopertionis coram Rege, præcipuum Magnitudinis culmen, post adductos *Glof. de Origin. Magnat. Capic. Latro decis. 35. num. 18. Gamma decis. 1.* Scribaturque Titulo: *De Primo*. Alio ex Illustriori Origine prouenit, non laudato ex iuris communis regulis, sed accepto à Supremæ Maiestaticæ Authoritatis, Magnificentia, ac Benignitatis Arcano.

41 Notum quidem est, Placitoque Regum, ac Principum seruatam, Moreque Aulico acceptum, vt honores à tranquillitate Sacri Consistorij, Aulæque Regiæ meritos, *l. 1. C. de Comitib. Consistorial. lib. 12.* A clementiaque Maiestatis ortos: nec amittantur mutatione Dignitatum; immo omnifarie obseruantur, *l. 1. C. de Silenciar. lib. 12.* Cum Natiuum sit Maiestatis, Marian. *de Reg. & Regis Instit. lib. 2. cap. 12.* *Intelligat nihil esse magis regium, quam posse subditis benefacere, eos non deturbare; sed augere, l. Cum multa, C. de bon. qua liber. l. 1. C. de Domestic. & Protector. l. 3. C. de Proxim. Sacror. scriin. lib. 12.* *Cassiod. lib. 1. Epist. 12.* *Nec tamen benignitas Nostra vna remuneratione contenta honorem geminat, augmenta procurat, & eo studia dona reparat, quasi debeat amne quod prestat.*

42 Hinc ortus Doctorum assensus, innixus Imperatorum scriptis, *l. vnic. C. de Comit qui Prouinc. Reg. l. fin. C. de Decurionib. lib. 10. di-*

centium, Dignitatem semel concessam, honorem ortum à clementia Maiestatis, sic ossibus honorati affixum, sic irreuocabiliter, vt nulla ex causa amittantur; sed permaneant quantum honoratus vixerit, *l. Eos, l. Eam, C. de excusat. muner. Marc. Anton. Surg. Neapol. Illustr. cap. 23. num. 47.* *Frech. de subfeud. lib. 2. tit. Quis dicatur Dux, num. 20.* *Afflict de feud. Marchion. num. 12.* *Moz. de feud. tract. de his, qui feud. dar. possess. num. 15.* *Pont. conf. 31. num. 10. & 11.* *Mastrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 13. num. 7. & sequentib. vide adductos Glof. seq. num. 12. & 13.* Quod præcipuè in prærogatiua, ac Excellentissimo honore, more Hispano competenti Magnatibus, illa enim seruanda est, etiam post dissolutam morte vxoris societatem Matrimoniale. Hic (43) enim honor semel quæsitus, naturæ honoris Patricialis habendus, cum Magnatum Dignitas Patricia censeatur in omnibus, tam inter Nos, quam Gallos, *Budæus not. ad l. ult. de Senatorib. Renat. Chopin. Doman. Franc. lib. 3. tit. 7.* *Ioan. Iacob. Dracon. de iure Patric. lib. 2. cap. 4. num. 11.* *Æguinar. Baron. ad tit. de (44) Senatorib.* Ideo semel culmen Magnitudinis quæsitum Patriciatumque, *Cassiodor. lib. 6. Epist. 2.* in admittibile erit, vt diximus, quia mox vt datum in vitæ tempus homini est coæuum, habeturque ornamentum indiuiduum, cingulum fidele, quod nescit ante deferere, quam de mundo homines cõtingat exire, *Cassiod. dict. Epist. 2.* Præcipuè attento, iure Maiestatis, Regiæque Authoritate, cum lugubre esset, vt hi, qui attento splendore viguerunt, & in Aula Regia inter obsequia numerosa ante pedes Regios infederunt primi, *Cassiod. lib. 7. Epist. 5.* amisso honore præterirentur, vt incogniti, *l. vnic. C. de Quæstor. & Magistrat. offic. lib. 12.*

S V M M A R I V M.

- 1 **M**aritus Dominus honorum dotalium.
- 2 Vxor est sub Potestate viri.
- 3 Maritus est Dominus honorum totaliter, quod nullus permaneat in vxore.
- 4 Mulier est verè Domina honorum dotalium.
- 5 Dotalium honorum Dominium qualiter habeatur, ex mente varia scribe-
ntium.
- 6 Dotalium honorum verum Dominium penes vxores est, non penes Maritum, & num. II.
- 7 Maritus dotalia bona alienare non potest.
- 8 Dotalium rerum fructus competunt Marito, non ratione Dominij; sed oneris Matrimonialis.
- 9 Maritus fructus dotis lucratur, quia alit vxorem.
- 10 Dotis fructus augere dotem, si Maritus onera non sustinet Matrimonij.
- 12 L. in rebus, C. de iure dot. circa Dominium honorum dotalium exponitur.
- 13 Dominium honorum dotalium inestimatum, penes vxorem est.
- 14 Bartoll verba declarantur, circa honorum dotalium Dominium, ex Constitutione dict. l. In rebus, C. de iure dot.
- 15 Mulier Domina honorum dotalium, per anticipationem.
- 16 Maritus administrator honorum dotalium.
- 17 Maritus iure Saxonico administrator, & Curator honorum Mulieris.
- 18 Dotalium honorum periculum, ad Mulierem, tanquam Dominam veram pertinet.
- 19 Periculum rei, ad verum Dominum pertinet.
- 20 Mulier absolutè Domina dotalium honorum.
- 21 Vsufructu in dotem dato, an fructus sint absolutè Mariti, vel augeant dotem, taliter, ut in casu restitutionis competant vxori, vel heredibus? 22. Doctores scribentes referuntur.
- 23 Maritus tenetur restituere fructus vsusfructus dotalis, si ipsi fructus in dotem dantur, ex Gregor. Lop. 24. Quod sequitur Sarmiento, si specialiter alia pensio in dotem confertur, 25. Secus, si inter dotalia bona connumeratur in dotem.
- 26 Fructus census vitalitij in dotem dati, ad Maritum pertinent absolutè, ex Rodriguez.
- 27 Fructus census vitalitij in dotem collati restituendi a Marito absolutè, ne vxor remaneat in dotata.
- 28 Fructus absolutè in dotem dati, non pertinent ad Maritum: sed restituendi, tanquam fors principalis.
- 29 Maritus fructus vsusfructus in dotem dati, suos facit, nec ei restituere tenetur, tanquam fors principalis, soluto Matrimonio, ex l. Dotis fructus, §. Si vsusfructus, de iure dot. 30. & ex l. Si conuenerit, de Pact. dota-
lib. 45.
- 31 Fructus, seu emolumenta officij in dotem dati, restituendi non sunt Mulieri.
- 32 L. Si vsusfructus, de iure dot. refertur.
- 33 Fructus vsusfructus, seu annui redditus, restituendi Mulieri, tanquam principale, cum aliter radix dotis non remaneret.
- 34 Vsufructu fundi ad Maritum perti-
nente in dotem dato, si soluat Matrimonium, & si eo durante consolidetur, denuò cõstituitur in fauorem vxoris, ut remaneat radix dotis.
- 35 Vsufructu in dotem dato cauebit Maritus, soluto Matrimonio, passurum se vxorem uti, & frui illo.
- 36 Vsufructu in dotem dato in fundo, cuius proprietates competit vxori, soluto Matrimonio remanet radix per consolidationem.
- 37 Maritus fructus dotis non amittit, nisi pacto expresso constituatur.
- 38 L. Vxori, 37. de vsufruct. legat. exponitur, & reijcitur ex ea mēs Sar-

- 39 *Fructus consumentes substantiam rei dotalis, ad Maritum non pertinent.*
- 40 *L. Divortio, §. Si vir, solut. Matrim. declaratur, & 41.*
- 42 *Fructuum appellatione, multa continentur.*

- 43 *Arbore gremiali in dotem data, germen ad Maritum pertinet.*
- 44 *Lapides ex lapidicinis renascentes, ad Maritum pertinent, & quando, 48.*
- 46 *Maritus non tenetur restituere rem extinctam fatalitate ipsius, 47. non facta ipsius.*

MVLIER PER MATRIMONIVM AN SIC transeat in Potestatem viri, vt Dominium bonorum ad vxorem pertinentium, Mariti censeatur? Et quid, si vsusfructus, vel annui redditus in dotem dentur, an absolutè fructus Mariti sint, vel soluto Matrimonio restituendi vxori, vel heredibus, tanquam fors principalis dotis?

GLOSSA QVINQVAGESIMA secunda.

EX supradicta Maritalis societatis virtute, fortunarum promiscuum vsum, Livioli lib. 1. dixit Corrasius *Miscellanar. lib. 5. cap. 14. num. 14.* Bonorum dotalium esse Maritum verum dominum, penesque eam existere efficacem Dominium illorum omni iuris mente attentata, Fontanel. *de Pact. nupt. Glos. 1. par. 2. clausul. 6. num. 13. tom. 2.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 3.* Bessold. *de trib. Domestic. Potest. speciebus. cap. 2.* Osswald. *ad Donel. lib. 13. cap. 18. in not. & qualitate Glos. anteced. retulimus.* Taliter, vt

(2) subiectio, ac Translatio vxoris ad Potestatem viri, sic vxorem Constituat, vt Ciuilitè agendo, vel partiendo, pro nihilo habeatur, præcipuè, quo ad bona collata in dotem, attenda in eis tantum viri qualitate.

3 Hinc quæritur, an rerum dotalium Dominium per Matrimonium sic in Maritum transeat, vt penes vxorem nullum remaneat? In quo

variè agunt Doctores: Ex textu enim in *l. Dotali 13. §. Dotale prædium, de fund. dot. l. Si prædium 23. C. de iure dot. l. Doce ancillam, de rei vindicat.* tenent, Dominium verè rerum dotalium, ad Maritum pertinere.

4 Ad vxorem verò, penesque eam remansisse verum, & plenum Dominium, deducunt Scribentes, ex *l. Divortio, §. Si fundum, ibi: Quasi in alieno inventi, solut. Matrim. l. 3. §. Sed utrum, de minorib. l. Filium, de collat. bonor. l. Quamvis 28. de iure dot. l. In rebus, C. eod. tit. l. Aviduis, C. Qui potior in pignor. habeant.*

5 Ex his, & alijs, Scriptores latissimè agunt, circa huius Domini rerum dotalium existentiam, in quo immorandum non est. Sed ad distinctiones ab eis traditas deveniendum. Alij tenent: Maritum dotalium bonorum Dominum esse; alij, vxorem retinere Dominium; alij, tertiam viam eligentes asserunt, fictè, quo ad effe-

ctus

ctus Ciuiles à lege expressos Maritū esse dominum; vxorem verò ad omnes à lege non expressos dominam esse, à quo illud deducunt de Dominio vero, & ficto. Alij asserunt, Maritum, & Vxorem Dominos dici, Maritum Ciuilitè, vxorem naturaliter; aliqui, vsufructuarium tantum esse Maritum. Nec desunt, qui dicant de præsentì, Maritum Dominum esse; vxorem verò in spe: alij reuocabiliter, Dominium existere penes Maritum, vel Quiritariū; Bonitarium verè penes vxorem. Quæ omnia, ommissis antiquis Scriptoribus, congerunt post Duaren. *ad tit. solut. Matrim. cap. 1.* Corraf. *Miscellanar. lib. 5. cap. 14.* Arias Pinel. *l. 1. C. de bon. Matern. par. 3. num. 13.* Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 23. à num. 6.* Barbos. *in l. Diuortio, §. Si fundam, l. Dotalem 62. solut. Matrim.* Nicol. Garc. *de Benefic. cap. 9. §. 1. à num. 149. par. 5.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 1. cap. 12.* Fontanel. *de Pact. nuptial. claus. 6. par. 1. Glos. 2. ex num. 13.* Valenç. *conf. 31. num. 44.* Staphil. *Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 4. num. 58. & 59.* latè Castill. *de vsufruct. cap. 4. per tot.* quam plures, vt solet referens Ossuald. *ad Donel. lib. 14. cap. 4. litt. F.* Mar. Giurb. *consuetud. Messanens. cap. 3. Glos. 5. par. 1. num. 35.* D. Ioseph Vela *dissertat. Hispalens. dissert. 1. num. 39.* Anton. Fabr. *coniecturar. lib. 17. cap. 17. & in Cod. lib. 4. tit. 22. diffin. 6. num. 8.* & de error. *Pragmat. Decad. 26. error. 8. num. 35.* Anneo Robert. *rer. iudicatar. lib. 4. cap. 19.* Ioan. Chopin *obseruat. iur. lib. 1. Obseruat. 103. num. 5.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 13. num. 1. & 6.*

6 Sed si Nostrom licet in hac re interponere iudicium, tam iure communi, quam Hispano, dubij ferimur, quo fundamento Doctores, Dominiū dotalium rerum penes Maritum constituant: immo credimus absolutè penes Mulierem esse; verum, nec fictū, nec Quiritariū esse penes virum Sed nouo iure, seu Hispanica Constitu-

tionè, aliarumque Provinciarū legibus, aut moribus, vt latè, & elegāter Ossuald. *dict. lib. 13. cap. 18. in not. sic addens: Vera autem societas, & communio proprietatis honorum utriusque, nec Canonico, nec Ciuili iure, inter coniuges, latè Giurb. Consuet. Messan. cap. 1. Glos. 1. & 6.* Ad Maritum dotalium rerum pertinere fruitionem interim, dum Matrimonij onera subiit: ni bona sic in dotem tradantur æstimata, vt vera illorum venditio habeatur, ex venditioneque in Dominium Mariti absolutè Constituantur.

7 Ducimur ad id. Primò, ex factis noto legis Iuliæ principio, ex qua cautum est, Maritum nullatenus posse dotalia bona alienare, *l. Lex Iulia, & sequentib. de fund. dotal. l. Vnic. §. Cum res, C. de rei vxor. act.* Barbos. *l. 1. par. 5. num. 2. solut. Matrim.* Arias Pinel. *l. 1. 3. par. nu. 73. C. de bon. Matern.* Anton. Gom. *in l. 50. Taur. num. 63.* Fontanel. *de Pact. nupt. claus. 7. Glos. vnic. par. 1. num. 14. & 18.* Hermosill. *l. 22. Glos. 5. num. 3. & sequentib.* Quod fecus dicere fateremur, si sic per Matrimonium in Maritum transferrentur, vt verè ad illum illorum pertinerent Dominium, Bart. *in l. Et si dotis, de iure dot.*

8 Secundo, quod fructus rerum Dotalium non pertinent Marito ratione Domini; sed oneris Matrimonij, *l. Dotis fructus, l. Si quis Stubicum, §. Ibi dos, de iure dot. l. Pro oneribus, C. eod. l. 25. tit. 11. par. 4.* Bart. *in l. Diuortio 8. num. 11. solut. Matrim.* Barbos. *in l. Si constante, num. 1. cod. tit.* Surd. *de aliment. tit. 1. quest. 32. num. 24.* Giurb. *Consuetud. Messan. cap. 3. Glos. 5. par. 1. (9) num. 9.* Seu in compensationem damni possi per Maritum alēdo vxorem, vt post Immol. & Alexand. *l. In Insulam, §. Vjuras, solut. Matr.* Giurb. *dict. cap. 3. num. 10.* Anton. Gom. *l. 50. Taur. num. 33.* Pater Molin. *de iust. & iure, disp. 423. nu. 5.* Fontanel. *de Pact. nuptial. claus. 6. Glos. 2. par. 1. à num. 1.* Ioan. Gatierr. *Practis. quest. 33. n. 14.*

Aluar. Valasc. *de partit. cap. 29. num. 1.*
Barbos. *l. Diuisione, num. 4. solut. Ma-*
trim Hermosill. l. 10. Glos. 4. num. 161.
cum sequentib. D. Ioan del Castill. lib.
3. cap. 23. num. 57. & 58. Capic. Latr.
consult. 37. num. 39.

10 Et si vera est Scribentiũ Do-
ctrina, dicẽtium, fructus dotis auge-
re dotem, quãdo Maritus onera Ma-
trimonij non sustinet, *l. Ante nuptias,*
solut. Matr. l. Dotis fructus, §. 1. de iure
dot. Greg. Lop. l. 25. tit. 11. par. 4. ver-
bo Fructus. Etiam constante Matrimo-
nio, & extra casus, *dict. l. Ante nup-*
tias, vt post Bald. & Anton. Gabriel,
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. cõ-
vention. lib. 11. tit. 19. num. 17. dicere
(11) cogimur: necessario nullum esse
Dominium penes Maritum, nec fi-
ctum, nec Quiritarium; immo cum
Ioan. Baptista Costa *de rat. rat. quast.*
52. num. 7. Maritum rerum Dotalium
exercitium tantum, seu administra-
tionem habere, Merlin. *de pignorib.*
lib. 2. tit. 1. quast. 18. num. 45.

12 Quæ sententia Nostro vide-
ri fulcitur, ex ipsa dispositione, *l. In*
rebus, C. de iure dot. Nam, quidquid di-
cant Scribentes, illius textus series,
dum per iuris subtilitatem, ad Patri-
monium Mariti transire dotales res,
(13) decreuit, de rebus æstimated
æstimatione faciente vẽditionem, in
dotẽ datis intelligenda est, non enim
de rebus inæstimated; nam in his Do-
minium vxoris esse, ac permanere, di-
xit Imperator, & ita distinguit Go-
thofred. *litt. N. Res dotales inæstimata*
manent vxoris: æstimata subtili iure sunt
Mariti. A quo nec dissentit Bart. in
dict. l. In rebus; immò per illam Con-
stitutionem, sublatũ tenet antiquum
ius, quo Marito competeat Domi-
nium bonorum dotalium.

14 Nec obstat ipsius Bartoli
doctrina, *dict. l. In rebus,* dicentis: *Et*
non est dubium, quod constante Matrimo-
nio est in bonis viri: Nam hoc intelli-
gendum est de bonis dotalibus æsti-
matis; quod ex ipsa lege dignoscitur,

dũ enim loquitur de rebus dotalibus
æstimated, sic disponit Imperator:
Posse sibi priorem causam in his per hypo-
thecariam vindicare, cum eadem res, &
ab initio vxoris fuerint, & naturaliter
in eius permanserint Dominio. Concede-
des ipso iure Mulieribus ius rei vin-
dicationis, quod ratione Dominij cõ-
petit; dum verò de æstimated loquitur,
in rem actionem hypothecariam
confert, non ex proprio iure; sed ex
Priuilegio nouiter Cõstituto ab Im-
peratore: *Volumus itaque eam in rem*
actionem, in huiusmodi rebus, quasi pro-
prijs habere, & hypothecariam, omnibus
anterioribus possidere, vt siue ex natu-
rali iure eiusdem Mulieris res esse intelli-
gantur, siue secundum legum subtilita-
tem ad Mariti substantiam peruenisse vi-
deantur per vtramque viam, siue in rem,
siue hypothecariam, ei plenissimẽ consu-
latur, vbi notanda sunt illa verba
Bald. in ipsa leg. num. 6. Quasi ista tra-
ditio refertur ad res æstimatas. Quã di-
stinctionem sequitur Salicet. in dict.
l. In rebus, num. 3. Anton. Fab. lib. 8.
coniecturar. cap. 12.

15 Ex quo credimus, verè Mu-
lieres dotaliũ bonorũ dominas dici,
per anticipationẽ, non per spem, sicuti
de filio familias in *l. In suis, de liber.*
& posthum. distinguit Alciat. lib. 2. Pa-
(16) rerg. cap. 15. ac quod verè Do-
minium sit penes eas. Ius verò Mari-
ti ad res dotales inæstimated admini-
strandis, ac percipiendi fructus, vt di-
ximus, ratione onerum Matrimonij;
quod verè explosis vtrisque senten-
tijs, tenet Barbos in *l. Dotalem, n. 8. &*
9. solut. Matr. Arias Pinel. lib. 1. par. 3.
num. 12. & 13. C. de bon. Matern. Surd.
decis. 278. num. 6. Molin. de iust. & iur.
disp. 426. num. 6. Et hoc, vt diximus, si
Maritus onera Matrimonij sustineat
l. 25. tit. 11. par. 4. Paul de Castr. in l.
De diuisione, num. 13. solut. Matr. Surd.
decis. 211. n. 27. Ant. Gom. l. 50. Taur.
n. 33. P. Mol. de iust. & iur. disp. 432. n.
2. Monter. decis. Arag. 17. n. 65. Font.
de pact. nupt. decis. 6. Glos. 2. par. 2. n. 15.

17 Ex quo, iure Saxonico Maritus curator vxoris censetur, & omnia bona illius in administrationem, & curam recipit, Harman. Symmac. Pistor. *Observat.* 155. ex. num. 1. Ioan. Chopen. *lib. 1. Observat.* 58. num. 11.

18 Inde Iur. Consult. in l. Plerumque, de iure dot. in æstimatorum rerum dotalium periculum, nõ ad Maritum, sed ad vxorem pertinet; quod secus in rebus æstimatis, l. *Æstimatorio* § 1. l. *Æstimatoria* § 2. *solut. Matrim.* Vnde enim? ni ex eo, quod notat Bart. in l. *Meuia*, *solut. Matrim.* Quod dum datur fundus æstimatus transfertur in virum Dominium verè; quando verò inæstimatus, Periculo Mulieris res dotalis amittitur, l. *Si res æstimata*, §. *Si Mulier*, de iure dot. ibi: *Ceterum si simpliciter dedisset, pro cuius dubio periculo eius moreretur, non Mariti, vbi Glos. verbo Si simpliciter, id est non æstimatū, l. Plerumque, de iure dot. l. Cum dotem, C. eod. l. vnic. §. Et cum lex, C. de rei vxor. act. l. 19. tit. 11. par. 4. & ibi Gregor. Lop. Couarr. *Pract.* cap. 28. num. 5. Barbof. *dict. l. Æstimatis* § 1. *solut. Matrim.* num. 5. Staphil. *Pacif. de Saluian. interd. inspect.* 3. cap. 4. nu. 56. & 59. Molin. *dict. disp.* 426. num. 2. Anton. Fab. *lib. 7. coniect.* cap. 5. Cancer. *vari. par. 1. cap. 9. num. 100.* Quia penes eum inest Dominium.*

19 Et nulla Nostro, & si ignauo iudicio maior ratio inveniri potest ad hoc, vt dicamus, inæstimatorum rerum dotalium Dominium ad vxores pertinere, quam quod rei dotalis periculum ad mulierem pertinet, cū sit in iure cognitum, periculum rerum ad Dominum pertinere, cap. 1. *Commod. l. Id, quod de peric. & commod. rei vendit. l. 1. l. Cum inter, C. eod. Menoch. conf.* 854. num. 21. Paul. *Parif. conf.* 47. num. 17. *lib. 1. Dec. conf.* 102. *Mantic. de Tacit. convent. lib. 6. tit. 21. num. 14.* *Surd. conf.* 155. num. 8. *Ant. Amat. resolut.* 20. num. 40. latè *Salgad. in Labyrinth. creditor. par. 3. cap. 10. per tot.*

20 Et taliter hæc vera sunt, vt nec cum Bald. *dict. l. In rebus*, nec cum Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 23. num. 6.* Staphil. *Pacif. de Saluian. interd. inspect.* 3. cap. 4. nu. 58. audeamus dicere, diuersis respectibus Maritum, & vxorem Dominos esse rerum dotalium, nec sequendam Dominiorum distinctionem inter Directū, & Vtile, Naturale, & Ciuile, Quiritarium, ac Bönitarium. *lib. 1. cap. 10. num. 1.*

21 His enim omnibus summam prænotatis, ad casum Nostræ principalis quæstionis deueniendum est, *Osswald. enim lib. 14. Comment. cap. 4. in not. litt. F.* quærit, an si Marito iura, seu vsufructus dentur in dotem, ipse illorum Dominus sit, taliter, vt irreuocabiliter suos faciat fructus, seu percepti sic augeant ipsam dotem, vt teneatur eos restituere vxori, aut hæredibus, tanquam dotem. De quo, aliqui Doctores citandi agunt latè, circa quod dicendum: Si, vel annui redditus ad vitam, vel aliud simile ius temporale in dotem concedatur, an ius, seu fructus illius iuris ad Maritum pertineat absolutè, vel soluto Matrimonio restituendi sint ad Mulierem, vel hæredes, computato iure, seu fructibus perceptis, tanquam principale ipsius dotis?

22 In qua quæstione scripsere *Gregor. Lop. l. 25. & 27. tit. 11. par. 4.* *Sarmient. Select. lib. 3. cap. 10.* *Spino specul. testament. Glos. 13. num. 67.* *Ioan. Garc. de expens. cap. 23. num. 5. & de coniugal. ac quæst. num. 174.* *Barbof. in l. Divortio 8. §. Si vir, num. 9. & 10. solut. Matrim.* *Ioan. Gutierr. de tut. el. par. 3. cap. 35.* *Parlad post Sexquicent. quæst. 4.* *Morquech. de diuision. honor. 2. par. cap. 11.* *Costa de rat. quot. & rat. quæst. 131.* *Stephan. Grac. discept. Forens. cap. 756. num. 6. & 7.* *Cumulat Doctores suo more, Noguier. allegat. 19. num. 6.*

23 Quorum resolutionem suo ordine distinguemus, *Gregor. enim Lop. in dict. l. 25. verbo Fructus, tit. 11.*

¶ 17. 4. ex text. in *l. Dotis fructus*, §. *Si ususfructus de iure dot.* tenet fructus usufructus absolutè ad maritum pertinere, quando usufructus in dotem datur; secus vero si fructus provenientes ex usufructu, & *l. 27. verbo Despuer.*

24 Aliam distinctionem adducit Sarmiento *Selectar. dict. cap. 10.* quem sequitur Spin. *specul. testamentor. Glos. 13. num. 67.* Quod si specialiter usufructus, aut annua temporalis pensio in dotem datur, fructus ad Maritum (25) pertinet; secus quando specialiter non est datus, sed vitalitia pensio, aut census inter cætera bona do- (26) talia confertur. Et quamvis distinctio illa à Sarmiento tradita rejiciatur à Rodriguez *de Annuis redditib. lib. 1. quest. 3. à num. 15.* tamen *num. 18.* absolutè tenet per Maritum fructus annui census vitalitij, restitui non debere; sed ad eum irrevocabiliter pertinere tanquam commodum dotis.

27 Morquech. *de divis. bonor. 2. par. cap. 11. num. 19.* Ioan. Gutierr. *de tutel. cap. 35. à num. 2.* credunt, absolutè per Maritam restituendos esse fructus ex annuo vitalitio censu perceptos, tanquam principalem dotem, quam Maritus extinguere sine obligatione restitutionis non valet, alias mulier in dotata remaneret, destructa radice dotis, ac consumpta illius substantia. Sequitur Costa *dict. quest. 31.* Parlad. *dict. quest. 4. num. 6.* præcipuè, si sortis *Principalis* nomine usufructus, ac vitalitius census datus est, Stephan Gracian. verò hanc materiam tangit, nec quidquam resoluit; sed Doctores, utramque doctrinam tenentes refert

28 Et omisis iuribus ab Scribentibus adductis, Paul. de Castro in *l. Si Pater puella, C. de inoffic. testament.* per text. in *l. Si convenerit, de Pact. dotal.* tenet, quod si per Mulierem in dotem dantur fructus, non pertinent ad Maritam irrevocabiliter: Sed erunt

in dotem fructus, & fructur iste usuris, quæ ex fructibus collectis, & in dotem reductis percipi possunt; quod secus erit si fundus in dotem datur: nam tunc fructus ad Maritum pertinent, cum substantia dotis conferuetur in fundo, & fructus Marito competant iure proprio maritali.

Hanc Doctrinam, Doctores supra allegati, scilicet, quod annua pensio, aut fructus ex usufructu percepti, restituantur vxori, tanquam dos, comprobant ex text. in *l. Diuortio 8. §. Si vir, solut. Matrim. l. Vxori 35. & l. Vxori 37. de usufruct. legat.*

29 Sed, & si in hac materia Nostri interponere iudicium, facilitatis, ac temeritatis sit; attamen cum videremus illam agitatam in Supremo Consilio, & ter fuisse remissam adstantibus Supremis Magistratibus trium Aularum, & adhuc nec digestam fuisse cognouimus, pro Nostri tantorumque virorum dubitatio sensu, ne acquiescentium menti, ac doctrinæ Doctorum, audacter fatendum, dicimus: Maritum, si in dotem receperit usufructum, vel ius ad percipiendam aliquam pensionem vitalitiam, aut censum, non teneri restituere vxori, soluto Matrimonio morte, vel diuortio, nec hæredi fructus, aut pensiones perceptas; ni tantum illud ius, in quo usufructus constituitur, aut ius ad perceptionem redditus annui. Ad quod (salua Doctorem in hac quæstione scribentium pace) adducimur ex Iuris Consulti resolutione in *l. Dotis fructus*, §. *Si usufructus de iure dot.* ibi enim quærens Vlpianus, an si usufructus in dotem sit, fructus pertineant ad Maritum, vel restituendi soluto Matrimonio? Respondet: Ius percipiendi fructus in dotem esse, non fructus; ideò marito competunt, etiam sine spe restitutionis.

30 Quæ dispositio Vlpiani in *dict. §. Si usufructus*, videtur secundum mentem, *l. Si convenerit, de pact. do.*

dot. al. vbi pacto expresso fieri potest, quod fructus rei, vel fructus vsufructus in dotem convertantur, solutoque Matrimonio restituantur tanquam dos; sed si pacto expresso id tantum non est, seruanda responsio, *dict. §. Si vsufructus*, & fructus in dotem non erunt, sed ius tantum eos percipiendi; quod tenebitur Maritus restituere, Gothofred. *in dict. l. Si conde-* (31) *nerit.* Quod ex legali dispositione seruandum in officio vitalitio in dotem tradito, ex Gama *decis* 314. tenet Mar. Giurb. *in consuetud. Messanen.* cap. 1. *Glos. 2. num. 14. 15. & 16.*

32 Ducimur ad id, etiã ex text. *in l. Si vsufructus 66. de iure dot.* vbi, si vsufructus in dotem ab extranea datur, soluto Matrimonio, maritus non compellitur restituere fructus perceptos; sed locare vsufructum vxori, vel vendere vno nummo, vt perceptio fructuum ad mulierem pertineat.

33 Ex quo textu satisfacies ad id, quod Ioan. Gutierrez. notat *dict. cap. 35.* Scilicet, quod fructus annui census vitalitij restituendi vxori sunt, tanquam principale dotis, aliã nulla dotis radix remanet, quã restituitur vxori: Nam dicendum est, quod remanente illo iure tradito marito, & ex quo percipit provetus, aut redditus vsufructus, vel annuã pensionis, vt Celsus *in dict. §. Si vsufructus*, remanet dos, nec maritus ad aliud tenebitur. Quod, vt facilius agnoscamus, cum Iuris Consultis distinguemus: Aut vsufructus consistit in fundo mariti, & sic consolidatur cū proprietate, diuortio, dissoluto Matrimonio, tunc ipse maritus denuo constituit vsufructum, *l. Cum in fundo, de iure dot.* vt ex eo dotis radix pululet, ac reuiuiscat; nec per consolidationem, aut consumptionem fructuum, extinguitur substantia.

35 Aut in fundo alieno marito causa Matrimonij vsufructus, aut annua pensio fuit Constituta, tunc ca-

uebit maritus passurũ se quandiu vixerit vti, & frui mulierem, hæredesque eius, si ius transmissibile sit, secundum doctrinam, *l. Vsufructus 57. solut. Matrimon.* vbi Bartul. Paul. de Castro.

36 Aut vsufructus Constitutus est in fundo, cuius proprietates ad mulierem pertinet, etiam restitutio per consolidationem fit, tam fauore vxoris, quam hæredum, Duaren. *dict. l. Vsufructu, l. Datis, §. fin. num. 8. solut. (37) Matrim.* His enim remedijs, nec indotata remanet mulier; immo à iure succursa est cum nec idem patiat, quod maritus, in pacto expresso fructibus adiecto, illos amittat, Gothofred. *in dict. l. Si conuenerit*, ibi: *Pactum verò adiectum fructibus, vt eos in dotem maritus vertat, valet, neque illo casu vir lucratur fructus, sed utilitatẽ illam tantum, quam medio tempore requirere ea pecunia poterit.*

Sine pacto verò expresso fructus vsufructus, aut annuã pensionis vitalitiz ad Maritum pertinere verè credimus, *l. Dotis fructus, de iure dot.* Cū aliter iniquum esset, vt onera Matrimonij subiret, *l. Pro oneribus, C. de iure dot.* fuissetque contra naturam dotium, vt expressè respondet Vlpian. *in dict. l. Si conuenerit, de Pact. dot. al.*

38 Nec invenire possumus, qualiter ex text. *in dict. l. Vxori 37. de vsufruct. legat.* Sarmient. *dict. cap. 10. Gutierrez. dict. cap. 35. Garc. de expens. dict. cap. 23 num. 5.* deducit, quod in vsufructu omnium bonorum, veniunt fructus Kalendarij, & pecuniarum vsuræ, & non ipsæ res, vt inde maritus fructus perceptos ex vsufructu restituat ipso iure; in casu enim, *dict. l. Vxori*, expressè vsufructus omnium bonorum, tam vrbanoꝝ, quam rusticorum, mancipioꝝ, ac suppellectilium, legatus fuit: quid mirum, quod tunc ipse res ad mulierem non pertineant: Sed vsufructus illarum rerum, cum id tantum legatum videatur;

tur; sed ex eo asserere Maritum non facere fructus vsufructus in dotem dati suos? Nescimus quo fundamento, præcipuè cum idem in casu Nostrò dicamus, quando per Maritum pacto non statutum fuerit, *l. Si fundorum in dotem, solut. Matrim.* vt restituat fructus: nam si recipit eos in dotem, vt restituat, pacto standum; secus vero, si simpliciter, tunc enim fructus facit suos, *dict. §. Si vsufructus, & dict. l. Vxori*, nec eos restituet soluto Matrimonio.

39 Nec quidquam facit decisio, *l. Divortio, §. Si vir, solut. Matrim.* Ex qua Doctores deducunt, fructus consumentes substantiam rei dotalis, ad Maritum non pertinere. Nam ommissis, quæ Sarmiento *dict. cap. 10.* Gutierrez *dict. cap. 35.* & Garcia *dict. cap. 23.* notant, dicendum est, quod Iuris Consulti responsio in *dict. §. Si vir*, ad (40) casum Nostræ quæstionis adaptari non potest; in illo enim textu quæritur, an marito solvenda sit impenfa facta in re dotali, sua cultura, aut cura prætiosiore facta: In cuius responsionem Consultus distinctionem adhibuit, secundum dispositionem, *l. fin de fund. dotal.* Scilicet, quod si in inuentione lapidinarum renascentium fertilitas fundi consistat, vxor impensas soluit; lapides verò ad Maritum pertinent: Si vero non renascentium, & infructuosior redditur fundus, Mulier non soluit impensas, nec lapides sunt Mariti, vt Accurt. Maritus verò tenebitur, si fundus deterior fuerit effectus, ad æstimationem dotis, *dict. l. Divortio, §. Si fundum.*

41 Et quamvis ad intelligentiam, *dict. §. Si vir*, latè agant Doctores, vt Bart. Alexand. Paul. de Castr. quos congerit Barb. in eo à num. 2. credimus reiicienda omnia per Doctores tradita, quo ad casum Nostrum, & notanda tantum: Quod in iure multa Constituta sunt, quæ fructuum appellatione non continè-

tur, vt *l. Si ex lapidibus, de iure dotal. dict. l. Divortio, §. Si fundum, solut. Ma-* (43) *trim.* Si enim hæ res per Mulierem in dotem dentur, ad Maritum non pertinent, cum fructus non sint; sicuti de arboribus respondit Consultus in *dict. §. Si fundum.* Si autem arbor gremialis est, ac germinat, tunc arbor Mulieris erit; germina verò, vel surculi ab eis collecti ad Maritum pertinent, *dict. §. Si fundum, l. 27. tit. 11.* (44) *par. 4.* Sicuti lapides ex lapidicinis renascentibus, cum lapidicinæ, aut arboris germinantis substantia permaneat in quo dotis essentia existat, *dict. §. Si vir, l. Si fundus, solut. Matrim. dict. l. 27.* vbi Gregor. Lop. verbo *Despues.*

45 Annuæ enim pensio, vel vsufructus in dotem traditus, arbor gremialis est germinans redditus, permanente substantia illius iuris pensionem producentis, nec perceptione vnus anni extinguitur essentia dotis, nec dissolutione Matrimonij per mortem viri, aut divortium, extinguitur ius percipiendi fructus, causa mariti: Et si morte vxoris finiatur vsufructus, aut extinguatur (46) annua pensio ad nihilum, nec tenebitur Maritus, cum extinguatur ius instabilitate, ac fatalitate ipsius rei, *l. Caro, & corium, quibus mod. vsufruct. amittat. l. Mortuo bove*, vbi Bart. Paul. de Castr. & Doctores, *de legat. 2. Anton. Gom. tom. 1. variar. cap. 12.* (47) *num. 41.* Non factò Mariti, *l. In ratione, §. certis vero, ad leg. Falcid. Ofuald. lib. 8. cap. 25. litt. N.* Nec cuius causa fuit effecta infructuosior res dotalis: Ergo ille suos faciet fructus, nec tenebitur ad illorum restitutionem, vt in casu *dict. l. Dotis fructus, §. Si vsufructus, de iure dot.*

48 Nec deviandum credimus ab hac resolutione, ex traditis à Doctores in *dict. l. Divortio, §. Si vir, solut. Matrim.* adducta ad hunc casum à Sarmient. Gutierr. & Garc. Nam, vt latè notat Molin. *lib. 1. cap. 23. à n. 8.* Garc.

Garc. de expens. cap. 22. num. 42. Don Iuan de el Castill. de usufruct. cap. 37. per tot. Laudata Pauli Castrensis sententia ad hoc, vt lapis cæsis ex lapidicinis dotalibus ad Maritum pertineat, nihil aliud prospiciendum, ni fructuosior fiat fundus, in inuentione, ac cæsiōne lapidum, si infructuo-

fior non fiat, ad Maritum pertinet. Ex quo fatendum, quod cum ex perceptione fructuum, vel pensionum, non fiat deterior vxoris conditio, cum absolute in ea ipsum ius percipiendi permaneat; fructus, aut pensiones irreuocabiliter durate Matrimonio, ad Maritum pertinebunt, ipso iure.

Y DECLARAMOS, QUE EL TRATAMIENTO que se ha de hazer à las Mugerres de los Grandes, y de los Cavalleros de Titulo, sea lo mismo que se ha de hazer à sus Maridos.

SVMMARIVM.

- 1 **M**ulier ex persona Maritorum honores sumunt.
- 2 Mulier ignobilis nupta viro Hijo-dalgo, Nobilitate gaudet.
- 3 Mulier Nobilitatur Nobilitate Mariti, 4. Doctores referuntur hanc tenentes sententiam.
- 5 Maritus, & vxor socij sunt Diuina, humanaque domus.
- 6 Mulier honoratur honore viri, ex l. Mulieres, C. de Incol. l. Mulieres, C. de Dignitatib.
- 7 Mulier Comiti nubens, Comitissa dicitur.
- 8 Mulier à viro radios Nobilitatis recipit, sicut à Sole Luna.
- 9 Mulier nubens Duci, Ducissa habenda.
- 10 Mulier vidua post viri mortem honoratur honore, ac Nobilitate Mariti.
- 11 Matrimonij virtus, durante viduitate perdurat, quo ad effectus Civiles.
- 12 Dignitas semel quaesita infigitur offibus personæ, ideò inamissibilis, quo ad effectus Civiles, & 13.
- 14 Privilegia concessa Illustribus viris, seu Magnatibus, an vxori competant?
- 15 Magnatum causa inter Hispanos, non expediuntur inconsulto Principe.
- 16 Mulier, an fori Privilegio gaudeat competentis Marito? 17. Quod si ex mente Anaya, tam in Civilibus, quam in

- Criminalibus. 18. Econtra Pareja.
- 19 Mulier retinet omnia iura post Matrimonium, præter forum Originis, ex Pareja, & 28. Ex Amaia omnia amittit Mulier, & conuenienda est absolute in foro Mariti, 26.
- 21 Mulier Munera Patrimonialia subijt in foro Originis: & si contra sentiat ex Castrensi Fulcius Pacianus.
- 22 Mulier post Matrimonium non tenetur ad Munera personalia in loco Originis, cum qualitatem propriam amittat.
- 23 Mulier per Matrimonium sic viri vnitur, vt forum Originis amittat, & 35.
- 24 Mulier conuenienda in foro Mariti, tã in Civilibus, quam in Criminalibus.
- 25 Maritus caput est vxoris.
- 26 Filius pietate naturali, Patribus egenis alimenta præstare tenetur.
- 27 Filia nupta non tenebatur, legibus Hæbraicis, alere Patrem.
- 29 Mulier post Matrimonium in fauorabilibus, non amittit forum Originis.
- 30 Bona Mulierum, vel dotalia, paraphernalia, vel propria.
- 31 Mulier non habet legitimam personam standi in iudicio; ideò conuenienda in foro Mariti.
- 32 Mulier, nec active, nec passive agere potest in iudicio.
- 33 Maritus, ratione superioritatis, administrator, & Dominus Mulieris.

- 34 *Mulier incapax est standi in iudicio, ratione communicationis bonorum dotalem, cum Marito: ideo convenienda in foro illius, ne mutetur qualitas, & Maritus ducatur ad forum uxoris contra naturam Matrimonij.*
- 36 *Mulier convenienda est in foro contractus inniti ante Matrimonium, omisso foro Mariti, ex Bart. 37. contra ex Bald.*
- 38 *Mutatio fori licita ex causa necessaria.*
- 39 *Forum contractus mutabile, mutatione domicilij, & non inventionis in eo persona debitoris.*
- 40 *Mulier, mutato foro contractus, convenienda in foro Mariti.*
- 41 *Mulier conventa ratione rei, aut hereditatis, agere tenetur in foro rei, ad hereditatis, omisso Mariti.*
- 42 *Heres conveniendus in foro defuncti, si captum est iudicium.*
- 43 *Qualitas superveniens non mutat fori.*
- 44 *Heres conveniendus, etiam pro debito ex hereditate proveniente, in proprio foro.*
- 45 *Forum attendendum conventi, dum agitur de executione obligationis, non primi debitoris.*
- 46 *Mulier conventa, ratione bonorum hereditarium, convenienda in foro Mariti.*
- 47 *Mulieris bona, quo ad administrationem, sub Dominio Mariti sunt.*
- 48 *Mulieris bona communia Marito.*
- 49 *Mulier, sine expressa Mariti licentia, in iudicio adesse non potest.*
- 50 *Bona receptitia sunt, que uxor sibi referuat, ea non tradendo Marito.*
- 51 *Mulier conventa, ratione bonorum receptitiorum, non habet forum ex persona Mariti.*
- 52 *Matrimonij unitas operatur circa personam uxoris, non circa bona.*
- 53 *Bona uxoris sub administratione Mariti, si tacite, vel expresse conferantur Marito.*
- 54 *Coniugalis unitas, ex lege Romulea, circa personam, non circa bona, intelligenda.*
- 55 *Bonorum communicatio inter coniuges, more, non iure inducitur.*
- 56 *Mulier Domina in omnibus bonorum receptitiorum.*
- 57 *Presentatio beneficij in bonis paraphernalibus, aut recepticijs Constituti, ad uxorem, non ad Maritum pertinet.*
- 58 *Mariti qualitas non afficit bona receptitia.*
- 59 *Licentia Mariti ad agendum in bonis paraphernalibus, ac recepticijs, non ex necessitate iuris necessaria: sed ex reverentia, & pudore, requisita.*
- 60 *Licentia ad agendum, a Marito denegata in casibus a iure permissis, officio iudicis concedenda.*
- 61 *Mulier tenetur ad rationes reddendas administrationis tutela, & pro debito illarum potest capi.*
- 62 *Mulier pro debito ex administratione capi non potest.*
- 63 *Maritus rei vindicat corpus Mulieris.*
- 64 *Mulier ad rationes tutela tenetur in foro administrationis.*
- 65 *Mulier non querit forum Mariti Clerici coniugati, nec Familiaris Sancti Officij, in Regno Valencia.*
- 66 *Mulier in criminalibus non habet Privilegium fori Maritalis, ex Pareja, & quare?*
- 67 *Mulier habet Privilegium fori ex persona Mariti in criminalibus, 68. Ratione probatur, 74. 75. & 76.*
- 69 *Clerici habent diversa Privilegia, Ordinis, & fori.*
- 70 *Privilegium Ordinis personale, non extensibile fori extensibilis ad bona.*
- 71 *Mulier Clerici incapax Privilegij Ordinis.*
- 72 *Canon: Si quis suadente diabolo, in honore Clericorum latus, extensibilis ad uxores, & familiam illarum.*
- 73 *Clericorum Privilegia, quo ad forum extensibilia.*
- 77 *Mulier Militis gaudet foro Mariti.*
- 78 *Clericatus Dignitas.*
- 79 *Equites Ordinum Militarium, Dignitatem habere dicendum.*

- 80 Matrimonium non repugnat Clericali minorum Ordinum.
 81 Matrimonium non repugnat statui Equitum Ordinum Militarium.
 82 Subiectionis duplicitas non repugnat societati coniugali.
 83 Equites Ordinum Militarium in Ciuilibus non gaudent Priuilegio fori.
 84 Fori Priuilegium competens Clericis, non est anexum Ordini.
 85 Fori Priuilegium concessum famulis Clericorum.
 86 Mulier non est sepananda à seruitio viri.
 87 Mulier separatur à seruitio viri ob crimen.
 88 Iustitia vindicatiua præfertur omni iure.
 89 Priuilegia Maritorum, ut ad uxores extendantur, expressio necessaria est.
 90 Priuilegia generalia Maritis concessa, communia ad uxores, non extenduntur, 91. Sed comprehensione.
 92 Priuilegium personale, non extenditur, 98.
 93 L. 2. C. de Episcop. & Cleric. circa immunitates uxorum Clericorum, quomodo intelligenda: 94.
 95 L. 1. & 2. C. de uxorib. Milit. Constituens Priuilegium restitutionis uxoribus Militum, quomodo intelligenda?
 96 Militia simplex non confert Nobilitatem.
 97 Militum ordinariorum Priuilegia personalissima.
 99 Priuilegia personalia Mariti, extendibilia ad uxores.
 100 Restitutionis beneficii concessum Militibus est ratione absentia, & seruitij.
 101. Et tantum dum in actu militant.

MULIERIBVS NVPTIS EADEM EXHIBENDA
 reverentia, quæ Marito, eodemque honore, quo ijdem decorantur, decorandæ. Et an forus competens Marito,
 Mulieri, & in Ciuilibus, & in Criminalibus
 competat?

GLOSSA QVINQVAGESIMA
 tertia.

Satis trita quæstio in iure est, receptaque conclusio, multipliciterque à nobis relata hoc in opere, Mulieres ex persona Maritorum Nobilitatem, muneribus, & honores sumere, *l. Fœmina, de Senatorib.* ubi Mulier Clarissimi, Clarissima dicitur, & in *l. Si Augusta 57. de legat. 2.* Augusti uxor Augusta, Bullenger. *lib. 2. Imper. Romanor. cap. 19.* Petr. Rebuf. notat in *l. Speciosas, de uerbor. signif.* Senatorum Mulieres, Clarissimas esse, illoque decorandas honore, ac Titulo, Alciat. in *dist. 1. Speciosas, de uerbor. signif.* Hieron. Verrut. *de uerb. iur. verbo Digni-*

tatum genera, Tiber. Decian. *responsor. lib. 5. respons. 84. per tot.* præcipue *num. 6. & 7.* ex quam plurimis *Besold. cons. 33. num. 3. cum sequentib. par. 2. & dissertat. Philip. cap. 6. num. 3.*
 (2) Ex hoc principio Constitutum apud Nos, ut Titulorum Mulieres illo honore afficiantur, quo decoratur vir, sicut nubens Nobili, apud Nos: *Hijodalgo*, Nobilitate honorantur, *dict. l. 3. tit. 21. par. 2. dict. l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordinam. & in l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopil. ibi: Tôtrosi à las mugeres que*
 (3) fueren casadas con *Hijodalgo*. Nam, cum per Matrimonium indiuisibilitate gaudeant, à Marito, tanquam à

capite deriventur qualitates honorificæ, quæ uxorem Nobilitent, ac decorent, Sidon.

Illustris pro sorte viri.

Dict. l. Fœmina, l. Nuptiæ, de Senatorib. & ibi Ioan. Corral. num. 4. Aeguiar. Baron. l. Filia, l. Nuptia, ead. l. Cum te. C. de nupt. l. Filij, §. Vidua ad Municipal. l. Medicos, l. Grammaticos, C. de Professorib. & Medic. lib. 10. l. 3. l. Edicimus, C. de Murilegul. lib. 11. l. 3. C. de Fabri. (4) censib. ead. lib. Ex quibus iuribus hanc conclusionem deducunt, lateque probant Bobad. lib. 3. Politic. cap. 2. num. 24. Barbof. in l. Quia tale, ex num. 26. solut. Matrim. Gutierrez. conf. 3. num. 6. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 47. Ricc. Collect. 1251. Ossuald. ad Donel. lib. 3. Comment. cap. 21. litt. E. & F. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 13. ex num. 20. & lib. 5. cap. 4. num. 70. Thesaur. decis. 123. num. 9. Surd. decis. 330. num. 26. Brisson. de rit. nupt. lib. 1. cap. 23. num. 44. Carleu. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 2. num. 65. Pichard. de Nobilit. num. 15. & 17. adducti à D. Francisco de Amaya in l. fin. C. de Incol. lib. 10. qui in illa l. Adducit, Azeued. Parlad. Cutellum, & August. Barbof. videndi Brun. à Sole in locis commun. verbo Mulier, num. 1. & 3. D. Ioan. de Solorz. de gubernat. Indiar. lib. 2. cap. 25. na. 91. & sequentib. Narbon. l. 18. tit. 1. lib. 4. Glos. 1. num. 1. & 3. Kokier de iurisdic. in exempl. par. 1. quæst. 29. num. 1. Tutret. de Nobilit. Gentil. lib. 2. cap. 6. Lel. Visciol. horar. successuar. lib. 8. cap. 4. vers. Modestissima, Capic. Galeot. lib. 1. cõtrouers. 55. num. 11. Nouar. de grauaminib. vassal. lor. par. 1. grauam. 349. nu. 4. Hortaus. incertamin. mascul. & foemin. acie virilis, cap. 5. num. 4. & 5. Franchis. decis. 363. num. 2. Franc. Milan. decis. 9. num. 7. Menoch. de arbitr. cas. 354. num. 5. Fab. de Annan. conf. 108. num. 9. lib. 2. Baldaxar de Argel. addit. ad decis. Guizarel. nu. 15. Griuel. decis. Dolan. 104.

num. 27. Dom. D. Ioan. Bapt. Larea. decis. Granat. 62. num. 15. Iacob. Menoch. conf. 758. num. 10. & 11. & conf. 454. num. 24. Hypolit. Riminald. cõf. 44. num. 1. & conf. 242. num. 51. ex quam plurimis Surd. conf. 40. num. 10. & 11. Mandel. Albens. conf. 255. Ioan. Petr. Vim. conf. 121. & cõf. 260. num. 1. & 12. Fulv. Pacian. conf. 4. ex num. 88. Paschal. de virib. Patr. Potest. par. 4. cap. 2. num. 35. Mier. de Majorat. par. 4. quæst. 27. num. 3. & antea par. 1. quæst. 2. ex num. 144. Fontanel. de Pact. nupt. tom. 2. par. 15. claus. 7. Glos. 3. ex num. 40. Georg. Schombor. lib. 1. Politic. cap. 6. Besold. Discurs. Politic. de Monarch. cap. 3. num. 7. & Discurs. 1. de trib. Domestic. societ. cap. 1. & 2. Stephan. à Nathen. iustit. vulnerat. par. 1. tit. 8. cap. 10. ex nu. 1. Ansaldo. conf. 98. ex num. 25.

5 Et etiam ex eo, quod Maritus, & vxor socij sunt (vt diximus) Diuinæ, humanæque domus, l. Adversus, C. de crimin. expilat. hered. cap. Cum societas 27. quæst. 2. & ibi vidend. Præposit. & Augustin. Barbof. Bodin. lib. 1. Reipubl. cap. 3. Gregor. Lop. Glos. 1. l. 5. tit. 2. par. 3. ex Arist. Modestin. Valenc. conf. 13. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 420. num. 52. Grac. discept. 113. num. 9. vol. 2. Zeuall. comment. contra comm. quæst. 77. num. 7. & quæ notauimus.

6 Quod sic in iure receptum, vt duplici in loco posita fuerit Constitutio illa, quæ Mulieribus Priuilegia, & virorum honores concessit, scilicet in l. Mulieres fin. C. de Incol. lib. 10. & in l. Mulieres, C. de Dignitatib. lib. 12. De quibus videndus præter Scriptores, Pen. Rebuf. Plat. Cujac. Bart. Angel. Neuiz. Amaya in dict. l. fin.

7 Quæ conclusio sic recepta inuenitur, vt ex Ioan. Andr. Curt. teneat Hypol. Riminald. conf. 569. num. 160. quod nubens Mulier Comitissæ, Comitissa iudicanda est ob vim, viresque Matrimonij, Fontan. de Pact. nuptial. tom. 2. par. 5. claus. 7. Glos. 3. num.

num. 65. Bessold. *conf.* 88. par. 2. Stephan. à Nathen. *iustit. vulnerat. dict. tit. 3. cap. 10. num. 1.* & ex *dict. leg. Mulieres*, notat Petr. Vim. *conf.* 227. n. 2. (8) Quod Mulier Dignitate viri illustratur, illiusque radijs illuminatur, sicut Luna Solis lumine, Menoch. *de arbitr. cap.* 229. Salicet. *in l. ult. num. 6.* & ibi Bart. Bald. & Alberic. *C. de iurisdict. on. n. iudic.* Quare Societatem Maritalem, coniugumque qualitatem per Solem, & Lunam demonstrabant apud Ægyptios, Apol. *lib. 2. cap. 13.* Pier. Valer. Hiero. *lib. 44.*

9 A quo ortum, quod Mulier Duci nubens, Ducissa dicitur, illiusque Dignitate, honore, ac prerogativa fruatur, Ioan. Franc. Ponte *conf.* 31. ex num. 7. latè Tassion. *Pragmat. de antefacto, vers. 8. obser. 2. num. 14.* Fab. Capic. Galeot. *dict. lib. 1. controvers. 55. num. 6.* Fontanel. *dict. Glos. 3. num. 65.*

10 Quæ Dignitas etiam mortuo Marito permanet: Et Mulier vidua iisdem erit decoranda insignibus, quibus honorabatur durante Matrimonio, *l. Fœmina, de Senatorib.* (11) Matrimonium enim, quo ad id, viduitate seruata, perdurat Barbof. *in l. Quia tale, num. 29. solut. Matrimon.* & Mulier Privilegio, Immunitate, & Dignitate viri decoratur, Vim. *dict. conf.* 217. num. 2. & 3. Hypol. Riminald. *dict. conf.* 657. num. 58. & *conf.* 202. num. 4. vt Doctores supra dicti, num. 5. notant Otalor. Nouar. Garc. Azeued. Borrel. traditi ab Amaya in *dict. l. fin. C. de incol. lib. 10. ex num. 24.* Guid. Pap. *decis.* 379. Tiraq. *de Nobilit. cap. 18. num. 3.* Cued. *decis.* 98. & *decis.* 213. num. 5. & 16. Fulv. Pacian. *conf.* 4. num. 86 & 87. Mantic. *de tacit. lib. 21. tit. 6. num. 17.* Fontanel. *dict. Glos. 3. num. 49.* Steph. à Nathen. *iust. vulner. par. 1. dict. tit. 8. cap. 10. num. 1.* Surd. *decis.* 330. num. 27. Capiblan. *de Baron. Pragm. 8. par. 2. num. 193.* Carleu. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2.*

quest. 6. sect. 8. num. 683.

12 Rationem cōseruationis harum Dignitatum è vita viro transacto post Pichard. Otalor. Azeued. adductis ab Amaya, *dict. l. fin. num. 25.* ex Plat. *in l. fin. C. de incol. lib. 10.* Ioan. Franc. Ponte, *dict. conf.* 31. num. 8. 9. & 10. designat in eo, quod Dignitas semel acquisita taliter ossibus infigitur, vt notamus *Glos. 51. à num. 16.* vt nunquam amittatur, concessa est enim ratione rei, & personæ, vnde, & si res deficiat, non tamen persona; qualitas non immutetur, ni per translationem ad familiam aliam per nouum Matrimonium, vel ex amissione qualitatis ex iuris Cōstitutionibus. Idem Ponte *de Potestat. Proreg. tit. de elect. offic. § 8. num. 9.* & 11. comprobant hanc cōclusionem Doctores, ex *l. vnic. C. de Comitib. qui Prouin. Reg. lib. 12. Palac. Rub. rubr. de donation. § 31. num. 6.* Cued. *dict. decis.* 98. & *decis.* 113. num. 16. Frederic. de Senis *conf.* 19. & ex plurimis Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 24. num. 29. 30. & 31.* Ioan. Horloshaut. *certam. mascul. femin. cap. 27. num. 23. cum sequentib.*

13 Sed in casu Nostro, illam ab Aponte adductam rationem sequuntur ex Cassan. *in Cathal. glor. Mund. par. 5. cap. 59.* Camil. de Curt. *diuersor. iur. feudal. par. 1. cap. Sed vnde digressi, num. 6.* Andr. Barel. *in l. Inuenimus, C. de Proxim. Sacror. scrinior. lib. 12. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. num. 68. vsque ad 83. & num. 208.* & in casu simili, *Glos. in cap. Ex parte, de foro competent. Didac. Per. l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. col. 96.* Fulv. Pacian. *conf.* 4. num. 86. & 89. Capiblan. *de Baronib. Pragmat. 8. cap. 57. num. 10.* Fontanel. *dict. Glos. 3. nu. 65.* Giurb. *ad consuetud. Messanens. cap. 1. Glos. 1. par. 1. num. 48.*

14 Sed cum vis Matrimonij tanta sit, Mulierque vna caro, vnaque cum viro persona censeatur, haud extra rem erit quærere: Vtrum Privilegia Marito Duci, Comiti, aut Mar-

chioni concessa, etiã ad illorum vxores extendantur? Sanè in causis Ciuilibus, ac in Criminalibus, Clarissimis, ac Illustrissimis concessum est, vt per Procuratorem agere valeant, vt in Criminalibus à nullo iudice iudicari possint, ni ab ipso Principe, vel ab eo cui causa delegata fuerit, vt in l. 2. & fin. C. vbi Senator. vel Clarissim. conuen. Authent. vt ab Illustrib. De quo Scribentes in dict. legib. August. Barbof Collect. ad dict. l. 1. & fin. per tot. cum sequentib. Pancirol. notit. vtriusque Imper. cap. 2. Marc. Anton. Surg. Neapol. Illustr. cap. 23. Bald. conf. 52. vol. 5.

15 Apud Nos causæ Magnatum, ni prius per rescriptum Principis committantur iudicibus, vulgò: *Alcaldes de Corte*, non expediuntur, & sententiam condemnatoriam ferre non valent inconsulto Principe: *Auto acordado* 152. fol. 33. quod secundum ipsius iuris communis regulas Constitutū videtur Albano ad Bart. in l. Quoties, num. 1. C. vbi Senator. vel Clarissim. conuen. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 43. num. 32. ex Zafio, Sebast. Nenio ad dict. l. Quoties, num. 8. & 9. Bald. in dict. l. Quoties, num. 1. De quo iure, ac More Nostro, & Gallicano, Romanoque antiquo, Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 4. cap. 11. Bodin. de Republ. lib. 4. cap. 6. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. 1. num. 20. & sequentib. ex Franc. Hotthoman. Petr. Hug. & alijs Ioan. Iacob. Dracon. de iure Patris. lib. 2. cap. 4. num. 27. Ioan. Lymn. not. Ragn. Franc. lib. 2. cap. litt.

16 Ex quibus quæredum est, an Mulier Clarissimo, ac Illustrissimo nupta, vel apud Nos: *Con algun Grande*, gaudeat Privilegio, aut prærogativa Marito à iure concessa, taliter, vt absolutè illius forum sequatur? Pariterque notandum, an idem sit in cæteris Mulieribus nuptis viris, quibus Privilegium fori competit ratione honoris, Dignitatis, aut Officij, taliter, vt conveniri non va-

leant; nisi in foro Mariti?

17 Sanè in hac re duo Hispani Iur. Consult. diuersè se habuerunt: Nam D. Francisc. de Amaya in l. fin. C. de Incol. lib. 10. num. 7. Mulieres, voluit, absolutè frui Priuilegijs viris concessis, ac quòd forum illorum sequantur, tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus, pluribus ad id adductis rationibus, ac auctoritatibus.

18 Contrariam sequutus fuit sententiã, aperto Marte, vt inquit, contra Amayam, D. Gabriel de Pareja de instrument. edict. tit. 2. resolut. 6. spec. 6. num. 346.

19 In quo Doctorum dissensu, nõ sic absolutè, vt vnusquisque prænotauit; sed iuridica distinctione procedendum est: Et prius notandum, Parejam voluisse, Mulierem retinere omnia iura præter forum Originis, etiam post Matrimonium; (20) Amayam vero, omnia extingui contracto Matrimonio, cum Mulier forum viri sic sequatur, quod Ciuis illius Ciuitatis, vbi nata sit, non remaneat, quo ad conventionem iudicialè, siue virtute personalis actionis, siue ratione delicti: Cum si conveniatur extra forum viri ab illius seruitio remoueretur, cogeturque Maritus sequi vxoris conditionem contra legum mentem, omnisque iuri, & Doctorū placitum, l. 1. C. de Mulier. & in quo loco honor. lib. 10. (21) Vbi tantum Mulier Originis Munera subijt Patrimonialia, licet, neque ad hæc teneri Mulieres affectat ex Castrenf. conf. 89. num. 2. vol. 2. Ceph. conf. 526. num. 38. Fulv. Pacian. conf. 4. num. 102.

22 Quare ad personalia non teneri Mulieres post Matrimonium in foro Originis, deducit Bald. in l. Cum quædam puella, de iurisdict. omni. iudic. ex num. 1. inquit: *Tantam esse virtutem Matrimonij, vt forum Originis tollat.* Et etiam num. 2. *Qualitatem naturalem Nobilitatis, attentam tantum à viro proveniente, l. Ingenuæ, l. Edicimus, C.*

de Murilegul. l. 2. C. de fabricens. lib. 11.
 Idem Bald. in rubr. solut. Matrimon.
 (25) num. 2. ait: *Mulierem sic unitam
 viro esse per Matrimonium, ut mutet fo-
 rum Originis*, Paul. de Castr. in l. Rej
 iudicata, §. fin. num. 7. solut. Matrimon.
 sequuntur ex Franch. decis. 363. num.
 1. latè Fontanel. de Pact. nuptial. tom.
 2. claus. 7. Glos. 3. par. 15. ex num. 40.
 & sequentib. Molin. de vita nuptiar.
 lib. 1. comparat. 23. num. 44. Giurb. ad
 consuetud. Messanen. dict. cap. 1. Glos. 1.
 num. 48.
 24 Ex l. 32. tit. 2. par 3. Mulier
 conveniri debet in Domicilio viri:
 quod, & si Gregor. Lop. in crimina-
 libus, dicat, locum non habere; attam-
 en, quod tam in Ciuilibus, quam in
 Criminalibus forum Mariti sequa-
 tur, notat Tiber. Decian. lib. 4. cri-
 min. cap. 8. per tot. & cap. 16. num. 17.
 Hipol. Riminald. cons. 142. num. 51. &
 52. latè Ioan. Petr. Vim. cons. 121. per
 tot. vbi respondit ad dict. l. Assumptio,
 ad Municipal. Berrut. cons. 48. num. 2.
 & cons. 99 num. 6. ex Iasson, Salicet.
 Richard. & Anton. Gabr. Ioan. Fran-
 cisc. Ponte cons. 31. num. 7. Menoch.
 cons. 454. num. 24. Benedict. Capra,
 cons. 21. num. 4. Brun. à Sole locis com-
 mun. verbo *Mulier*, num. 13. Couarr.
 de sponfalib. 2. par. cap. 7. nu. 6. Hector
 Felic. 3. par. alleg. 35. nu. 50. Thesaur.
 decis. 123. n. 9. & 12. Ossasc. decis. 127.
 Carleual de iudic. disp. 41. n. 65. Dom.
 D. Ioan. Bapt. Larea decis. Granat. 62.
 num. 15. Barbol. in l. Heres absens, §.
 Proinde, de foro ration Orig. num. 39. &
 40. Dueñas reg. 377. Quæ opinio pro-
 bata (vt diximus) ab Amaya, eo in-
 (25) nittitur supra tradito Axioma-
 te: Societatis, ac indiuiduitatis Ma-
 ritalis, ac quod Maritus, teste Div.
 Paul. ad Ephes. cap. 1. Corinth. 1. cap. 11.
 Couarr. de sponfalib. par. 2. cap. 2. tit. 5.
 Tiraquel. in leg. Connubial. l. 1. ex num.
 3. Mier. de Maiorat. par. 1. quest. 57.
 num. 43. & 44. caput sit Mulieris, cu-
 ius qualitates, illa tanquã membrum
 absolutè recipit, Bessold. dissert. Phi-

lolog. præcogn. Philosoph. complet. cap. 6.
 num. 3. Guillel. Hamner. in Genes. fol.
 50. *Viros quidem oportet obtemperare
 legibus Ciuitatis; Mulieres verò moribus
 virorum quibuscumque habitant: quod
 Sabinos edocebat Romulus, apud Liliam,
 lib. 1. Illas tamen in Matrimonio, in so-
 cietate fortunarum omnium, Ciuitatis-
 que, & quo nihil charius humano generi
 sit liberum fore. Quare Bodin. de Re-
 publ. lib. 1. cap. 3. ex Bald. & alijs sic
 assensu: Ac propterea aequissimum esse,
 vt uxor conditionem, Patriam, Fami-
 liam, Domiciliū, Originem ænique Ma-
 riti sequatur.* Ex Fusar. Tiraq. & alijs,
 ipsam sententiam sequitur Philipp.
 Kinisch. de fideicom. familiar. cap. 1.
 num. 184. Dian. resol. Moral. par. 3. tra-
 ct. 1. resol. 45. & par. 4. tract. 1. resol.
 41. par. 6. tract. 8. resol. 6. & Fermosin.
 cap. Ex tenore 11. quest. 8. cap. Cum con-
 tingat, de foro compet. Excellentissim.
 Dom. D. Christophor. Crespi, Obser-
 uat. in decis. Valenc. Obseruat. 55. argum.
 5. ex num. 55.

26 Quod ita observatum inue-
 nimus, vt, & si filij, naturali pietate,
 ac iure Parentibus egenis alimenta
 exhibere tenebantur, l. fin. §. *Ipsam
 autem, C. de bon. quæ liber. l. Filia, C. de
 Patr. Potest. l. 1. C. de alend. liber. Surd.
 de aliment. tit. 1. quest. 17. Bessold. de
 trib. Domestic. societ. specieb. Discurs.
 1. cap. 3. num. 6. Ioan. Harpret. §. *Ius
 naturale*, num. 15. Instit. de iure natur.
 gent. ac traditione Divina, vt D. Am-
 brof. relatus in cap. Caterum 86. dist.
 Ex quo Alciat. Emblem.*

*Aereo insigni pietate Ciconia nido,
 In vestes pullos, pignora grata fouet,
 Taliæque expectat sibi munera mutua
 reddi.
 Auxilio hoc, quoties Mater egebit
 anus,
 Nec pia spem soboles fallit, sed fessa
 Parentem,
 Corpora fert humeris, præstat, &
 ore cibos.*

27 Attamen filia, per Matrimonium ad Potestatem viri translata, legibus Hæbraicis, Parentem alere non tenebatur, vt ex Drusio, notat Bessold. *de trib. Domestic. societ. spec. c. 2. num. 1.* Sic enim illa coniunctio Maritalis, omnia iura competētia Mulieribus, extinguebat, Ouid.

Exigit hoc socialis amor, fœdusque Maritum.

28 Sed, & si his iuribus, ac rationibus contra sentiat, latè traditis fundamentis, Pareja, *dict. resol. 6. spec. 6. num. 346. cum sequentib.* volens tantum Originis forum amitti per Matrimonium; non verò delicti, contractus, solutionis, hæreditatis, prorogationis.

29 Notandum est, quod Doctores adducti ab eo, & ab Amaya, & post eos ab Anfald. *cons. 98. num. 25. & sequentib.* absolutè, ac indistinctè scripserunt, alij, volentes, quod proprium Mulier amittat forum etiam Originis. Alij è contra, quod ferendum non est: nam in fauorabilibus, ac realibus, Mulier per Matrimonium, forum, ac Originem non amittit, Fontanel. *de Pact. nuptialib. tom. 2. par. 15. claus. 7. Glos. 3. num. 54. cum sequentib.* Secus in alijs.

30 Quare distinguendum est. Aut in Ciuilibus convenitur Mulier ratione contractus initi ante Matrimonium, vel ratione hypothecæ, aut hæreditatis, bonorum dotalium, aut paraphernalium; vel ratione bonorum, quorum Dominium, & administratio ex pacto ante Matrimonium, sibi reseruauit Mulier (receptitijs vocatis ex Aul. Gelio not. *Atticar. lib. 17. cap. 6.* Cujac. *Gifan. Gail. Misinger. Ossuald. ad Donel. lib. 18. Comment. cap. 12. litt. L.*) distinctio tradita per Doctores, *l. Si ego, §. Dotis, ll. Dotis fructus, de iure dot. l. Maritus, de Procurator.* vbi Bart. Bald. Paul. de Castr. & Butrigar. *l. fin. G. de Pact. cõ-*

vent. Gregor. Lop. l. 17. verbo: Todos los bienes, tit. 11. par. 4. Anton. Gom. *l. 50. Taur. num. 20. & l. 54 n. 1.* Guid. Pap. *quest. 468. num. 17.* Castill. *controuers. cap. 23. num. 30. & de usufruct. cap. 4. num. 16.*

31 Primo casu, cum post Matrimonium Mulier legitimam personam non habeat, nec in iudicio agere possit, conuenienda est in foro Mariti, quomodocumque ei cõpetat, extinctum est per Matrimonium forū vxoris, Alex. *l. Cum quedam puella, n. 1. de iuris d. omn. iud. l. Exigere, de iudic. pluribus ad id cumulatis Doctoribus, ex adductis supra Mar. Giurb. in consuetud. Messanen. dict. cap. 1. Glos. 1. par. 1. num. 48.* Philip. Kinisch. *de fideicom. fa. (32) mil. dict. cap. 1. nu. 182.* Nec amplius in ea attendenda propria qualitas, præcipuè iure Nostro, secundum quod Mulier, nec actiuè, nec passiuè iudicialiter agere Ciuilitèr valet, *l. 55. Taur. l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. vbi Martienç. Glos. 5. Azeued. num. 106.* Ant. Gom. Castr. Cifuent. *dict. l. 55. Taur. Palac. Rub. ca. Per vestras, §. 68. n. 17. in rubr. Hermos. l. 1. Glos. num. 23. tit. 4. par. 5.* Bodin. *de Repub. dict. lib. 1. (33) cap. 3.* Quia omnium bonorum illius est cõcella Marito administratio, non tantum ratione societatis Maritalis, sed superioritatis, D. Thom. *2. 2. quest. 32. art. 8. Barb. l. 1. par. 1. n. 39. solut. Matrim. Giurb. consuet. Messan. cap. 1. Glos. 6. par. 1. num. 49.*

34 Cõprobat, si attentè colligas, quæ Martienç. *dict. Glos. 5. n. 3.* prænotat. Nam, & si iure cõmuni Mulier ratione subiectionis incapax esset agendi; attamen apud Nos corroboratur inhabilitas excommunicatione bonorum Dotalium, & eo quod Marito medietas lucrorum communicatur: & si Mulier legitimam personam haberet standi in iudicio, posset Marito præiudicium inferre, quod ius, & æquitas non patitur, supra *Glos. 5. num. 48.* quare incapax erit iudicanda, vt conueniri possit per se, ni in fo-

foro Mariti, ne ille adducatur ad forum vxoris, mutata illius prærogativa, & translato qualiter qualiter in vxoris Potestatem contra naturam Matrimonij.

35. Quæ doctrina descendit ex mente Iuris Consulti in *l. fin. §. Item rescripserunt, ad Manicipal.* vbi Bart. num. 4. absolutè tenet, Mulierè nuptam in Ciuilibus, sic amittere originis forum per Matrimonium, quod in eo trahi ad causas nõ valeat, *l. Cum quedam puella, de iurisdic. omn. iud.* vbi Bald. num. 1. Alex. Ias. Paul. Castrès. Cagnol. num. 3. Sebast. Neuius, num. 1. & 10. *l. vnic. C. de Mulier. & in quo loc. lib. 10. l. fin. C. de Incol. eod. lib.* Thefaur. *decis. 123. num. 1.* Franch. *decis. 416. num. 3.* vbi Flav. Amendol. ex Barbof. Traquel. & Becius, Carleual *de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 1. num. 56. & 66. & quest. 6. sect. 8. num. 682.* Andr. Gail. *lib. 1. obseruat. 80. num. 10.* Ruin. *conf. 58. num. 4. vol. 3.* Mazol. *conf. 10. num. 33.* Ciriac. *controuers. for. controuers. 173. per tot. præcipuè num. 27.* Valenc. *conf. 55. nu. 51.* Anton. Sola ad Const. Subaud. *rubr. de Tribunal. compet. Glos. 9. num. 2. latè Surd. decis. 330. à num. 3. vsque 17. & ad eum Hodiern. Stephan. Grac. disceptat. Forens. cap. 23. à num. 4. vsque 21.* Milanen. *decis. 10. nu. 6. lib. 1.* Menoch. *conf. 1082. num. 2.* Aluar. Valasc. *conf. 175. nu. 23.* Ioan. Petr. Vim. *conf. 260. num. 18.* Tiber. Decian. *criminal. lib. 4. cap. 9. num. 53. & cap. num. 17.* Caualcán. *decis. 42. num. 48. par. 1. latè Giurb. ad consuetud. Messanens. cap. 1. Glos. 1. num. 48. & obseruat. 18. à num. 1.* Fragos. *de regimin. Reipubl. par. 1. lib. 3. disp. 16. §. 10.* Ansaldo. *de iurisdic. par. 2. tit. 11. cap. 9. num. 4. & sequentib.* Alsin. *de execut. §. 1. cap. 52. num. 15.* Ludouic. Gillicus *arbor. iudic. par. 1. cap. 1. §. 2. num. 10.*

36. Sed, & si cõtraria sit opinio, Bart. in *dis. l. Cum quedam puella, n. 1.* dicentis, forum contractus immutabile esse; ideoque Mulierem etiam

post Matrimonium conueniendam in foro contractus, reiecto Maritali, ex (37) *l. 2. C. de iurisdic. omn. iud.* Contrarium tamen tenuit, Bald. in *dis. l. Cum quedam puella, num. 3.* inquiring, dispositionem *dis. l. 2.* procedere casu, quo mutatio domicilij voluntaria est Sic lex: *Iuris ordinem conuerti postulat, vt non actor rei forum, sed reus actoris sequatur: nõ vbi domicilium reus habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transfulerit, ibi tantum eum (38) conueniri oportet.* Sed non quãdo necessaria, aut ex legali providentia, latè Giurb. *decis. 82.* vt in vxore: tunc enim forum Mariti, non contractus attenditur, Baldi mentem sequitur, supra *dis. l. Cum quedam puella, num. 11.* Gregor. Lop. *l. 32. verbo: En aquella tierra, tit. 2. par. 3.*

39. Præcipuè attento, quod forum cõtractus non est sic immutabile, vt non amittatur per Matrimonium, si enim mutatione domicilij amittitur, taliter, quod si in loco cõtractus debitor non invenitur, poterit in illo recusare iudicium, ex *l. Si conuenerit, de iurisdic. omn. iudic. l. Heres absens, §. 1.* vbi Paul. de Castr. *nu. 3. de iudic. cap. Romana, §. Contrahentes. de foro compet. reiecta Butrij, & Abbat. sententia, Couar. Practic. cap. 10. num. 3.* Greg. Lop. *l. 32. verbo: Si le fallaren, tit. 2. par. 3.* Gutierr. *de iuram. confirmat. 3. par. cap. 16. per tot.* Barbof. *dis. l. Heres absens, §. 1. num. 11. 32. & sequentib.* Carleual *de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 4. num. 218. & sequentib.* Donel. *lib. 17. Cõment. cap. 14.* vbi Ossuald. Fortius in nostro casu dicendum, cum Mulier non tantum locum, sed domicilium amittat per Matrimonium, etiamque originem (40) propriam, vt diximus: Ideò reiecto foro contractus, conuenienda est in foro Mariti, *l. 52. tit. 2. par. 3. ibi: Ante aquel Iudgador, que ha poderio sobre su Marido,* Gregor. Lop. verbo: *De casamiento.*

41. Si vero conueniatur Mulier

ratione hæreditatis sibi delata, aliud dicendum est, & secundum iuris regulas procedendum, iudiciumque agere tenebitur in loco rei, cum omnibus alijs præstantius, & fortis habeatur D. Christophor. Cresp. *Observat.* 15. n. 288. In quo Doctores quæ- rere superfluum: Aut hæreditatis, l. *Heres absens*, l. *Sed si suscepit*, §. *fin. de iudic. l. fin. C. ubi in rem act. cap. Sanè*, cap. *fin. de foro compet. l. 32. tit. 2. par. 3.* vbi Gregor. Lop. verbo: *Por razon de* (42) *heredamiento*. Cum distinctione tradita per Doctores, in convention- e hæreditaria; quod aut captum est iudicium, & tunc forum defuncti at- tenditur, l. *Vbi acceptum* 30. *de iudic.* & ultra Doctores hoc Axioma laudan- tes Doctissimus Crespi de Valdaur. *dict. observat.* 15. num. 280. & *obser-* (43) *uat.* 54. num. 43. Cum qualitas, aut Privilegium superveniens non valeat mutare iudicium, nec forum, *dict. l. Cum quedam puella*, l. *Si quis pos- stea quam, de iudic. latè Salgad. in Laby- rint. creditor. par. 1. cap. 7. à num. 79.* (44) Aut cū testatore non fuit cap- tum, & tunc in foro proprio hæredis agendum est, cum post aditam hære- ditatem, de proprio Patrimonio hæ- redis agatur, l. 1. §. *Veteres, de acquir. posses. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 116.* num. 1. *conf.* 516. num. 12. Merlin. *con- trouers. Forens. cap. 3. num. 15.* Præci- (45) puè, quod dum agitur de iure fori, non de iure obligationis, atten- ditur successoris persona, à qua iudi- cium sumit initium, non testatoris, *Glos. & Doctores in dict. l. Heres ab- sens*, vbi *Barbos. num. 175. cum sequen- tib. Couarr. Practic. cap. 8. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 1. par. 2. Do- nel. & post eum Ossuald. lib. 17. Com- ment. cap. 11. post Bald. ex l. 2. §. Ex his, de verb. oblig. Ponte conf 18. num. 15. Rodrig. Suar. in l. Post rem iudicat. in declar. leg. Regn. ampliat. 1. num. 4. Carleu. de iudic. disput. 2. nu. 319. Qua-* (46) *re si Mulier conveniatur tan- quam hæres, non tenebitur litem sus-*

cipere in foro testatoris, sed in foro Mariti tanquam proprio ex iuris cõ- muni dispositione, Frách. *decis.* 234. num. 2. & *decis.* 363. num. 4. vbi *Flav. Amend. Surd. conf.* 222. num. 16. *vers.* *Et non obstat*, *Giurb. decis.* 82. num. 9. *Carleu. de iud. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst.* 5. num. 298. & 299. *Fab. in Cod. lib. 3. tit. 1. affinic. 4.* *Ludouic. Gilhaus. ar- bor. iud. par. 2. de foro competent. cap. 1.* (47) §. 1. num. 31. Quod intellige si- ue bona dotalia sint, siue paraherna- lia, cum in illis Dominium penes Ma- ritum habeatur, ni cõtraria adsit vo- luntas vxoris expressa; quo ad admi- nistrationem, l. *Hac lege, C. de pact. con- vent.* *Alex conf.* 144. num. 5. *lib. 5. Iaf. l. Maritus, num. 13. C. de Procurat. Me- noch. conf.* 56. num. 9. *Barbos. l. 1. par. 1. nu. 29. & 30. solut. Matrim. ex Bald. l. Vbi adhuc, num. 27. C. de iure dot. Præ-* (48) *cipuè iure Nostro, ex quo om- nia bona vxoris communia sunt, l. 64. & 65. Taur. l. 1. & 2. tit. 3. lib. 2. Recop.* vbi *Matienc. & Azeued. Couarr. lib. 1. var. cap. 8. num. 8. Barbos. dict. l. 1.* (49) *par. 1. num. 27. Quare dicendū,* in dictis bonis Mulierè sine expressa licentia Mariti in iudicio agere non valere, l. 54. & *sequentib. Taur. l. 4. tit. 3. lib. 5. Recopil. vbi Scribentes, Co- uarr. dict. cap. 8. num. 8.*

50 Si verò conveniatur Mulier ratione bonorū receptitorum, quo- rum Dominium, & fructus sibi reser- uabit pacto, quod (vt diximus) iuri, ac rationi esse consonum. Laudat ex *dict. l. Hac lege, C. de Pact. convent.* *Dua- ren. ad tit. solut. Matrim. de nupt. cap. 1.* (51) num. 1. Tunc credimus in his forum Mariti non attendendum, sed vxoris proprium, secundum naturam obligationis: dum actio, non in per- sonā, sed in rem dirigatur. Vis enim Matrimonij, ex qua Mulier in Pote- statem viri transit, vtque de familia, Origine, ac de Sacris (loquimur mo- (52) re Romanorum) Mariti habe- tur, in personam operatur, ad indiui- ditatem vitæ, non ad translationem

Do-

Dominij bonorum priorum vxoris (53) nec ad administrationem, vt diximus: nitacitè, aut expressè in dotem conferantur, vt post Duaren. *dict. num. 1. ex l. Velles, C. de reuocand. donat. l. Vxor tua, C. de Pignorib. Couar. de sponsalib. par. 2. cap. 7. §. 1. num. 5. Tello Fernand. l. 16. Taur. num. 2. & 13. Palac. Rub. de donation. inter, §. 62. num. 4. & 5. Mar. Giurb. in consuetud. Messanens. cap. 1. Glos. 6. num. 4. Ex quo Fragos. de regimin. Reipubl. par. 1. lib. 3. disp. 5. §. 10. nu. 194. tenet, quod si Mulier Ducissa, aut Comitissa nubat, & in dotem non det Ducatum, aut Comitatum, non erit Maritus Dux, nec Comes, & si more recepto dicatur Dux, ac Comes; nam verè ex consensu tradendi in dotem nascitur ius ad bona dotalia, non ex vi coniunctionis.*

54 Sic legem Romuleam à Dionisio relata statuentem, Mulierem viro legitimo coniunctam, fortunarum, & Sacrorum sociam esse, Lips. de leg. Reg. Rosin. antiquit. lib. 8. cap. 5. intellexerunt, adficientes, Societatem illam non fuisse communicatiuam, ni pactum dotale, aut tacitus consensus vxoris intervenerit, quo ad bona ab vxore possessa ante Matrimonium; sed quo ad cohabitationem, & consortium vitæ. Vt post Conan. lib. 8. Comment. cap. 1. Valasc. *dict. cap. 5. nu. 6. ex Marth. vot. 93. Annæus Rober. rer. iudicat. lib. 4. cap. 1. Felic. de societ. cap. 3. num. 6. Gutierr. lib. 2. Practic. quest. 126. nu. 1. P. Molin. de iust. & iure, disp. 274. num. 5. & disp. 423. num. 6. Mantie. de tacit. lib. 6. tit. 12. num. 4. Barbof. *dict. l. 1. par. 1. num. 23. solut. Matrim. Mar. Giurb. consuetudin. Messanens. cap. 1. Glos. 6. ex num. 1. & Glos. 7. ex num. 2. Paz in l. 203. stili. num. 4. & sequentib. Garc. de coniugal. ac quest. ex num. 14. Basil. de Matrim. lib. 1. cap. 2. per tot. latè antiquas Romani iuris ceremonias, & mores referens Duaren. ad tit. solut. Matrim. *dict. cap. 1. num. 1. Ossuald. lib. 13. com-***

ment. cap. 18. Bessold. de trib. Dmest. c. (55) societ. specie. cap. 2. Quod sic iuri consonum esse notant, vt quo ad communicationem bonorum necessarius habitus fuit mos receptus aliquarum Gætium, iam iure, & legibus laudatus inter Hispanos, Gallos, Siculos, Belgicos, taliter, vt assertiue firmet Ossuald. ad Donel. lib. 13. cap. 18. litter. H. non obligatoriam, nec à mero iure ortam, sed consuetudinariam.

56 Cum ergo in his bonis Dominium, ac administratio vxori competat, taliter, etià Marito reuente, cū verè Domina, illorum dispositio suis (57) stinetur; vt in præsentatione Beneficij pertinentis ad vxori in bonis recepticijs, ac etiam, vt aliqui, in paraphernalibus, post Bald. in cap. significauit, num. 3. de rescript. Palac. Rub. in cap. Per vestras, §. 42. num. 10. Barbof. l. Divortio, §. Si vir, num. 58. vers. Vnae, solut. Matrim. Ioan. Gutierr. de tutel. par. 3. cap. 29. num. 4. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 24. num. 32. & 33. vbi addit. refert Viuian. de iure Patronat. cap. 7. num. 8. Garc. de Benefic. 5. par. cap. 9. num. 24. & 182. Fontanel. de Pact. nuptial. tom. 2. claus. 6. par. (58) 3. Glos. 1. num. 12. Idem dicendum ad hoc, vt qualitas quæ sita per Matrimonium non afficiat bona, quo ad mutationem fori, cum in his Mulier personam legitimam administrandi, & agendi habeat, etiam reuente Marito, & nolente ei licentiam præstare ad agendum, quam non ex necessitate iuris; sed ex reuerentia, & (59) obsequio, seu imbecillitate sexus, & ne contra pudorem Matrimoniale, in Curijs vagentur, procedere censemus attenta Imperatoris Constitutione, in l. Maritus, C. de Procurat. l. 3. tit. 7. par. 3. Anton. Gom. ex Glos. & Doctores, ad *dict. l. Maritus, & l. fin. C. de Pact. convent. in l. 54. Taur. num. 1. Konan. lib. 9. Comment. cap. 3. num. 3. August. Barbof. in *dict. l. Maritus, C. (60) de Procurat. Nam, ex quo Mari-*
tus*

tus in bonis Dominium, nec administrationem habeat, si vxori licentiam ad agendum concedere recusaret, officio iudicis datur, tam iure Nostro, l. 57. Taur. l. 4. tit. 3. lib. 5. Recopil. vbi Matienç. quam communi, & assensu Doctorum, vt ex Bart. Rodrig. Suar. & Palac. Rub testatur Azéued. dict. l. 4. quod in admittibile esset, si vnio Maritalis in omnibus capite minueret Mulieris personam, vel ex aptitudine ad agendum, damnum in bonis sequeretur Marito, vt notat Roderic. Suar. tit. de las deudas, num. 21.

61 Comprobatur Nostra sententia ex recepta Doctrina Bartholi in l. Si quis sub conditione, num. 20. solut. Matrim. laudata à Gregor. Lop. dict. l. 3. tit. 7. par. 3. verbo Personalmente, Couarr. lib. 2. varian. cap. 1. nu. 3. Matienç. & quos adducit l. 10. Glor. 1. tit. 3. lib. 5. Recopil. dicentis Mulierem teneri ad rationes reddendas, debita soluenda, capiendamque esse, mittendam in carcerem, omisso Maritali iure, ratione debiti provenienti ex tutela administratione.

62 Et quamvis dissentiant in captura personali Doctores adducti à Matienç. & cogitandum relinquat Gregor. Lop. cum Mulier ex contractu; nec alia ex causa criminosa, possit præiudicare viro in exhibitione obsequiorum conugalium, ad quod rei vindicatorium ius habet in corpore vxoris ex vi Matrimonij, vt post Abbat. Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 7. nu. 3. Ossald. ad Donel. lib. 13. (63) cap. 18. litt. A. Et illorum necessaria amissio sequeretur, si posset in carcerem mitti. Hæc enim ratio fuit ex qua pro tutelari debito carcerari non posse, Mulierem credant aliqui Scribentes: quo verò, ad executionem obligationis, nec dissentiant; immò communiter asserunt, post Bart. teneri vxorem ad rationes tutelæ, cæterasque obligationes natas ex vi administrationis, ad quod (64) in foro proprio administratio-

nis ex iuris dispositione, l. 1. C. vbi, de ratiocin. exequendum sit, non Mariti cum non circa res ad societatem, & vnionem Maritalem pertinentes iudicium agitetur, nec in eo violetur Maritale ius; immò eam non attentata fori mutatione: locus est, tam iure attento, quam consuetudine, vt de Valentiniano more in vxore Clerici (65) coniugati, & Familiarum Sancti Officij, testatur Doctissim. Crespi de Valdaur. Obseruat. 54. num. 58. & notat Amaya, in vxoribus Naviculariorum, in l. fin. num. 20. C. de Incol. lib. 10. & si in eum inuehat, Pareja dict. tit. 2. resol. 6. spec. 6. num. 383.

66 Sed quid dicendum in criminalibus? Sanè Pareja dict. spec. 6. nu. 351. ex Reinoso, & Thom. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 47. neruose tenet contra Amayam, Mulieres Clericorum Minorum Ordinum, Equitum Militarium, Familiarum Sancti Officij, aliorumque fori Priuilegium habentium, iure communi attento, non gaudere Priuilegio fori Mariti, in delictis. Primo, quia si hoc esset necesse, non haberet Princeps in Priuilegijs Marito competentibus exprimere, vt ad vxores extendatur casu, quo illas comprehendere vellet. Secundo, quia forum communicabile vxori tantum habendum, dum ratione Nobilitatis ex natura provenienti, aut Dignitatis procedit; non vero si ratione tantum officij, aut administrationis. Et casu, quo admittenda fori communicatio, censendum tantum de foro domicilij, ne à seruitio Mariti abstrahatur; non verò competenti ratione Clericatus coniugatis, aut Equitibus Ordinum Militarium, quatenus Religiosi dicuntur, cum in communicabile sit, quia competens Clericis, eo, quod corpus, & animam in obsequium Dei transfulerint Equitibus, quatenus vota Religionis emisserunt, secundum Bullas Apostolicas; quod in vxore non reperitur, nec capacitas partici-

pationis Status, aut Ordinis. Viden-
di Antald. *de iurisdic. Eccles. par. 2. cap.*
9. tit. 11. Thom. del Bene de immunit.
Eccles. cap. 4. dubit. 23. tom. 1.

67 Nihilominus contrariã opi-
nionem præter Doctores adductos à
Sanch. *dict. quæst. 47. num. 2.* dicentes,
vxores Clericorum gaudere Privile-
gio Maritali, & si ratione Ordinis
proveniat, defendunt post Panormit.
& Dominic. à Sãcto Germinian. Ti-
raquel. Graf. & vterque Barbof. ad-
ducti ab Amaya in *l. Mulieres, num. 10.*
C. de Incol. lib. 10. Barbof. in *l. Quaja ta-*
le, num. 26. solat. Matrim. Tiber. De-
cian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 53.
Bellug. *specul. Princip. tit. de proposit.*
grauamin. §. Videndum, num. 6. Mar.
Giurb. *consuet. Messanens. §. 1. Glos. 1.*
par. 1. cap. 1. num. 53. Thom. Sanch.
(sui immemor, si sua snt opera) *cons.*
Moral. lib. 6. cap. 1. dub. 3. num. 2. Dian.
par. 3. tract. 1. resol. 45. alij adducti à
Thom. del Bene *de immunit. Eccles. cap.*
1. dub. 11. sect. 4. tom. 1. Sapiientissim.
D. Crespi de Vald. *Obseruat. 54. ex*
num. 55. cum sequentib. Fragof. regim.
Christ. Reipubl. par. 1. lib. 3. disp. 6. §. 10.
à num. 179. D. Ildephons. de Escobar,
de Pontif. & Reg. iurisdic. cap. 36.

68 Sed ne ducamur tantum au-
toritate, rationes inquiramus huius
sententiæ, vt inde verum cognosca-
tur. Sanè nostro videri futile est fun-
damentum dicentium, Mulieres in-
capaces esse, vt ratione Maritalis Or-
dinis, fori Priuilegio gaudeant, cum
personale sit, ac iniunctum Ordini,
seu characteri; quod, vt cognosca-
(69) mus, prænotandum est. Cleri-
cis duo Priuilegia competere, Ordi-
nis scilicet, ac fori. Priuilegium Or-
dinis, seu characteris, distinctum est
à Priuilegio fori: illud personale,
(70) nec extensibile; istud, non tan-
tum Clerici personam respicit, sed
bona, *cap. Cum non ab homine, vbi Do-*
ctores, de iudic. cap. Aduersus, cap. Non
minus, de immunit. Eccles. cap. 2. 3. & 4.
de foro compet. Anton. de Butr. cap. 5.

num. 9. cod. tit. Bobad. lib. 2. Polit. cap.
18. num. 41. Suar. *de immunit. Eccles.*
lib. 4. cap. 25. num. 6. *de Privil.*
Clericor. cap. 8. num. 34. Fragof. *regi-*
mit. Reipubl. par. 2. lib. 1. disp. 3. §. 18.
num. 315. Thom. del Bene *de immunit.*
Eccles. cap. 5. dub. 2. assert. 1. Mulieres
(71) enim Clericorum Priuilegio
Ordinis incapaces sunt; ideò si quæ-
reremus, an Priuilegium, *cap. Si quis*
suadente Diabolo, quæsiibile sit vxori,
benè, & firmiter credimus ad illam
non transire, Tiraquel. *ad leg. Conna-*
bial. Glos. 2. num. 62. & si, nec desint,
(72) qui teneant Constitutionem,
dict. cap. Si quis suadente Diabolo, ex-
tensibilem esse, in eamque compre-
hensos vulnerantes, ac iniuriam fa-
cientes consanguineis, ac proximis
Clericorum, vt post Roman. Tiraq.
& alios Cephal. *cons. 587. num. 3.* Ba-
yard. *ad Clar. quæst. 77. num. 3. §. fin.*
Schard. *de feud. par. 9. cap. 4. num. 16.*
post Barbof. Garc. Donat. Anton. de
Marin. *quotid. resolution. lib. 2. cap. 77.*
num. 2. & 3.

73 Econtra vero dicendum de
Priuilegio fori, cum non sic pendeat
ab Ordine, vt personam tantum Cle-
rici respiciat; qua distinctione atten-
ta, *ex Glos. in cap. Eos 32. dist. cap. Cleri-*
cum 11. quæst. 1. Abb. Panormitan. *in*
cap. 2. num. 6. de foro compet. Immol.
num. 3. Mar. Socin. *cap. 1. num. 20. cod.*
tit. Dom. à Sancto Geminian. cap.
unic. §. fin. num. 7. de Cleric. coniug. in 6.
(74) tenent, fori Priuilegio gaude-
re in criminalibus, vxores Clerico-
rum, Giurb. *dict. cap. 1. Glos. 1. n. 54.*

75 Et quamvis Gregor. Lop. in
l. 52. tit. 2. par. 3. verbo *Casamiento,*
duas fuisse opiniones refert, Ioan.
Andrææ tenentis, forum Mariti Cle-
rici, ad Mulierem non transire; & si
contrarium defendant Abb. Socin.
Immol. ipseque teneat, seruandam
opinionem Ioan. Andrææ; contrariũ
resoluit Montalu. in ipsa *l. 32.* verbo:
La tercera. Et reiecto Gregor. Lop.
Didac. Per. in *l. 1. vers. Vxorem Clerici,*

Ex quibus infertur, tit. 3. lib. 1. Ordin. fol. mibi 57. & 58. quos sequitur Thom. Sanch. dict. lib. 6. conf. Moral. cap. 1. dub. 3. num. 2.

76 Ex quibus credimus, reiectis rationibus à Pareja, & Sanchez adductis, vxores Clericorum, Equitumque Ordinum Militarium in criminalibus, fori Priuilegio gaudere, vt latè Narbon. l. 20. Glos. 1. concord. familiar. tit. 1. lib. 4. Recopil. num. 43. & sequentib. Omisissis, quæ Abb. Immol. Socin. Montal. Didac. Per. & Sanch. notant Crespi, dict. Observat. 54. num. 55. cum sequentib. & Amaya dict. l. fin. (77) Ex eo, quod si Mulier Militis, ratione Dignitatis, forum Mariti sequitur, vnde priuanda Mulier Clerici coniugati, aut Equitis, foro Mariti: (78) Cum quidquid sentiat Pareja, Clericatus, & Equestris Ordo, Dignitates habeantur, vt de Clericatu, post Ioan. Andr. cap. Libenter, de seruis non ordinand. Bon. de Curtil. de Nobilit. par. 3. num. 220. Tiraq. de Nobil. cap. 9. Barbos. in l. Quia tale, n. 26. solut. Matrim. Giurb. dict. ca. 1. Glos. 1. (79) num. 54. De Equestri Ordine, post ea, quæ ex l. Vnic. C. de Equestr. Dignit. lib. 12. notant Scribentes. De Dignitate Equitum Ordinum Militarium, videndi Ant. Per. ad tit. C. de Equestr. Dignit. lib. 12. nu. 9. & Matth. Stephan. de Nobilit. cap. 3. num. 3. Ioan. Nold. de stat. nou. Ciuitat. cap. 1. num. 7. Besold. dissert. 2. de Nobilit. ex num. 5. Tumen. de Nobilit. gener. cap. 4. latè Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 2. ex num. 26. cum sequentib. Sixtin. de re- (80) gal. lib. 1. cap. 2. num. 36. Præcipuè, cum coniugium non repugnet substantiæ Ordinis in Clerico Minorum Ordinum, Abb. cap. 2. num. 7. (81) de foro compet. Nec in Equitibus Ordinum, ex Summorum Pontificum Constitutionibus, Montal. dict. l. 32. verbo: La tercera, tit. 2. par. 3. latè Carleu. de iudic. disp. 2. ex num. 418. cum sequentib. ex cap. 1. de vot. lib. 6. Archid. Hostiél. Caietan. Ledesm.

Victor. Thom. Sanchez, & alij, Magister meus semper colendus Dom. D. Ferdinand. Pizarro, Supremi Cõfilij venerandus Senator, in Apolog. fauore Ordin. Militar. ex num. 27.

82 Nec enim obstat, quod de multiplicatione subiectionis voluit Pareja, num. 400. Vt ex inde Mulier priuaretur foro Mariti, aut Priuilegio, ex vnione Matrimoniali nato, cum non sit nouum, nec iuri contrarium, vt notant Geminian. & Montal. dictis in locis, Mar. Socin. cap. Si quis Clericus, num. 20. de foro compet. quod in vno subiecto, duplex subiectione Ciuilis inueniatur, vna Originis competens Natiuitate, Domicilij habitatione; alia Dignitatis, ex ipsisque habeat forum, secundum vniuscuiusque qualitatem, de quo expressa l. Senatores, de Senator. in qua Bart. Bald. & Scribentes notant (vidèda Glos. 33. §. 4.) præcipuè Æguinar. Baron. Senatores, ratione Dignitatis, forum quærere, sed ex ea non amittere Origines, cum ex allectione, aut assumptione ad Dignitatem, non amissum primum forū sit, sed additum ortum ex Dignitate, Corraf. in dict. l. Senatores, num. 6. Vt magis auctus honor, quam mutata conditio videatur. Vbi, & Fab. Ioan. Oros. Ex quo etiam dicendum, non repugnare in Muliere forū proprium, & nouum additū per Matrimonium, ad hoc, vt conveniatur coram iudice viri; immò decens esse societati Maritali sine obice multiplicationis subiectionum, vt ex dict. l. Assumptio, Æguinar. Baron. dict. l. Senatores, Corraf. num. 6.

83 Quod in ipsis Equitibus Militaris Ordinis inuenitur, vt in Ciuilibus conveniri valeant coram Sæculari Iudice, vt notum est, ac receptum inter Nos, Bobad. lib. 2. Politic. cap. 19. num. 26. Dom. Crespi de Valdaur. dict. Observat. 54. num. 8. & negari non potest, quod Ecclesiastici sint, forumque habeant, vt conveniantur coram suis Iudicibus, vt latè Dom. semper

venerandus D. Ferdin. Pizarro, *dict.*
Apolog. Ordin. Militar. fauor. Carleu.
de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 6. sect.
 4. à num. 408. cum sequentib.

84 Nec etiam ex eo, quod Pri-
 vilegium fori competat ratione Or-
 dinis, quo Mulier capax non est; nam
 forum non sic vnitur Ordini, vt so-
 lum competat his, qui Sacros, aut
 Minores Ordines susceperunt; im-
 mò in l. 2. vbi Glos. & Doctores, C.
de Episcop. & Cleric. latè Farin. quest.
8. num. 46. Narbon. l. 20. Glos. 1. num.
34. tit. 1. lib. 4. Recopil. Thom. del Bene
de immunit. Eccles. cap. 4. dub. 11. tom. 1.
 (85) fori Privilegium concessum
 invenimus familiaribus Clericorum;
 licet admissum id sit tantum in fami-
 lia Cardinalium, aut Episcoporum.

86 Minus obstant, quæ Pareja
 expendit, num. 407. dicens, in graue
 damnum societatis Maritalis esse, si
 per participationem Privilegij, Mu-
 lier in criminalibus fortiretur forum
 Mariti, conveniendaque esset coram
 iudicibus Supremis Militariū Equi-
 tum, cum de his copia omni in loco
 non habeatur, separeturque ob id à
 seruitio viri, si ibi comparere debe-
 ret; quod iura non patiuntur, l. *Sicut*
Patronus 48. de ritu nuptiar. l. Qui ex
libera, C. eod. l. 2. C. de obseq. Patron. præ-
stan. Anton. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 1. dif-
fini. 11. num. 1.

87 Nam utique semper seque-
 retur damnum idem Maritali socie-
 tate, cum etiam à seruitio viri segre-
 getur, quoties Mulier conventa ob
 crimè in carcerem mittatur, & quod
 Magis est, nec puniri posset, quod
 absurdum esset: Hæc enim separatio
 provenit in pœnam criminis ex iure
 necessario in vindictam malorum, ex
 vi que iustitiæ vindicatiæ ad puni-
 tionem criminum. Ex hoc prin-
 cipio, nec attendi debet separatio so-
 cietatis coniugalis, cum iustitiæ exe-
 cutio omnibus iuribus anteferenda
 sit, reiecta ratione Domini, seruitij
 Maritalis, vel Dominatiui, Argum.

l. *Bona fides depositi, l. Servus, C. ad leg.*
Iul. de vi public. Diximus Tract. de Con-
trauand. cap. 29. num. 82. & sequentib.

89 Nec obstat D. Gabrielis Pa-
 rejæ fundamentum traditum, n. 361.
 & 362. dicentis, multa Privilegia
 concessa Maritis, ad vxores extendi,
 eo, quod expressa est extensio: quod
 necesse non esset, si ipso iure in eis
 (90) comprehenderentur. In quo
 distinguendum: Aut Privilegium est
 absolutè personale, vel generale, fa-
 uorableque; hoc casu Privilegia cõ-
 cessa Maritis, ad vxores extēduntur,
 etiam sine expressione, nec tantum
 iuris extēsiōne, vt voluit Geminian.
cap. Vnic. 9. In ceteris, num. 7. de Cleric.
coniug. Tiraq. post leg. connub. Glos. 2.
num. 59. Montal. dict. l. 32. verbo. La
tercera, tit. 2. par. 3. Sed comprehen-
sione indiuiduitatis Matrimonialis,
Franch. decis. 363. num. 3. & ibi addit.
Vizcont. & Amend. latè Grat. discip-
at. Forens. tom. 4. cap. 623. à num. 3.
Surd. decis. 330. num. 9. & sequentib.
 vbi Hodiern. addit. Milan. *decis. Sicil.*
10. vol. 1. Fab. Annan. conf. 108. No-
uar. de elect. fortun. quest. 47. sect. 1.
Narb. concor. familiar. Glos. 1. à nu 41.
 cum sequentib. Et cum Privilegium
 fori fauorable sit, Mulierque capax
 inclusionis, gaudebit foro Mariti.

92 Aut Privilegium personale,
 quale Canonis, & id ad vxorē prop-
 ter incapacitatem, non extenditur;
 Tiraq. *Glos. 2. num. 61.*

93 Neque obstant, l. 2. C. de Epif-
 cop. & Cleric. l. 1. & 2. C. de vxor. Milit.
 vbi expressè de vxoribus Clericorū,
 aut Militum fit mentio, vt competat
 vxori beneficium Mariti.

94 Nam in l. 2. loquitur de im-
 munitate Munerum, quæ diuersa
 est à Privilegio fori; immunitas enim
dict. l. 2. Clericis competens sordido-
rum Munerum est; & cum Clerici
 immunes sint ratione Dignitatis Sa-
 cerdotalis, nihil mirum, quod in *dict.*
 l. *Expresserit Imperator,* quod ad vxo-
 res, & familiam Clericorum exten-
 da-

datur, non per vim concessionis, sed declarationis: cum ab his Muneribus, sicuti à cæteris personalibus Clericorum bona libera sint, ratione spiritualitatis ipsius Clerici, vt diximus supra.

95 Dispositio etiam *dict. l. 1. & 2. C. de vxor. Milit.* necessaria fuit ad hoc, vt vxores Militum gauderent (96) beneficio restitutionis. Primo, quia Militia simplex Nobilitatem non confert, vt ex *l. fin. C. qui Milit. nō poss. l. 1. C. de equestr. Dignit. lib. 12.* notat Paris. *de Put. de sindic. in form. inquisit. gener. num. 38.* Bart. Alberic. Didac. Perez, Tiraquel. Barb. *dict. l. (97) Quia tale, num. 27.* Sed Ministerium iudicatur ob id Privilegium Mariti personalissimum, Bart. *l. Maximarum, n. 2. C. de excus. numer. lib. 10.* (98) ad vxoresque non extensibile, vt præf. Doctores adducti à Barbof. *Franch. decis. 363. num. 1. & 3.* vbi addit. Vizcont. & Amendol. Et si (99) Gracian. *dict. cap. 623. num. 3.* teneat ex plurimis, quod Privilegium personale Mariti ad vxorem extendatur, Intrigliol. *singul. 36. lib. 2. Cácer. variar. tit. de vniuers. cap. 2. num. 220. tom. 2.* Mar. Cutel. *ad leg. Sicul. Stephan. à Nathen. iust. vulner. tit. 8. cap. 10. num. 1.* Capiblan. *de Baron. Pragmat. 8. cap. 57. num. 7.* latè Fon-

tanel. *de Pact. nupt. par. 15. claus. 7. Glos. 3. tom. 2.*

100 Secundo, quia beneficium restitutionis concessum in casu, *dict. l. 1. & 2.* non est ratione Militiæ, exercitij, aut Nobilitatis; sed absentia, ac seruicij Reipublicæ exhibiti, vt in *ipsis leges*, notât Doctores, Vvefemb. *paratit. ad illam tit.* quod præcipuè cognosces, ex *l. fin. C. de restit. (101) Milit.* vbi nec etiam illud beneficium ipsis Militibus, ni in expeditione conceditur, & ibi Bald. & Doctores, Bellug. *specul. Princip. rubr. 20. de Milit. grauam. num. 20.* Maur. *de restit. cap. 83. num. 3.* Petr. Gregor. *lib. 19. sint agm. cap. 17. num. 1.* Costa *de iur. & fact. ignor. inspect. 84. num. 11.* & 15. Sforc. *de rest. Milit. num. 2. & 4.* Menoch. *cons. 408. num. 56.* Barbof. *ad l. 2. C. de restit. Milit. num. 2. & 4.* Claud. Coter. *de Priuil. Milit. lib. 2. cap. 10.* Quare nihil mirum, quod in casu illarum leg. *Mentio fiat*, vt ad Mulieres, Maritos in Bello sequentes extendantur, tam ratione absentia, quam ex eo, quod illis sequi, ac comitari laudabile censeatur, operamque nauare pro Republica videantur, ne amor coniugalis, Maritos auertat à Castris, Claud. Coter. *de Priuil. Milit. lib. 2. cap. 2.* Sforc. *dict. quæst. 6. art. 8.*

SIN PONER DEBAXO DE LA CRVZ, EN LO
alto, ni al principio Titulo alguno.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**ruce in initio Epistolarum apponenda ad felicitatem.
- 2 Cruce apponebatur in omen felicitatis in locis, & rebus publicis.
- 3 Crucis laudes ex Sanctis Patribus.
- 4 Cruce imponenda in initio instrumentorum.
- 5 Cruce venerata ab Hispanis.
- 6 Crucis signum Maiestaticum inter Hispanos.
- 7 Vexillum Regum Hispanorum Cruce.
- 8 Vexillum Constantini Cruce.
- 9 Cruce signum Regum inter Hispanos.
- 10 Regia instrumenta signata signo Crucis.
- 11 Signum, quo Comites Castella signabant, erat Effigies Crucis.
- 12 Crucem imponere ad initium librorum, peculiare inter Hispanos.
- 13 Cantabri, qui sint inter Hispanos.
- 14 Cantabri per ducentos annos bellum cum Romanis gesserant.

- 15 *Hispānia prima, Gentium litteras coluit.*
- 16 *Signa necessaria ad rerum cognitionem, præcipuè in bello.*
- 17 *Signa Militaria Persarum, Dacorum, Romanorum qualia?*
- 18 *Centabrorum signum Militare Crux, 24.*
- 19 *Crux inter Hispanos symbolam, seu Hieroglyphicum felicitatis.*
- 20 *Signa animalium ad bellum ducebantur, & cuius ductu prospere successores veneratione colebant.*
- 21 *Iuppiter Ammonius veneratus in formam arietis.*
- 22 *Apis in formam Tauri.*
- 23 *Mars veneratus simulachro ensis.*
- 25 *Crux symbolum felicitatis à Mundi principio. Præcipuè inter Hebraeos, 27.*
- 26 *Arbor, in qua lapsus Adam, notata signo Crucis.*
- 28 *Crucis Misterium præfiguratum diuersè in Sacris litteris.*
- 29 *Littera T. ultima Alphabeti ad felicitatem, & perfectionem consequendam, quia effigiem Crucis æsignat.*
- 30 *Tbau in formam Crucis designabatur.*
- 31 *Crux ad felicitatem insculpta ab Aegyptijs in pectore Serapidis, 32. Et in parietibus Templi ad perpetuitatem.*
- 33 *Crux fuit signum Dei. De quo Iur. Consult. in leg. Titia, §. Seix, de aur. & argent. legat. contra Accursium.*
- 34 *Crucis effigies venerata Romanorum Imperio ante Christi Domini Passionem.*
- 35 *Annulus signatorius Iosepho datus à Pharaone in Potestatis signum habebat insculptam effigiem Crucis.*
- 36 *Romani in Nummis Crucem effigiebant.*
- 37 *Romani ab Aegyptijs Deos acceperant, præcipuè Serapim.*
- 38 *Romani ad venerationem Deorum, & cognitionem signis utebantur.*
- 39 *Crux signum Isidis, seu Osiridis inter Romanos.*
- 40 *Milites notabantur ad designationem vitæ, littera T.*
- 41 *T. Littera Sacra inter Sacerdotales, Absolutoria in Iudicijs, 42.*
- 43 *Crux apponitur in initio omnium rerum, ab instanti, quo Dominus Noster Iesus Christus passus fuit in Cruce.*
- 44 *Crux initialiter apposita à Regibus Catholicis.*
- 45 *Aegyptij incoluerunt partem Hispaniarum.*
- 46 *Tarracona ab Aegyptijs condita, & Populata.*
- 47 *Crucis effigies venerata ab Aegypcio, à nocte Phæse, 48.*
- 49 *Signo, quo signata fuerunt domus Hebraeorum cum sanguine Agni in nocte Phæse, fuit effigies Crucis.*

DE IMPOSITIONE CRUCIS IN LITTERIS.
Deque huius Sacri Signi devotione, & Pietate inter Hispanos:
ab hisque veneratam illius Effigiem fuisse, sub Titulo: *Signi
Cantabri*, ante Christi Domini Passionem, & vnde
hæc orta veneratio?

GLOSSA QVINQVAGESIMA
quarta.

ET si post Mermaniū, Lyp-
sium, Bosium, Gretserum
de Cruce agere temerita-
tis sit, cum tamen lex Nostra in Epi-
stolarum initio signum Sacrum ap-
ponere commune esse demonstrat, tā
in felicitatis fundamentum, quam, vt
in eis contenta feliciter occurrant,
cum ex illius appositione principium
habeant decens, & Deo amabile, ne-
cessariumque in omni actu, *cap. Non
obseruetis 16. quest. 7. Nouell. 6. Quo-
modo oporteat Episcop. in Præfat. Virgil.
Eglog. 3.*

----- *A Ioue principium Musa.*

2 Ducimur aliqua prælibare de
Pietate, ac Devotione Sanctæ Cru-
cis apud Nos. Et si Bernardin. Græ-
cus in *Prægnat. Neapol. fol. 259.* breui-
ter aliquid de hac Crucis impositio-
ne Epistolari pie notauit. Et omis-
sis prænotatis circa vsum signandi Sa-
cro signo Ecclesias, Urbium portas,
Monumenta, Tumulos, Sepulchra,
Vexilla, Naues, Nūmos; de quo præ-
ter relatos Scriptores, Ioan. Lymn.
de iure public. lib. 2. cap. 4. num. 28. Tor-
res *Philosoph. Moral. lib. 3. cap. 3.* Theo-
dor. Hoeping. *de iure insign. cap. 3. ex
num. 76. & cap. 17. ex num. 337.* Ioan.
Iacob. Speidel. *Histor. iurid. Polit. litt.
L. num. 38.* Nouar. *lect. Sacr. lib. 2. cap.
14. num. 372. & lib. 3. cap. 24. ex num.
495.* Laurent. Beierlinch. *Teatr. vita*

*human. litt. C. verbo Crux, Ioseph. Vi-
ce-Comit. de antiq. Baptism. ritib. lib. 2.
cap. 40.* Conrad. Brun. *de Cerem. lib. 3.
cap. 5.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 12.
cap. 16.* latè, & eleganter Salmer. *Cō-
ment. in Euang. tom. 10. tract. 36. De Sa-
cro Crucis Mister. Vazq. in 3. par. Div.
Thom. quest. 46. art. 4. & quest. 57.
art. 6. sect. 2.* Castill. *de Ornatu Aaron,
vers. 5. Illat. 58. & vers. 37. Illat. 263.
cum sequentib.* Nicol. Hontem. *de Art.
Notariat. lib. 2. cap. 6.* Matth. Steph.
ad tit. C. Nemin. licet. sign. Saluator.

3 Quæque à Sanctis Patribus
Ignatio, Athanasio, Naziaceno, Da-
masceno, Chrysostomo, Hieronymo,
Ambrosio, Augustino prædicantur;
quia Ara, in qua sacrificatus Chri-
stus, dignissima Hostia, ex quo Scala
Cælestis Regni: Instrumentum libe-
rationis, & reconciliationis inter
Deum, & homines: illorum inexpug-
nabilis Murus: Trophæum in interi-
tum, & ruinam Diaboli; Salutis Ve-
xillum; Palma æternæ vitæ, Dignif-
simūque laudatur venerationis Mo-
numentum. Et deducitur ex Impe-
ratoris Iustiniani Constitutione ca-
uente in *l. Sancimus 22. §. Sin autem, C.
(4) de iur. deliber.* Quod venerabile
Signum Sanctæ Crucis, necessario in
initio Instrumentorum requiratur.
De quo Bart. B. ild. in *dict. l. Roland. à
Vall. conf. 73. num. 4. vers. 2.* Ant. Fa-
ber in *Cod. lib. 5. tit. 11. diffn. 17.* Man-
tic. *decif. 189. num. 2.* Petr. Gregor.

lib. 46. Syntagmat. cap. 3. num. 9 ad sui firmitatem, & infalibilitatem, Authent. de testib. in Prefat. Et signum venerabile Crucis, Nouel. Leon. 79. Quantum Sacrosanctum signum, Diuinitatisque nomenclatura in illis conspecta prebeat, vbi Gothofred. ex Conrad. & alijs, Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 2. ex num. 106. Ioan. Harpret. Procem. institat. in init. num. 8. Nicol. Hontem. dict. cap.

5 Notandum est, Hispanas Gentes sic semper Sacrum hoc signum habuisse, vt de eis crederem sensisse Tertulianum, dum de Coron. Milit. inquit: Ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quocumque nos conuersatio exercet frontem Crucis signaculo teximus. Nam si Catholicorum Regum crepundia recolimus, inuenimus ad felicitatis omen acceptum in Maiestaticis insignibus, Crucis signum imponere. (7) Sic post captam Hispaniam, & recuperari ceptam, Primus Pelagius illud in vexillum accepit; à quo ad ceteros translatum peculiare fuit, & primum. Ambros. de Moral. Chron. lib. 13. cap. 5. Vald. de Dignitat. Reg. cap. 15. num. 17. Georg. Schomborn. Politic. lib. 2. cap. 20. num. 2. Torres Philosoph. Moral. de Princip. lib. 3. cap. 13. Ioan. Iacob. Speidel. Histor. iurid. Politic. litt. C. num. 38.

8 Nec in Bellicis rebus tantum habitum præcipuum (haud acceptum ex Constantino, qui Crucem in vexillo, sub Lauari Titulo accepit, vt diximus Tractat. de Contrau. cap. 13. late P. Viegas in Apocal. cap. 7. Comment. 5 sect. 2. de quo non erit Sermo) sed in omni Hispanicarum Gentium Circulo, vt ex Pelagio, diximus numero antecedenti. Et inuenimus in illis Primis Sobrarvensis Regni crepundijs. In quo signum Regium in felicitatis omen receptum fuit à Garcia Ximeno Rege, laudatumque

à Catholicis Hispanis, sequentibusque Regibus Illustrissimi Regni Nauarrei (Stirps nempe Aragonici, & aliorum Regnorum) Tarraph. de reb. Hispan. an. 754. Sotomayor de Cuenc. Investigac. de el Orig. y Priuileg. de los Riccos. Homes, Introduc. fol. 3. Sed etiam in cæteris omnibus. Regalia enim Mandata, Rescripta, aut Instrumenta nuda Crucis impositione vim, & virtutem recipiebant, nec in eis subscriptio Regalis alia, Ambros. de Moral. dict. lib. 13. cap. 5. En ningun Priuilegio Real de los Reyes ya dichos, no ay señal de sello, ni mencion de el, solamente ay el signo de el Rey, nombrado assi en las escrituras, y comunmente es vna Cruz de diferentes maneras.

10 Quæ formula à Catholicis Regibus laudata, ad Castellanorum Comites descendit, qui pietatem, etiam illam secuti vexilla Sacro Crucis Symbolo venerati sunt, & in Instrumentorum fidem, inuolabilitatem, & firmitatem ipso signo utebatur, vt euincitur ex Instrumentis Munij Nuñez, Ferdinandi Gundi-falui, & Sancij Comitum, relatis à Sandou. Histor. de los cinco Obispos, fol. 293.

11 Et ego Monio Nuniz, & vxor mea Argilo, in ista scriptura roborauimus, Caballarius roborabitur, Armonius Presbyter, Monio Ardega Camna, Vincentius Tellus, Abaca Valerio, pro testibus †. †. †. †. †. †. †. Et postea in confirmatione Sancij Comitum: Et manu mea †. roborauimus. Et in scriptura erectionis Monasterij Diui Mamæ, facta Era 968. à Comite Ferdinando: Maria Abbatisa Signum feci †. Auria in hoc testamento manu mea Signum †. feci. Nobilia Signam †.

12 Pietas illa, & veneratio, vsusque Sacri Signi in omni actu (vt diximus) sic receptus fuit inter Hispanos, vt ausus sit asserere Ambros. de Moral. Chron. Gener. lib. 13. cap. 27: Ponerla Cruz, pudo ser vso general en comun para todos los libros que los Chris-

tianos escriuiian: Mas fue particular, y propia de nuestros Españoles. Nec dicam temere hæc verba prolata, immo legitimè, secundumque cultum Hispanorum: Ab eis enim, sic Sacrum hoc habitum signum sic veneratum, nec post Domini Nostri Iesu Christi Passionem tantum; sed multis retro annis, ex Maiol. & Vald. Theodor. Hoeping de iure insign. cap. 17. n. 472. (13) Quod, vt dignoscatur sciendum est, inter Iberas Gentes à Prima Periodo Mundi, post Cataclismum Cantabros fuisse Incolas Cantabri Circuli, ex Strabon lib. 3. Paul. Oros. lib. 1. cap. 1. Plin. lib. 6. cap. 20. Volateran. lib. 2. Flor. de Ocampo lib. 2. cap. 5. Marian lib. 1. H stor. Hispan. cap. 4. & lib. 3 cap. 25. Per ora Oceani à Pyrenæis Montibus, vsque ad Iberi fluminis fontes, Montesque Idubeda, quas sic liberè egisse, notant Scribentes à morte Abidis Hispaniarum Regis: Sic eis innatam libertatem, vt nec tantum Græcorum Dominationem, Carthaginensium manum repulerint; sed per ducentos annos cum Romanis Bellum gesserint, illorum abijcientes Imperium, taliter, vt Augustus teste Oros. lib. 6. cap. 21. crederet parum cum toto Orbe actam, si Cantabros vti suis legibus, & Imperio sineret, quare in eos ipse Hispaniam cum Exercitu profectus fuit.

15 Acceperant Cantabri (cum Hispania inter Primas Mundi Prouincias, antequæ Græcia disciplinam, & scientiã coluisset, ac litteras, Flor. de Ocampo Chron. Hisp lib. 1. cap. 9. Dixim. de leg. Polit. lib. 1. cap. n. .) (16) Vel à suis Regibus Osiride, Hercule, Abido; vel fortè rationali lumine ducti, necessaria esse ad rerum cognitionem signa, Corad. Brun. lib. de Imag cap. 1. Muta dicta, quod præcipuum (alijs omisis) in re Bellica, vt illorum visu, & ductu exequeretur recta disciplinæ Militaris formã, vt latè ex Lipsio, Vvolphangio, Ale-

xãdro, Marifoto, Hoepingio, & alijs Tract. de Contrau. cap. 13. Ioan. Limn. de iure publ. lib. 6. cap. 6. Ioan. Iacob. Speidel. Hister. iurid. Polit. litt. F. nu. 2. Gretser. in Codin. cap. 6. lib. 3. cap. 1. cæ num. 18.

17 Quare sicuti Persæ, Macedones, Daci, Romani, habuere in signum Militare, Ignem, Aquilã, Draconem, Fasciculum fani, latè de Contrau. dict. cap. 13. Demster. ad Rosin. (18) Paralipom. lib. 10. cap. 29 Hispani Crucis Effigiem, etiam, & ante Augustum, & quia eis peculiarem: Cantabrum signum appellatum fuit, vt ex Tert. & alijs; diximus de Contrau. cap. 13. num. 24. & 25. Vald. de Dignit. Reg cap. 15. num. 15. & 16. Theodor. Hoeping. de iure insign. cap. 17. n. 249. 354. & 356. Steuuech. ad Vegec. lib. 7. cap. 17. Grets. de Cruc. lib. 2. cap. 39.

19 Sanè Vald. dict. cap. 15. n. 16. quærens, vnde inductum à Cantabris, vt Signum Crucis in vexillum acciperent? Afferit fuisse Profectitium symbolum eo, quod Hispania omni sæculo salua fuerat ex Sanctæ Crucis veneratione, & cultu, vt de India Occidentali censuit Lips. in not. ad lib. 3. de Cruc. cap. 13. Nouus etiam Orbis, in quo sanè, hoc mirum, Cruces repertas fuisse plurifariam in Templis, atque sepulchris. De India loquor. Qua Origine, aut fine? Nescimus, nisi iam tunc prouidus ille Deus stare voluit omen, & signum Dominaturæ illius Crucis.

20 Et quamvis huic pio assensui adherere possemus, adhuc credimus dicendum, quod sicuti Ægyptij, cæteræque Gentes superstitioso errore animalium figuras tabulis pictas ducebant ad bellum, quod si prosperè successerat animal, cuius auspicijs victores euaserant veneratione colebant, vt semper propicium adesset, Diodor. Sicul. Theod. Hoepin. dict. cap. 17. num. 45. latè Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 6. cap. 2. & cap. 26. Petr. Greg. de Republ. lib. 12. cap. 18. & 19. Beierlinch. Teatr. vit. human. litt. S.

(21) verb. *Stemma*. Vt de Ioue Amō-
nio, effigie arietis culto eo, quod cū
liber Pater, seu Bachus Exercitum
in Affricam ducens inopia aquæ pre-
meretur, aries illū ad fontem perdu-
xit: quo facto liberi omnes euaserūt;
in cuius gratitudinē fanum Magni-
ficum extruxit in honorem Iouis cū
simulachro Arietis cornibus ornato
Ioue Ammonio exinde appellato,
Strab. lib. 17. Macrobr. lib. 1. cap. 21.
De quo Lucan. lib. 9. vers. 514.

----- Stat corniger illic.
Iuppiter, ut perhibent sed non aut ful-
miza vibrans,
Aut Nostro similis, sed totis cornibus
Ammon.

Siluius Italic. lib. 9. punic.

Ac Patrius flexis per tempora corni-
lus Ammon.

Claudian. lib. 1. in Eutrop. & de 4. bo-
nor. Consul.

----- Tibi corniger Ammon.
Et dudum taciti rupere silētia Delphi:

De quo latē Adrian. Turneb. lib. 14.
cap. 18. Demst. Paralipom. ad Rosin.
antiq. lib. 2. cap. 5. Alex. ab Alex. dier.
genial. lib. 6. cap. 2. vbi latē Tiraq. Ra-
der. ad Quint. Curt. lib. 4. cap. 20. Pe-
tr. Greg. de Republ. lib. 12. cap. 19. De
(22) Api in formam Tauri, Strab.
lib. 17. Plin. lib. 18. cap. 46. Stat. lib. 3.
Thebaid.

Niliacumque pecus, Patrioque equa-
lis honore.

Solin. Polistor. cap. 45. vbi Salmat.
Helian. Histor. animal. lib. 3. cap. 17.
(23) Alex. ab Alex. dict. cap. 2. De
Marte, ensis simulachro, Herodot.
lib. 4. Solin. dict. cap. 45. Alex. ab Alex.
lib. 6. cap. 16.

Ex quo ortum, vt effigies Deorū,

aut illorū signa vexillis imponerent,
Plin. lib. 10. cap. 4. Virgil. 8. *Æneid.*

----- Omnigenamque Deum, &c.

24 Gasp. Sanch. *Cōment. in Deut.*
cap. 9. num. 146. Sic Cantabri, vellu-
mine rationale imbuti, vel scientia-
rum lectione; ac traditione (vt
diximus) Crucem, in signum vexilla
re ducebant, credētes illo Duce om-
(25) nia feliciter occurrenda; nam
Crux à Prima Periodo Mundi sim-
bolum fælicitatis, securitatis, & glo-
riæ Hieroglificū habebatur, vt præ-
ter notata per Sacros Scriptores, cap.
9. *Ezechiel.* Theod. Hoeping. *de iurē*
insign. cap. 2. ex num. 76. Decantauit
Aurel. Prud. Peristephan. *Hymno Ro-*
man. Martyr. simpl.

Cruce ista Christi, quam nouellā dicitis,
Nascente Mundo, factus vt primus
est homo,

Expressa signis expedita est litteris
Aduentus eius mille per miracula.

Prænunciatus ore vatū consono,
Reges, Prophetæ, Iudicesque, & Prin-
cipes

Virtute, Bellis, Cultibusque Sacris, stylo
Formā Crucis non destiterunt pingere.

Cruce prænotata, Cruce adumbrata est
prius,

Crucem vetusta conbiberunt secula.

26 Cui convenit, quod piē no-
tat P. Salmerō dicens, ab instanti Pri-
mi lapsus arborem, in qua transgres-
sus Primus Parens, fuisse notatam
signo Crucis in symbolum, in desig-
nationemque futuræ fælicitatis, ex
illo Hymni.

De Parentis Protoplasti

Fraude facta condolens,

Quando Pomi noxialis

Morte morsu corruit.

Ipsè lignum tunc notauit

Dammum ligni, vt solueret.

Sic Salmer. *Comment. in Euangel. tom. 10. tract. 36. de Cracis Mister.* Ex quo enim lignum notauerat, fecit illud depingi, figurari, ac ad perpetuam rei memoriã publicari. Immo lignum notasse: capisse tunc habere figuram Crucis.

27 Et quod ex D. Thom. P. Vazq. scripsit, figuram Crucis semper fuisse Sacramentum futuræ felicitatis, in 3 par. quæst. 6. art. 4. Præcipuè inter Hebræos, quos cum in Christum vëturum omnia dirigerent tanquam in vltimum bonorum finem, quem liberaturum Mundum in ligno Crucis (28) prænotauerant, Abel palo occisus. Arbos sub qua Abraham inuitauit Angelos: Strues lignorū, in qui immolaturus fuerat Isaac: Baculus Iacob, in quo transiuit Iordanem: Therebintus, sub qua infodit Deos: Chancellatio manuum, & adoratio Virgæ, quando benedixit Manasem, & Ephraim filios Ioseph: Agnus Paschalis in figuram Crucis afflatus, affixus duobus lignis retro, & trãverso in modum Crucis expansus: signum, quo tingebantur superliminaria domorum filiorum Israel, quando transibat Angelus percutiens Primogenitos Ægyptiorum: Virga Aaron, qua flagellatus fuit Ægyptus, quæque floruit supra ordinem naturæ: Virga, qua Moyse petram in Deserto percussit: Lignum, quo indulcatæ fuerunt aquæ amaræ: Manus extensæ Moyse, quibus leuatis Amalec vincebatur: Clypeus eleuatus à Iosue contra Ciuitatem Hay. Vt ex D. Hieronymo, Iustino, Tertuliano, & alijs, Vazq. *dict. quæst. 46. art. 4. Salm. (29) dict. tract. 36.* Ideo ad felicitatē consequendam, ac perfectionem suarum operationum in vltimam litterã Alphabeti, simbolo Misterioso Crucem acceperunt characteratam effigie T, seu X, inque vltimum numerorum perficiens, ac tutelare cæterarum, Euseb. *Cæsar de Preparat. Euangel. lib. 10. cap. 2. Anton. August. Dialog. 7. Euseb. Nieremb de Orig. Sacr.*

Script. lib. 4. cap. 16. & 17. Gretser. de Cruc. lib. 2. cap. 38. & cap. 43. & 54. Pined. de reb. Salom. lib. 5. cap. 13. num. 9. Cornel. à Lap. Comment. in Ezech. cap. 9. vers. 4. vbi Gasp. Sanch. Comment. in lib. Reg. cap. 11. num. 5. Alcaz. in Apoc. cap. 7. vers. 2. & 3. Theod. Hoeping. de iure insign. cap. 2. ex num. 76. 82. & (30) sequentib. Qui cõtra Hæreticos ex D. Hieron. & alijs notat vltimam ac perficientem litteram Alphabeti fuisse Thau designatam in formam Crucis, tam inter Hebræos, quam Græcos, Ægyptios, & Æthiopicos, Theod. Hoeping. *dict. cap. 2. num. 76. & sequentib.*

31 Quod sic receptum fuit, sicque illud sacrum signum ad felicitatem acceptum, vt Ægyptij in perpetuitatis, & incolumitatis omen illud insculperint in pectore Serapis illorum Dei Deorum, Petr. Crinit. *de honest. disciplin. lib. 24. cap. 16. Cornel. à Lapid. in Ezechiel. cap. 9. vers. 4. Inque (32) parietibus Templi Serapici, Petr. Crin. lib. 7. cap. 2. Pet. Obmear. Chronolog. Orb. vniuers. fol. 200. Torr. Philosoph. Moral. lib. 3. cap. 7. Paschal. legat. cap. 17. Beierlinch. Theatr. vit. human. litt. T. & litt. S. verbo Stemma, Euseb. Nieremb. de Orig. Sacr. Script. lib. 4. cap. 16. Gretser. de Cruce, lib. 1. cap. 51. & tom. 3. lib. 1. cap. 3. Theod. Hoep. de iure insign. dict. cap. 2. n. 76.*

33 Ex quibus à Romanis recepta fuit Crux in terminale signum representatiuū æternitatis, vt ex Vvolphang. Laz. *lib. 7. Roman. Reip. cap. 3. Theod. Hoeping. dict. cap. 2. num. 87.* Quare reiiciendus Accursius in *Glos. l. Titia, §. Seia, de aur. & argent. legat.* afferens, illa verba à testatore madata, *Signum Dei*, de sacro signo Crucis intelligenda non esse, quia illò tēpore, scilicet Scevolæ, Christus nõ venerat in virginem; cum ex concordia assensu Crux, etiam ante Scevolæ ætatem Sacrum Dei signum fuisset, vt ad intelligētiam *dict. §. Seia*, notat Theod. Hoep. *de iur. insign. cap. 2. ex*

Glossa Quinquagesimaquarta. 5

num. 104. Pet. Fab. lib. 3. Semestr. cap. 1.

(34) Tam inter Ægyptios, vt patet ex prænotatis, nu. 31. Et ex eo, quod annulus signatorius donatus Iosepho (35) à Pharaone in superioritatis signum insculptam habebat effigiem Crucis, Nouar. elect. Sacr. lib. 3. cap. (36) 18. num 533. quam Romanos, quos in Nummis effigiassent Crucem. Patet ex traditis ab Estenuech. ad Vegec. li. 3. cap. 17. Leuin. Torren. in Suet. in Neron. cap. 1. Gretf. dict. li. 2. cap. 39. Cõsulatu Caij Valerij Flaci, Caij Flaci Fimbrij, & M. Cornelij Cethegi, anno Urbis D. XC. III. ante Scævolæ ætatem, quæ de iure respõdissè notũ est sub annis DCXVII. Præcipuè cũ verũ sit Scævolæ æuo effigiem Crucis signum Dei fuisse, si (37) antiquos Codices revoluiamus, cũ inueniamus Romanos ab Ægyptijs recepissè Deos, præcipuè Serapidem, aut Osiridim, Isidève Marc. Capel. lib. 2. de Nupt.

*Te Serapim Nilus, Mæphis veneratur
Osirim.*

Strab. lib. 17. Diod. Sicul. lib. 1. cap. 2. Alex. ab Alex. diær. genial. li. 16. cap. 4. Vbi Tiraq. Tert. Apolog. cap. 6. Licet Serapidi tam Romanos Aras refraxeritis, Liu. lib. 1. Arnob. lib. 2. Lucan. lib. 4.

*Evoluã busto, iã Numen Gëtibus Ofim.
Et lib. 8.*

*Nos in templa tuã Romana accepimus
Ipsim.*

Valer. Max. lib. 7. cap. 3. Dion. Halic. lib. 5. Cerd. in Tertul. dict. cap. 6. n. 206. Rosin. antiq. vbi Dèster. lib. 2. cap. 22. Alex. ab Alex. diær. gen. lib. 6. cap. 4. & (38) 26. Quos Deliacis, & signis venerabantur, vt Lamprid. in Seuer. Ipsim, & Serapim decenter ornabit, additis (39) signis, & Deliacis. Signum vero Isidis, aut Osiridis fuisse effigiatum in formam hanc Crucis.



Ex Macrobl. lib. 1. Saturn. cap. 21. p. 1. bat Gretf. lib. 1. cap. 51. Quare nihil mirum, quod signũ Dei, de quo Scævolæ respondet, imponi præceptũ à testatore, effigiem Crucis fuisse intelligeretur, cum inter Romanos in illo signo, & Deorum veneratio, & felicitas desiderata designaretur.

Ex eo etiã, quod illo signo T. Crucem effigiente Tertul. Ipsa est littera Græcorum Thau; Nostra autem T species (40) Crucis. Ad securitatem vitæ notandam, adque consequendam felicitatem notabatur Milites, Steuuech. ad Vegec. lib. 2. cap. 19. Paschal. legat. cap. 19. Theod. Hoep. dict. cap. 2. n. 81. Et vt notat P. Alcaz. in Apocal. cap. 7. vers. 2. not. 3. Et si variè sentiat Lips

vidèdus de reët. pronũc. cap. 13. & 16.

(41) T. Sacram inter Sacerdotale litteram referebat, Conrad. Brun. ds Cerem. lib. 3. cap. 5. Gretf. de Cruce, libe 1. cap. 51. ex Rufin. P. Vazq. in 3. par.

(42) quæst. 46. art. 3. dub. 1. Ideo absolutoria in Iudicijs criminalibus, dum notis Iudicia soluebantur, vt ex Cicer. Cornel. à Lap. in Ezech. Matth. Steph. lib. 1. Dialect. iur. cap. 28. nu. 4. Paschal. legat. cap. 17. Theod. Hoep. dict. cap. 2. num. 80. Mendoc. in Virid. Saturn. Decad. 2. cap. 7. lib. 8.

Hæc communis acceptio apponendi Sacrum signum in symbolum felicitatis venturæ inter Gentes, perdurauit vsque ad Domini Nostri Iesu Christi Passionem, Euangelicæque (43) legis sonum. Ex quo enim pro humano Genere factus homo in ligno Sacra victima accepta fuit Crucis effigies in felix initiũ, directionẽ, perfectionem omnium operationum ac rerum. Et transverso ordine signum Crucis, seu Thau habitum inter Hebræos, vltimum litterarum elementũ Alphabeti, receptum fuit inter Catholicos in initiale, Cornel. à Lap. Cõment. in Ezech. cap. 5. vers. 4. De quo eleganter Theod. Hoep. dict. cap. 2.

(44) num. 79. A quo Catholici Hispaniarum Reges initialiter illũ appo-
fue

fuere ad felicitatem, & gloriã in Numismatibus, antequam propria nomina, vt ex relatis dignoscitur ab Ant. Augustin. *Dialog. 6. & 7.*

45 Et si ex dictis satis nõ liqueat pietatem, ac cultum Hispanorum, ab hisque à primis illorum crepundijs Crucis effigiem acceptam in felicitatis symbolum; ideò illam habuisse in signũ securitatis, ac præcipuum Militare, vt diximus, adducor ad id ex alio ab ipsa Origine orto. Notum quidem est Tyrachum Regẽ Ethiopiã post subactam Assiriam, deuictũque Senacherib Ægyptiorum Regem, Ægyptiacã obtinuisse Monarchiam, quem Hispaniam appulisse magna cum Ægyptiorũ manu, Tarraconẽque cõdidisse, relictis Ægyptiacis incolis; à quibus Tarraconen- (46) sis Ciuitas ortum habuisse, notant Marian. *Histor. Hispan. lib. 1. cap. 14.* Flor. de Ocampo *lib. 2. cap. 13.* Hos equidem Ægyptiacos Deos, Ritus, Ceremonias, Cultum Ægyptiacum seruasse in dubium est, quos etiã Misteriosè signum Crucis coluisse in salutare symbolum à Pharaonis, & Moyfis ætate, verum est ex eo, quod de Sacra enarratione prænotant Patres.

47 Cum enim Pharaonis Regis duritia, post alias induceret vltimã plagam, quam patet fuisse eadẽ Primogenitorũ in omni Ægypto, *Exod. cap. 11.* Transente Domino, & percutiente illos, vt saluaret Israel, præcepit Deus, vt sanguine Agni Paschalis tingeretur super liminare, & vtraque pars postium domorum Israelitarum, vt cum videret percussor sanguinem, transiret, nec læderet illorum Domos. Quod executũ ex Domini Præcepto fuit percussis Ægyptiorum Primogenitis, à Pharaonis filio, vsque ad feruã, saluis Israelitis; id enim videntes Ægyptij, saluaque Primogenita illorum, quorum postes signati apparebant sanguineo signo in formam Crucis caractera-

to, illud acceperere in felicitatis, bonitatis, & salutis Hieroglyphicum.

48 Illam enim sanguinis Agni tinctionem in formam Crucis fuisse, asserunt Cel. Rodigin. *lib. 6. cap. 8.* Cassan. *Cathalog. glor. Mund. cap. 1. conf. 99.* Cornel. à Lapid. *Comment. in Exod. cap. 12. vers. 7.* Diu. Hieronym. *in Isaiã 66.* agens de signo Crucis: *Hoc, & postes domorum in Ægypto signabantur, quando pereunte Ægypto, solus Israel mansit illasus, quasi sanguis Agni postibus illius fuerit in formam Crucis.* Et *Comment. in Ezech. cap. 9. vers. 4.* Diu. Augustin. *Serm. de Cathaclism.* Hug. Victorin. *lib. 1. Sacram. cap. 3.* Sic cum occiderentur Primogenita Ægypti populus Hebræorum postibus domorum sanguine Agni Paschalis in typo Dominice Passionis saluatus est, Ioseph. Vice Comit. *de antiquit. Baptism. ritib. lib. 2. cap. 40.* Gretser. *de Cruc. lib. 4. cap. 8.* Quod, & si Mysticè, prænotauit Salmer. *Commentar. in Euangel. tom. 10. tract. 36.* & expressè asserit P. Alcaz. *in Apocal. cap. 7. vers. 2. not. 3.* explicans Diu. Hieronymum *super Ezechiel:* Nec verbis tantum, sed signo delineante oblineationem postium hoc signo.



Dicens: Sed ad formandum duplex Thau, non erat necesse integrũ super luminaire linire; satis erat in extremis illius partibus, qua ratione supra figuratur. Ex quo intelligitur, quod ait D. Hieron. *Isai. 66.* cum dicens de signo Crucis ait: *Hoc, & postes domorum in Ægypto signabantur, quando pereunte Ægypto, solus Israel mansit illasus.* A quo acceptum videtur à Magno Ildephõso Catholico Rege, vt in Monumento, teste Ambrosio de Moral.

lib. 15. Chron. cap. 32. insculptam Crucem imponeret his verbis: *Signum Salutis, pone Domine in domibus istis, & nō permittas introire Angelū percutiētē.*

49 Cui adfertiens Gretser. de *Cruce, lib. 1. cap. 50. ex D. Cyprian. tenuit, Aegyptios in sui, & suarum rerū incolumitatē imitatos fuisse Iudæo-*

rū factum, quotannisque obseruatos eo tempore Phasē, sanguineo colore postes domorū intingere signo, quo Iudæi. Audi verba Gretseri: *Aegyptij remediū hoc metu similis calamitatis curiose usurpabant, quod, & à posteritate diligenter obseruabatur, Cornel. à Lap. ex Epiph. Com. in Exod. cap. 12. vers. 7.*

Y EN EL SOBRESCRITO TAMPOCO se pueda poner, ni ponga mas que: Al Rey Nuestro Señor.

Que en los sobreescritos se ponga al Prelado la Dignidad Ecclesiastica que tuuiere: y al Duque, Marqués, ò Conde, el de su Estado. A los otros Caualleros, y Personas, su nombre, y sobrenombre, y la Dignidad, y Oficio, Cargo, ò Grado de letras que tuuiere.

Que de esta orden, y forma de escriuir, no se ha de exceptuar, ni exceptue persona alguna, escriuiendo el vasallo al Señor, ni el Criado à su Amo: Pero los Padres à sus Hijos, y los Hijos à los Padres, podrán sobre el nombre proprio añadir el natural: Y tambien entre el Marido, y la Muger el estado de el Matrimonio, si quieren: Y entre el Hermano, y Primos-Hermanos, Tios, y Sobrinos, el tal Deudo.

S V M M A R I V M.

- 1 *Charta sunt Interpretes absentium.*
- 2 *Inscriptio nominis Scribentis, & cui scribitur necessaria in Epistolis.*
- 3 *Sobreescrito, quid in chartis? 4. Qualiter imponatur.*
- 5 *Inscriptio in litteris, aut Epistolis interior, exterior nulla, & 7.*
- 6 *Epistola involuebantur, sigillabantur, & obsignabantur.*
- 8 *Epistola mittebantur per Pueros, 9. vel Tabellarios notos, 11.*
- 10 *Seu per homines ad id designatos.*
- 12 *Inscriptio externa in Epistolis, accepta inter antiquos, ex Cicerone, 13.*
- 14 *Salutatio missiua, qualis?*
- 15 *Epistola Missæ, absque Tabellarijs.*

- 16 *Symbola in exteriori parte Epistolarum ad cognitionem.*
- 17 *Symbolum est signum externum ad cognitionem absentium.*
- 18 *Cap. Quam graui, de crimine falsi, verba referuntur.*
- 19 *Inscriptio externa Regalis: Al Rey, Nuestro Señor.*
- 20 *Rex Noster, Titulus designatiuus Suprema Maiestatis.*
- 21 *Verbum: Nuestro, in plurali significatu demonstratiuo Maiestatis, 22. Et priuatiuum Regij culminis.*
- 23 *Sobreescrito, in Epistolis familiaribus imponenda, addita nomini, cui scribitur, prerogatiua Dignitatis, 24. Particularibus nomen tantum, 25. Patribus naturale, 26. Vxoribus, ac Muritis, qualitas Matrimonij, 27. Inter affines gradus fraternitatis, aut agnationis.*

DE INSCRIPTIONE EXTERNA, VVLGO:

Sobreescrito, apponenda in Epistolis, tam Regi scribendis, quam Dignitatibus, ac Particularibus. Et an olim vsitata fuerit.

GLOSSA QVINQVAGESIMA

quinta.

Cum notum sit (vt diximus *Glos. 3. num. 15.*) Litteras, Chartasve inventas esse, vt absentium Interpretes sint, Plaut. *Pseudol. Senec. 1. Act. 1.*

----- *Litterasque Interpretes.*

Cicer. *lib. 2. Epist. 4.* & præter adductos dict. *Glos. 3. Div. Basil. Epist. 55. Quintil. lib. 1. cap. 7. Plin. lib. 13. Epist. 11. Diodor. Sicul. lib. 12. Bibliothec. Cel. Rodigin. antiquit. lib. 4. cap. 13. Petr. Gregor. lib. 16. de Republ. cap. 11. Ludouic. Beierlinch. Teatr. vit. human. litt. S. verbo Scriptio, Menoch. de arbitr. cas. 94. num. 1. & seqq. D. Ioan. à Solorz. de Gubernat. Indiar. lib. 1. cap. 12. ex num. 4. Idem Petr. Gregor. de Republ. lib. 12. cap. 13. n. 1. Nouar. elect. Sacror. lib. 3. cap. 9. num. 378. Lorin Comment. in Act. Apostol. cap. 8. vers. 14.*

2 Et illarum inter alias præcipua pars, quod vnus sit Scriptor, Philip. Beroald. *Comment. in Sucton. in Tyber. cap. 52.* Alius ad quem remittuntur, *l. Si Epistola, de acquirend. rer. domin. Erasmi. de ration. conscriben. Epistol. cap. de Salutationibus: Posteriore eius, ad quem remittitur, Theod. Hoeping. de iure sigillor. cap. 7. nu. 25. Henric. Salmuth. in not. ad Pancirol. tit. 42. de charact. litterar.* Illa ratio, quæ induxit, vt notas exarando formarentur ad explanationem animorum, induxit etiam, quod ad cognitionem,

cui scriberentur, imponeretur inscriptio aliqua, Titulus, Signumve demonstratiuum illius, cui scribuntur.

3 Hoc ex lege Nostra, & à sensu communi dicitur: *Sobreescrito*, à Lipsio verò *Instit. Epistolar. cap. 4. Inscriptio*, à Bulcher. *de conscrib. Epistol. cap. de Inscriptis, fol. 342. Super inscriptio.*

4 Qualiter verò exequatur Nostra ætate apud omnes Gentes, exprimit Bulcher. *dict. fol. 342. & 343. Nomen, & cognomen illius, cui redditur Epistola. Tertio iam loco apponitur Magistratus, Dignitatis, aut Officij nomen, Restaur. Castald. de Imperat. quaest. 60. nu. 9. Hodie Imperator Carolus V. semper Augustus scribens Reuer. Cardin. S. R. E. vt vidi, scribendo Reuerendissimo, ac Illustrissimo Domino meo D. Guill. Ascan. Sfor. Cardin. S. Floræ S. R. E. Cardinali Dignissimo S scribit vulgari Sermone, licet Hispano: Al Muy Reuerendo en Christo Padre Cardenal de Santa Flor, Nuestro Muy Caro, y Muy Amado Amigo, Henric. Salmuth. *dict. tit. 42. Diuersa etiam à Nostra erat litterarum Inscriptio; in illa enim nomē ponebatur, & eius qui scribebat, & ad quem scribebatur. Noster modus plus securitatis habet, eius tantum nomine ad quem scribitur expresso.**

5 Sed cum Doctores, de Origine huius formulæ, nihil agāt, diu agitati sumus quæretes vnde ortum habuerit. Nec mireris, quod dicam diu agitatum esse, cum inueniamus ex Lips. & traditis *dict. Glos. 3. Quod, & si Inscriptio in Epistolis erat: im-*

ne-

nebatur tamen in principio corporis illarum; exterius vero nulla, Claud. Salmut *de modo vsurar. cap. 11. Nulla enim exterior scriptura in Tabulis, sed interior tantū. Vt deducitur ex Plaut. Comed. in Bachid. Act. 4. Scen. 4. & Scen. 6. vers. 16. Et in Trinum Act. 4. Scen. 2. vers. 31. Ibi enim cum Syco-phanta quæreret adolescentem Lesbonicum, cui traderet Epistolam à Charmide impositam. Interrogatus à Charmide: cuius nomine vocaretur ille, ad quæ erat scripta, & si eam manu haberet, haud dicere valuit:*

Lesbonicū hic adolescentē quæro in his Regionibus.

Vbi habitat, & item alterum ad istam Capitis altitudinem.

Calliolē aiebat vocari, qui has mihi dedit Epistolas.

Et postea vers. 53.

Sy: hęc me iussit Lesbónico suo gnato dare Epistolam.

Et infra vers. 75.

C. H. At enim multi Lesbonici sunt hic nisi Nomen Patris.

Dices, nõ monstrare possam istos homines, Quos tu quaritas?

6 Id enim eo quod Epistola erat involuta, sigillata, obsignatave, taliter, vt interna Inscriptio legi nõ posset, Plaut. Bachid. Act. 4. Scen. 7.

----- Quid me rogas?

Vt ab illo accepi, ad te obsignatas attuli.

7 Quo modo ergo dignoscebatur cui scriptæ erāt, certè haud invenimus. Et quāvis possemus acquiescere cum Lypfio dicente, *Epist. 11. Instit. cap. 4. Subscriptio, quæ nobis inter legitima; veteribus vero rarò fortasse usurpata*, Laurent. Beierlinch. *Teatr. vit. human. litt. E. verbo Epistola, vers.*

Interdum Cumque Bulcher. de conscribend. Epistol. cap. de Inscriptio. fol. 342. De Inscriptioe nihil habeamus, quod possimus affirmare.

